NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
25 E
31

13-30.1.15

Google

Y.6.43

Digitized by Google

RECENTIORVM PRACTICARVM QVÆSTIONVM IVRIS CANONICI, ET CIVILIS, AD PRAXIN VTRIVSQVE FORI SPECTANTIVM:

Libri Tres.

A LICENTIATO FLORES DIEZ DE MENA CARRIONENSI, J.U. PROFESSORE.

OPVS SANE AD FORENSES CAVSAS VTILISSIMVM PARITER AC neceſſarium, nec non ad Scholaſticas Diſputationes & Lectiones, cum duplici Indice Quæſtionum & Materiarum Summariis.



FRANCOFVRTI

Ex officina Nicolai Hoffmanni, Sumptibus Ionæ Rhodii.

M D C V.

CLARISSIMO, CON-SVLTISSIMOQVE VIRO

DN. CASPARO SCHACHERO, IC. REI-publ. Francofurt. Syndico digniſſimo, Patrono ac Mecœnati ſuo.

S. P.

EN tibi, Vir Clariſſime & Conſultiſſime; Tres hoſce Practicarum Quaſtionũ Juris Canonici & Ciuilis, tum ad forenſium cauſarum deciſiones, tum ad ſcholaſticarum lectionum & diſputationum enodationes vtiliſſimos libros, quos Xenii loco, nihil veritus Jmperatorem illum, qui Xenia vltra idus Ianuarii ob bonorum nimias profuſiones porrigi ſeueriſſime prohibuit, ad te miſſos eſſe volui. Tu vero primo quidem miraberis, attamen ab eo Xenio moroſe non abſtinebis: Cum D. Seuerus & Imperator Antoninus inhumanum eſſe inquiant; Xeniolon a nullo accipere velle l. ſolent etiam. ff. de off. prçſid. *Inhumanus autem vocitari, nemo eſt viuentium, qui deſideret cupiatve. Ergo quin hilari fronte accipias nullus dubito. Maiora equidem dediſſem, ſi occurriſſent modo. Sed cum voluntas magis inſpicienda, quam res aut verba, hoc paruo vſque in annuum orbem contentus eris donario, donec interim voluntatem in effectum producendi ſeſe offerat occaſio largior. Peregrinum vero tibi adeo eſſe non debet, quod horum librorum te ſolum elegerim Patronum, ſubq; tui nominis auſpicio eoſdem in publicum diſpergi velim. Peregrinus quidem eorum eſt autor: Materia tamen tibi cum eo communis. Et quidem, vt fatear, tu primus mihi autor exſtitiſti, vt eos in Germania denuo cuderem. Tuum ſecutus conſilium, bene me fe-*

ciſſe intelligo. Laudant enim & approbant eos, tam ſubſellia, quam Scholæ, tam Theorici, quam Practici. Quis vero, quod a tuo Conſilio profectum boni, alteri aſcribendum ſtatuat? Nemo quidem ſani iudicii. Ita ſit omnino, vt a quo boni quid accepimus, id ad eum iterum deriuandum eſſe ſtatuamus. Requirit enim id omnino fons gratitudinis. Tuũ iam eſt, Vir Clariſſime, hanc meã in te qualem qualem affectionem candide & ſyncere interpretari: tu inhumanitatis vitium effugere, & Xeniolon ambabus, quod aiunt, vlnis amplecti, tum denique tuo me amplius cõſilio proſequi & iuuare. Meum vero erga benefactores & patronos gratum ſeſe exhibere, & humanitatis officiis eoſdem proſequi. Quod vt verbis polliceor pro mea parte, ita ſanctiſſime obſeruabo. Vale Dat. Calend. Aprilis 1605.

Magn. & Exc. V.

ſubm. colens

Iohnas Rhodius Ciuis &
Bibliopola Francof.

Ad Lectorem Præfatio.

CVM triginta & quinque annos (& amplius aliquid) in vtriuſq; iuris & Theologiæ profeſſione, & pluſquam viginti in forenſibus cauſis agendis, peregerim: videns (quod de talento, licet minimo, rationem Deo altiſſimo redditurus eſſem,) decreui de Theſauro tenui, & exili meo, noua & vetera proferre, & meorum laborum aliquam partem in medium, ad commune bonum publicare, aut incipere publicare: non quod de me ipſo grandia præſumam, ſed vt mei periculum faciam: ac proinde cum maxima iuris peritiæ pars Practica ſit, imo totius iuridicæ ſcientiæ finis ſit praxis, a qua Practica ipſa dicitur, atque quod practicum eſt, ſua dulcedine Lectorem alliciat, ad quęſtiones elegantes, variarum practicarum Canonicas & Ciuiles, me accommodaui, & ex eis, quæ mihi aptiores videbantur, & admodum neceſſariæ, aliquas elegi, quæ in vnum volumen per tres Libros diſtinctas, congeſſi: Vbi maiori copia, ſubtilitate, claritate & diligentia, qua potui, & caſui oportuna erat, eas diſputaui & reſolui. Tu Lector optime, has mei laboris primitias grato & benigno animo ſuſcipe, & eis vtere, & ſi aliquod, (quod bonum redoleat) inueneris, in altiſſimi gloriam retunde: ſin minus, meæ fragilitati, æquo animo ignoſce, & linguam latrantem cohibe, forſitan, ſi res bene ſucceſſerit, ad maiora me compelles. Vale.

)(2 INDEX

INDEX QVÆSTIONVM, QVÆ IN HIS LIBRIS VARIARVM AC PRActicarum continentur.

¶ Quæſtio 1. de Teſtamentis, in qua agitur de Teſtamento nuncupatiuo, & ſolemnitatibus in eo requiſitis.

DVbitatur an Teſtamentum factum coram tribus teſtibus vicinis vocatis & rogatis, & in ſcriptis pro talibus in ſcriptura teſtamenti facti per quendam Tabellionem Apoſtolicum inter Laicos (ſuppoſito quod alii inueniri potuerint) ſuppleatur ex dictis, & depoſitionibus aliorum teſtium non rogatorum, maxime fæminarum, puerorum, forenſium, non vicinorum. & dicti ipſius Tabellionis, aut Executoris nominati in ipſo teſtamento, vel alicuius alterius, & ſit validum ipſum teſtamentum, poſſitq; publicari, maxime, ſi in aliquo Vico rurali factum ſit. fol. 1.

Quæſtio 2. fol. 22.

VTrum cenſus perpetuus aut redimibilis in pecunia numerata, & forma ſolemni probetur & præſumatur conſtitutus ex eo, quod quis ſoluerit reditus ei correſpondentes, per decennium creditori, & hæc præſumptio ſufficiat ad obtinendum in poſſeſſione & proprietate, etiamſi proprius Motus non ſeruetur, quæſtio admodum vtilis & practicabilis.

Quæſtio 3. fol. 32.

VTrum quadrimeſtre datum a iure patronis laicis ad præſentandum, currant illis ignorantibus, a tempore vacationis, vel a tempore ſcientiæ.

Quæſtio 4. fol. 42.

DE Executoribus gratiarum apoſtolicarum, qui eſſe poſſint, & de eorum poteſtate, & de poteſtate Superexecutorum in defectum priorum quos vulgo vocamus (de la rigurosa,) *& de aliis ſcitu dignis in materia Executorum dictarum gratiarum, quæ diuiditur in quatuor partes ſeu §§.*

§. 1. fol. 43. agit de his qui poſſunt eſſe Executores.

§. 2. fol. 46. agit quando teneantur partes audire & citare.

§. 3. & 4 fol. 50. Tractat de poteſtate Executorum & Superexecutorum.

Quæſtio 5. fol. 57.

VTrum minor, qui ſucceſſit maiori (qui cum alio litigabat, & lis eius tempore concluſa eſt, ad ſententiam diffinitiuam, quo mortuo, lata eſt ſententia, & intimata eius Procuratori, qui effectus fuit Dominus litis) reſtituatur aduerſus ipſam ſententiam, vel aduerſus tempora lapſa, ad appellandum, & præſentandum ſe in gradu appellationis, & an, pendente ipſa reſtitutione, poſſit exequi ſententia ipſa, quæ iam tranſacta erat in remiudicatam. Quæ diuiditur in quatuor §§.

§. 1. De præmiſſis ad quæſtionem. f. 58. *§. 2. De quæſtione f. 60.*

§. 3. De executione pendente reſtitutione petita. f. 63.

§. 4. De reſtitutione per viam exceptionis petita. f. 69.

Quæſtio 6. fol. 69.

VTrum Creditor ſecundus, qui exigit a debitore ſuum creditum, poſſit conueniri a creditore primo, ad reddendum id, quod exegit, maxime ſi ſit pecunia, quæ conſumpta fuit, & an ipſe Creditor in foro conſcientiæ exteriori teneatur id reſtituere. & an tuta conſcientia debitor poſſit ſoluere poſteriori omiſſo primo, & de ordine ſoluendi Creditoribus, in vtroque foro. Quæ in tres §§. diuiditur.

§. 1. Siue articulus f. 70. de creditore primo, an poſſit reuocare a ſecundo, quod ſibi ſolutum eſt, maxime, ſi ſit pecunia, & ea conſumpta ſit.

§. 2. f. 74. An debitor in foro conſcientiæ poſſit ſoluere poſteriori, omiſſo primo, & an Creditor ipſe poſſit recipere, & teneatur ad aliquam reſtitutionem priori.

§. 3. f. 79. De hypothecis & priuilegiis perſonalibus & realibus, de ordine ſoluendorum Creditorum in vtroque foro.

Quæſtio 7. fol. 85.

VTrum mulier præferatur in accuſando occiſores mariti, aut faciendo pacem de eius morte filiis illius, vel alterius matrimonii, & quid erit, ſi ad ſecundas tranſierit nuptias?

Quæſtio

INDEX QVÆSTIONVM.

Quæſtio 8.fol.89.

DE Salariis Iudicum ſecularium, & Eccleſiaſticorum, Aduocatorum, Procuratorum & Solicitatorum, Famulorum, & filiorum Tutorum, Patronorum, & Executorum teſtamentorũ, quandc debeantur, non conuenti, & quis ſoluere teneatur, & an decima ex eis debeatur, & quando præſcriptio currat? & de Aſſeſſoriis, & Expenſis Iudicum non ſalariatorum, in vtroque foro interiori, & exteriori. Quæ diuiditur in quatuor partes ſeu §§.

§.1.f.91. De Salariis Iudicum vtriuſq. fori, & Aduocatorum.

§.2.f.102. De Salariis Famulorum, & de decima & præſcriptione.

§.3.f.111. De Salariis Tutorum, Executorum, Patronorum & Adminiſtratorum.

§.4.f.114. De Aſſeſſoriis & Expenſis Iudicum non ſalariatorum.

Quæſtio 9.fol.116.

VTrum Iudex aduocatus, aut alii ſimiles, qui iudicauerũt, & conſuluerunt in cauſa criminali mortis, aut mutilationis membri, ſi mutilatio non ſit ſequuta, incurrant irregularitatem.

Quæſtio 10.fol.120.

VTrum Beneficium curatum poſſit vniri Monaſterio Monialium in ſpiritualibus & temporalibus? & an Abbatiſſa, & Moniales poſſint curam exercere, per Vicarium ad nutum amobilem, maxime, ſi non ſolum titulus beneficii, ſed etiam poſtea Vicaria fuit annexa ipſi Monaſterio, per ceſſionem Vicarii perpetui, & per viam concordiæ per Pontificem confirmatæ, cum clauſula: Seruiendi, per Vicarium ad nutum amobilem, *quæ per 40. annos poſt eam confirmatã, fuit vſitata & obſeruata? & an Epiſcopus* ex deciſio. Sacroſan. Concilii Triden. ſeſſ. 7. de Reformatio. *poſſit ponere in dicto beneficio Vicarium perpetuum, non obſtantibus Monaſterii Priuilegiis, & dicta concordia, & vſu, & non obſtante, quod Moniales ſint ordinis ſancti Benedicti, congregationis ſanctæ Iuſtinæ de Padua, & non obſtantibus ſuis appellationibus & ſi faciat ſi attentet, & eius facta reuocentur per viam attentati, & an Moniales perdiderint poſſeſſionem nominandi, & amouendi Vicarios: ex eo, quia vltimus Rector, accepit inſtitutionem ab Epiſcopo, & litigantibus ipſis cum eo, ſuper eius amotione, lite pendente, debeant cõſeruari in ſua poſſeſſione, aut ipſe poſſit officium exercere, quemadmodum vtilis, quæ iam de facto contingit inter Monaſterium Monialium de Vega, ordinis ſancti Benedicti, & Chriſtophorum ſanctos, Vicarium ab eis nominatum, & ab Epiſcopo inſtitutum. Quæ in quatuor diuiditur articulos ſiue §§.*

§.1.f.121. An Beneficium curatum poſſit vniri Monaſterio Monialium, in ſpiritualibus & temporalibus?

§.2.f.123. An Abbatiſſa & Moniales teneantur ponere Vicarium perpetuum, cum congrua aſſignatione, aut ſufficiat ponere ad nutum amobilem?

§.3.f. 127. An Epiſcopus poſſit ponere Vicarium perpetuum, eis inuitis, ſpretis ſuis iuribus & priuilegiis?

§.4.f 130. An amiſerint ſuam poſſeſſionem, ex dicta inſtitutione, & ea non obſtante, poſſint Vicarium amouere, & an ipſe non obſtante amotione, lite pendente, debeat officium exercere?

Quæſtio 11.fol.133.

VTrum Fideiuſſor, qui ſe obligauit, tanquã principalis, faciendo debito alieno ſuum propriũ, & in defectum, quod principalis non ſoluat: tunc etiam per inſtrumentum Guarentigium, poſſit executari, nõ facta excuſſione in bonis principalis debitoris, ſuppoſito quod ſe obligauit ſolus in ſeparato inſtrumento, & non renuntiauit diſpoſitioni Auth. pręſenti de Fideiuſſorib.

Quæſtio 12.fol.142.

DE Iuriſdictione Auditoris Cameræ Apoſtolicæ, quoad praxin ordinariam, & an ei ſit derogatum, ex deciſione Sacroſan. Concilii Triden. ſeſſ. 24. c. 10. de Reformatione.

Quæſtio 13.fol.151.

AN habens Beneficium curatum, ſi poſtea nanciſcatur aliud Beneficium incompatibile, poſſit reſignare dictum Beneficium curatum in fauorem alicuius, cum reſeruatione penſionis? & an Ordinarius facta reſignatione, & conteſtãdo de ea, & diligentiis, poſſit procedere ad priuationem, vacationem, & prouiſionem Beneficii, non audito reſignante.

Quæſtio 14.fol.156.

AN a ſententia lata in cauſa Reformationis, Penſionis, in fauorem Rectoris, cui eſt aſſignata pars congrua, poſſit appellari, quoad vtrumq. effectum ſuſpenſiuum & deuolutiuum? & an, lite pendente, poſſit ſecreſtari penſio?

INDEX QVÆSTIONVM.

Quæſtio 15.fol.159.

VTrum minor poſſit petere rationem a Curatore, nõ obſtante, quod ipſum liberabit liberatione generali: & quis eorum teneatur probare rationes bene vel male redditas.

Quæſtio 16.fol.163.

VTrum filius naturalis ſuccedat in Maioratibus Patronatibus & Anniuerſariis Hiſpanorũ, & ſi deficiant conſanguinei legitimi, an ſaltem in defectũ eorum admittatur. ſaltem ſi perſona nobilis ſit, & nobiliter viuat, & an cõſanguineus legitimus Monachus eum excludat. Quæ in duas partes ſeu §§. diuiditur. §.1.f.165. An filius naturalis ſuccedat in primogeniis.

§.2.f.172. An filius naturalis ſaltem admittatur in defectum legitimorum conſanguineorum: & an Monachus vel Monialis, qui legitimi ſunt, eum excludant?

Quæſtio 17.fol.174.

VTrum Bona grauata onere memoriæ, aut Anniuerſarii perpetui, ſint affecta ſua natura vinculo Maioratus cum clauſulis ordinariis in Maioratu: an ſint bona libera, & poſſint alienari cum dicto onere? & de coniecturis, quæ inducunt Maioratus.

Quæſtio 18.fol.183.

VTrum ſciens delictum committendum, teneatur illud reuelare in foro exteriori, & interiori: & an non faciendo poſſit puniri. Quæ in duos articulos ſeu §§. diuiditur.

§.1.f.184. Erit de his quæ in foro exteriori tenenda ſunt, in materia huius quæſtionis.

§.2.f.191. Erit de his, quæ obſeruanda ſunt in foro conſcientiæ.

Quæſtio 19.fol.192.

VTrum ſi aliquis faciat Maioratũ cum onere Anniuerſarii perpetui, & nominet ad eius ſucceſſionem aliquem ex filiis, & poſt eius mortem velit, quod ſuccedat nepos, quem primus nominauerit, & ſic deinceps in futurum, & ſi primus filius ſine herede moriatur, ſubſtituat alium filium, & ab eo deſcendentes, ita vt vltimus poſſeſſor ex filiis ſucceſſorem eligat, & ſi iſte ſine liberis decedat ſubſtituat conſanguineum proximiorem, ita quod bona vadant ſemper de maiori in maiorem, cum dicto onere, & per tractum temporis, ſi filius primo vocatus liberos habuerit, & vnum ex eis nominauerit, qui poſt eius mortem ſucceſſit, qui tandẽ ſine liberis obiit, relictis fratribus, & ex fratre maiore defuncto filiis? an ſubſtitutus ſuccedat in maioratu, vel ſuccedat alius ex fratribus, & excludant ſubſtitutum? & an inter ipſos fratres filius maior fratris maioris prædefuncti, repræſentet perſonam patris præmortui, & excludat ſubſtitutum, & patruos fratres vltimi poſſeſſoris defuncti ſine liberis, quæ in tres partes, ſeu §§. diuiditur.

§.1.f.193. §.2.f.194. §.3.f.196. §.4.f.199.

Quæſtio 20.fol.201.

VTrum ſi res aliqua patrimonialis vẽdatur, & in eius locũ alia ſubrogetur, quæ poſt etiã vendatur, res ſubrogata efficiatur patrimonialis, & conſanguineus poſſit eam intra nouem dies retractare.

Quæſtio 21.fol.204.De collectis.

QVæ vulgo pechos reales & concejales *dicuntur. Quæ diuiditur in 4. partes ſeu §§.*

§.1.f.206. In quo agendum eſt de his, qui Collectas imponere poſſunt.

§ 2.f.216. Quibus poſſint imponi, & pro quibus bonis.

§.3 f.227. De modo diſtributionis & exactionis.

§.4 f.239. De perſonis exemptis, & immunitatibus.

Quæſtio 22.fol.259.

VTrum nominatio ad aliquod Anniuerſarium, aut Emphyteuſin, vel Maioratum, probetur duobus teſtibus, & ſi ſingularibus, ſiue in vita ſiue in morte facta ſit, & plura de nominatione & electione, & ſingularitate teſtium.

Quæſtio 23.fol.270.

VTrum ex curſu longi temporis præſumatur titulus, aut ſolemnitas in titulo, vel in actu requiſito.

Quæſtio 24.fol.298.

AN Abbas exemptus, habens Epiſcopalem iuriſdictionem in Parrochos, & Parrochianos priuatiue ad Epiſcopum, in cuius Diœceſi ſua loca ſita ſunt, & qui facit Synodum, poſſit dare dimiſſorias ſubditis ſuis, vt alius Epiſcopus eos ordinet, quando vtilis & neceſſaria.

LOCA IVRIS TAM CÆSAREI, QVAM PONTIFICII, ET leges Regiæ, quæ in hiſce libris Practicarum Quæſtionum ſumma cura atq; diligentia explicantur, & eis notabiles, noui, ac Germani intellectus aſſignantur.

Ex ff. veteri.

L. cum de in rē verſo. ff. de vſuris, intellectus, q.2.n.9. de cuius materia late agitur, ibi; vſque ad nume.13. Cuius deciſio limitatur in minore, d.q.2.n.23.& facit quod in n.27. & vide q.23.n.13. cum ſeqq.

l. ſi quis diutur. ff. ſi ſeruitus vendicetur, qu.2. n.18.& 19. vſque ad n.22. incluſiue declaratur.

l. etiam ei. ff. de minoribus, q.5.nu.37. vſque ad 39. explicatur.

l. ait prætor. ff. de minoribus, intelligitur, q.5. n.44.& 45.

l.3.§.idem ſcribit. ff. de peculio, declaratio, q. 5.nu.46.

l. ſi filiusfamilias. ff. ſi certum petatur, explicatio, q.6.§.1.nu. 22.

l. diem functo. ff. de officio aſſeſſorum, intelligitur, q.8.n.53.& 54.

l. ſi vno.§.item cum quidam. ff. locati, declaratur, q.8.n.53.& 54.

l. fin.§.fi. ff. de contrahenda emptio. q.17.nu.6. & in ſummario.

l. metum.§.ſed licet. ff. de eo, quod metus cauſa, q.18.a nu.14.& 15.

l. vt vim. ff. de iuſtitia & iure, qu.18.nu.22. cum duobus ſeqq.

l. ſi ego.§.1. ff. de iure dotium, q.22.a nu. 20. vſque ad 22.

l. æmilius. ff. de minoribus, q.5.a nu.15. cũ ſeqq. & a nu.23. vſque ad 26.& nu.34.

Ex Infortiato.

L. ſi minoris. ff. de adminiſtratione tutorum, q. 15.a nu.11. vſque ad 14.

l. cum auus. ff. de cōditionibus & demonſtrationibus, q.16.n.8.

l. cum pater.§.volo. ff. de leg.2.q. 16.§.1.nu.22.

l. ex facto.§.ſi quis rogatus el 1. ff. ad Trebel. q. 16.§.1.a nu.19. late.

l. Lucius.§.fi. ff. de leg.2.q.16.§.1.n.27.

l. heredibus.§.fi. ff. ad Trebel. q.16.§.1.n.28.

l. nihil proponitur. ff. de l.1.q.17.nu.5.

l. Caius Seius. ff. de annuis legatis, q.17.n.6.

l. vnum ex familia.§.ſi duos, & §. ſed ſi fundũ. ff. de leg.2.q.19.a nu.35. vſque ad 40. & 42.

l. apud Aufidium. ff. de optione legata, q.22.n. 12.13.& 32. cum duob. ſeqq.

l. cum pater.§.a filia. ff. de leg.2.q.22.n.16. cum duob. ſeqq. & n.32. cum duob. ſeqq.

Ex ff. nouo.

L. in teſtam. ff. de fideicommiſſariis libertatibus, ſingularis intellectus, q.1.nu.39.

l. Aquilius Regulus. ff. de donationibus, q.2.n. 24.

l.3.§.hoc autem. ff. de itinere actuque priuato, q.2.nu.20.

l. poſſeſſionem. ff. de adquirenda poſſeſſione, q.2.n.30.

l. ſi pupillus. ff. de acquirendo rerum domin. q. 2.n.27. cum duob. ſeqq.

l. cum filius.§.in hac. ff. de verb. oblig. q.5.n.32. & 42.& eius gl.n.36.

l. ſi pupillus. ff. quæ in fraudem creditorum, q. 6.§.1.a n.2. præcipue n.4.

l. deferre.§.fi. ff. de iure fiſci q.6.§.1.a nu.18.

l.3.§.alio. ff. de liberali cauſa, q.7.n.14.

l. fideiuſſor.§.fi. de fideiuſſoribus, q.11.n.27.& 28.

l. reſcripto.§.fi. ff. de muneribus & honoribus, q.21.a n.4. vſque ad 10.

l. eum qui certarum.§.fi. ff. de verb. oblig. q.22. nu.14.

l.2.§.ſi pecuniam, ff. de donationibus, qu. 22.a nu.23.

Ex Cod. Iuſtinian.

L. iubemus. C. de teſtamentis, materia eleganter declaratur, q.1.n.44.

l. fi. C. de teſtamentis, q.1.n.59.

l. fi. C. de codicillis, nouiter elucidatur, q.1.nu. 75.

l. litib. C. de agricolis & cenſitis, li.11.q.2.nu.8.

l.2. C. de dotis promiſſione, q.2.n.14.

l.2. C. ſi aduerſus venditionem, q.5.a nu.27. vſque ad 31.

l. ſane. C. de non numerata pecunia, q.9. n.43.

l. ſi §. etſi præfatam. C. de iure deliberandi, q.6. §.1.a nu.9.

l. ſi pecunia. C. de iure fiſci, q.6.§.1.a n.18.

l. SC. C. de his, qui accuſare non poſſunt, q.7. n.2.& n.13.

l. poſt duos. C. de Aduocatis diuerſorum iudi. q.8.n.53.& 54.

l. cum oportet. C. de bonis quæ liberis, §.8.§.2. nu.37.

l. vnic. C. de præbēdo ſalario li.12.q.8.§.2.n.21.

l. cum acutiſſimi. C. de fideicōmiſſis, q.16.n.8.

l. generaliter.§.cum autem. C. de inſtitutionibus & ſubſt. ſub conditione, q.16.§.1.nu.30.

l. verba. C. de teſtamentis, q.22.n.56.

l. fi. C. ad l. falcidiam, q.23.n.7.& 6.

l.1. C. de fideicommiſſis, q.23.n.8.

l.2. C. de dotis promiſſione, q.23.nu.15.

Authen. ſed cum teſtator. C. ad legem falcidiam, q.23.n.11.

Ex feudorum libro.

Cap. Imperialem.§.præterea ducatus de prohibita feudi alienat. per Federicum, q.17.n. 13.& 14. cum ſeq.

Ex

Index Legum.

Ex decretalibus.

Cap.1.de capellis monachorum,q.10.n.53.
cap.cum M.Ferrarienſis de conſtitutionibus, q.11.nu.44.

Ex Concilio Tridentino.

Declaratur tex.in c.13.de reformatione,ſeſ.24. q.23.a nu.38.
tex.in c.19.ſeſ.25.explicatur,qu.23.nu.68.cum ſeqq.& in præcedentibus.
tex.in c.5.ſeſ.25.intellectus q.23.a num.65.
tex.in c.10.ſeſ.23.de reformatione explanatur. q.24.a nu.32.vſque ad 34.
tex.in c.20.de reformatione ſeſ.24. explicatur q.12.a nu.8.
tex.in c.17.ſeſ.24.de reformatione declaratur q.13.nu.3.
tex.in c.4.ſeſ.7.eludatur.q.13.n.4.

Ex regulis cancellariæ.

Aſſignatur vera explicatio ad regulam de triennali.q.23.n.63. & 64.

Ex legibus Partitarum.

L.3.tit.8.par.5.elegans elucidatio.q.8.nu.53.& 54.

Ex legib.Taurinis & noua Recomp.

L.14.tit.4.lib.5.Recomp.explicatur q.1.nu.57.
l.10.tit.17.li.4.Recomp.q.5.nu.35.
l.7.tit.18.li.4.Recomp.q.5.nu.63.
l.1.tit.21.li.4.Recomp.q.5.nu.74.& 75.
l.5.tit.5.li.3.Recomp.q.8.§.1.nu.14.& 15.
l.7.tit.5.li.3.Recomp.q.8. §.1.nu.37.
l.11.tit.16.li.2.Recomp.q.8.§.1.nu.67.& 68.
l.1.& l.25.tit.6.li.3.Recomp.q.21.a nu. 20. vſq; ad 29.
l.10.tit.14.li.6.Recomp.q.21.a nu.78.
l.3.tit.14.li.6.Recomp.q.21.a nu.120.vſque ad nu.124.
l.17.Tauri quæ eſt hodie in noua Recomp.l. Declaratur q.22.nu.18.
l.8.tit.15.li.6.Recomp.q.23.a nu.21.
l.14.tit.4.li.5.Recomp.q.1.nu.57.

VT

VT FACILIVS EA, QVÆ IN INDICE, ET præcedentibus dicta ſunt inueniantur, operæpretium exiſtimaui ſingulares Quæſtiones & Paragraphos ſuis foliis aſſignare.

Quæſt.1. Eſt poſita,	fol.1	Quæſtio.13.	151
Quæſtio.2.	fol.22	Quæſtio.14.	156
Quæſtio.3.	32	Quæſtio.15.	159
Quæſtio.4.	42	Quæſtio.16.	163
Quæſtio.5.	57	Quæſtio.17.	174
Quæſtio.6.	69	Quæſtio.18.	183
Quæſtio.7.	85	Quæſtio.19.	192
Quæſtio.8.89. Et eius §.1.f 91. §. 2.fo.102. §.3.fol.111. §.4.folio 114		Quæſtio.20.	201
		Quæſtio.21. folio 204. Et eius §.1.fol.206. §.2.fol.216. §.3.fo. 227. §.4.fol.239	
Quæſtio.9.	116		
Quæſtio.10.	120	Quæſtio.22.	259
Quæſtio.11.	133	Quæſtio.23.	270
Quæſtio.12.	142	Quæſtio.24.	298.

PRACTI-

PRACTICARVM QVÆSTIONVM ET RESOLVTIONVM LIBER PRIMVS.

Quæſtio I.

DE TESTAMENTIS, IN QVA AGITVR DE TEſtamento nuncupatiuo, & ſolemnitatibus in eo requiſitis.

DVbitatur, an teſtamentum factum coram tribus teſtibus vicinis vocatis & rogatis, & inſcriptis pro talibus in ſcriptura teſtamenti facti, per quendam Tabellionem apoſtolicum inter laicos (ſuppoſito quod alii inueniri potuerint) ſuppleatur ex dictis & depoſitionibus aliorum teſtium non rogatorum, maxime fœminarum, puerorum, forenſium, non vicinorum, & dicto ipſius Tabellionis, aut executoris nominati in ipſo teſtamento, vel alicuius alterius, & ſit validum ipſum teſtamentum, poſsitq́ publicari maxime, ſi in aliquo Vico rurali factum ſit.

SVMMARIA.

1 *Teſtamentum nuncupatiuum, quot teſtes debeat habere.*
2 *Quis teneatur probare teſtes eſſe vicinos.*
3 *Vicinus an præſumatur ſi Tabellio id aſſerat.*
4 *An ſufficiat, quod pro tali reputetur.*
5 *An hæc ſolemnitas ſit neceſſaria in Codicillis.*
6 *Vicinus quis dicatur.*
7 *Originarij & pupilli & alij, qui non ſubeunt onera nec habentur pro vicinis, an ſint idonei teſtes.*
8 *Conuerſatus aſſidue in loco an poſſit eſſe teſtis.*
9 *Famuli an ſint idonei teſtes.*
10 *Filii familias an ſint idonei teſtes.*
11 *Teſtes quod ſint vicini, an ſit de forma ſubſtantiali.*
12 *Teſtamentum, an valeat cum tribus teſtibus, abſq; Tabellione, ob penuriam teſtium, & an penuria præſumatur, & quis teneatur probare.*
13 *Teſtamentum coram Tabellione Apoſtolico an valeat.*
14 *Conſuetudo an valeat, quod teſtamentum factum coram Tabellione Apoſtolico valeat.*
15 *Teſtamentum coram Clericis, aut Preſbyteris parrochialibus factum, an va-*

leat, & an conſuetudo fidem illi poſſit adhibere. 2.

16 *Notary apoſtolici an defectum aliorum poſſint ſcripturas publicas facere, contra Aceb.*

17 *Notaris approbati an poſſint conficere ſcripturas & teſtamenta.*

18 *Teſtamentum factum coram Notario apoſtolico, quomodo poſſit publicari, & an ipſe computetur in numero teſtium.*

19 *Rogitus teſtium an requiratur.*

20 *Et an requiratur Iure Regio.*

21 *Rogitus an præſumatur, & quis debeat probare.*

22 *Fœmina an poſſint eſſe teſtes in teſtamentis & Codicillis iure communi Regio nouiore & antiquiore.*

23 *Impubes an poſſit eſſe teſtis in teſtamentis.*

24 *Affines & conſanguinei heredis, an ſint idonei teſtes.*

25 *Legatarius, an ſit idoneus teſtis in teſtamento.*

26 *Teſtes an debeant eſſe omni exceptione maiores in teſtamentis: & ibi quis teneatur probare.*

27 *Vicinus an ſufficiat, quod quis ſit loci principalis, cui ſubiectus eſt vicus, vbi teſtamentum conficitur. Et an Comitatenſis vulgo* (el dela iuriſdicion) *habeatur pro vicino dicti loci principalis.*

28 *Tabellio publicus, an ſit de eſſentia neceſſarius in teſtamentis.*

29 *Tabellio an debeat eſſe de numero.*

30 *Tabelliones numerarios an poſſit vniuerſitates nominare.*

31 *Tabelliones Regii an poſſint facere teſtamenta, & ſcripturas in locis vbi non adſunt Tabelliones numerarii, & idem de approbatis.*

32 *Tabelliones Regis in terris Dominorum, an poſſint inſtrumenta & teſtamenta facere, etiã Dominis contradicentibus.*

33 *Publicatio an ſit de ſubſtantia teſtamenti nuncupatiui, & de diuerſis modis publicationis.*

34 *Publicatio quæ fit viuo Teſtatore, quomodo valida ſit. Vide plures allegationes, & reſolutiones.*

35 *Publicatio an requiratur quando fit coram teſtibus ſine ſcriptura.*

36 *Publicatio quando fit in ſcriptura coram publico Tabellione, aut priuato Scriba, an requiratur.*

37 *Publicatio an requiratur, quando Teſtator integre expreſſit ſuam voluntatem corã teſtibus, & poſt iuſſit adduci Scribã.*

38 *Publicatio an requiratur ſi coram Tabellione, & teſtibus dictabat.*

39 *Declaratio notabilis doctrina Oldrad. conſil. 199. & Bart. in l. in teſtamento ibi, & de teſtamento imperfecto ex defectu publicationis ad pias cauſas, & ex hoc infertur, &c. Singularis intellectus ad tex. in l. in teſtamento de fideicommiſ. liberta.*

40 *Publicatio an requiratur, quando Teſtator expreſſit ſuam voluntatem coram teſtibus, & iuſſit vocari Tabellionem.*

41 *Publicatio an requiratur, ſi teſtator per viam memorie communicationis, aut conſilii ſuam voluntatem expreſſit, ante aduentum Tabellionis.*

42 *Publicatio an requiratur, ſi Teſtator in memoriali, aut cedula per ſe, aut per aliũ facta ſuam volũtatem declaret, & iuſſerit Notarium accerſiri, & antequam veniat, moriatur, & ibi ſi memoriale coram teſtibus exhibeat, & dicat eſſe ſuum teſtamentum, eo non lecto, an ſufficiat?*

34 *Publicatio aut vulgo* (o torgamiento) *an ſit de eſſentia inſtrumenti vel teſtamenti. Et an per priuilegia remittatur hæc ſolemnitas.*

44 *Publicatio quoad heredis inſtitutionem, an debeat fieri propria voce ipſius Teſtatoris, & an ſufficiat eam facere ad interrogationem alterius, plura ſcripta ab autoribus eleganter declarantur. Et eleganter de materia l. iubemus. C. de teſtamentis.*

45 *Teſtator, quando reſpondet ad interrogationem alterius, debet eſſe in plenitudine intellectus.*

46 *Si Teſtator ad interrogationem Notarii reſpondeat, quod ſic, an ſufficiat.*

47 *Teſtator ſi ſit infirmitate oppreſſus, & reſpondeat, quod ſic, ad petitionem perſo ſona ſuſpecta an ſufficiat.*

48 *Teſtator ſi balbutiat, & non articulate loquatur, an teſtamentum ſit validum.*

49 Te-

49 *Teſtator, ſi non loquatur dum alia verba, niſi, ſi, aut, non, quid erit?*

50 *Quid ſi non loquatur ordinate.*

51 *Quid ſi ſint indicia, quod non ſit in plenitudine intellectus, etiam,* levia.

52 *Quid ſi maxima grauetur infirmitate, & vxor interroget?*

53 *Arbitrio Iudicis relinquitur, an Teſtator habuerit vel nõ, voluntatem faciendi ea, quæ alii ſibi ſuggerũt, qui ex circumſtantiis poteſt animum ſuum informare.*

54 *Præſumitur in dubio, pro teſtamento ſic facto & quomodo.*

55 *Lectio & publicatio an præſumatur.*

56 *Reſponſio teſtantis an poſſit fieri nutu, & elegans ibi declaratio, ad l.1.* de los teſtamentos, *& ad l. nutu, & de onere miſſarum adiecto in teſtamento, vbi heres inſtituitur nutu, & de aliis grauaminibus & remediis executiuis, an competant ex tali teſtamento ibi, & an ſaltem valeat dicta inſtitutio iure fideicommiſſi, & vide contra Matienzum, quod dictus heres non ſuccedat ex teſtamento.*

57 *Publicatio teſtamenti facti coram non Notario, an ſit neceſſario facienda coram publico Tabellione, & quomodo & quo ordine & quæ incommoda veniant. ſi non fiat. Et quomodo debeant deponere teſtes ad publicationẽ. Et quæ exceptiones impediant. Et intra quod tempus executor teneatur, eum facere publicari, & in quã pœnam incurrat, ſi non faciat. Intellectus ad l.14.tit.4.lib.5.Recompilation.*

58 *Teſtamentum, de quo in quæſtione probatur, validum, & conſuetudo minuens numerum teſtium, an valeat.*

59 *Teſtamentum ruri factum, quas ſolemnitates debeat habere, & intellectus ad l. final. C. de teſtamentis.*

60 *Teſtamenti ſolemnitas an ſuppleatur aliis probationibus.*

61 *Teſtamentum an valeat in vim pacti ſi heres approbet tacite vel expreſſe.*

62 *Et an ex probatione Codicillorum inferatur approbatio teſtamenti. Et quid ſi ſoluat vnum legatum, vel approbet in vna parte. Et an requiratur ſcientia heredis. Arguit pro parte contraria.*

63 *Teſtamentum, de quo in præſenti fuit confectum ſine Tabellione publico, & ideo nullum, & etiam confectum ſine quinque teſtibus, vbi aliorum erat copia.*

64 *Conſuetudo quando eſt contra legem, requiritur præſcriptum, & cum interuentione actuum, & vide hic quid de iure Ciuili quid de iure Canonico & iure Ciuili.*

65 *Conſuetudo quomodo probetur, vbi late, & an valeat contra dictam l. 1. nu. 76. quando requiratur Principis ſcientia.*

66 *Ignorantia an præſumatur in Ruſtico.*

67 *Solemnitas teſtamentorum à l. requiſita eſt probatoria & ſubſtantialis.*

68 *Solemnitas teſtamenti, quia ſubſtantialis eſt, non poteſt ſuppleri aliis probationibus; ex notatis per Bartolum hic.*

69 *Approbatio Codicillorum non infert ad approbationem teſtamenti.*

70 *Heres approbans teſtamentum in vna parte, non cenſetur ex hoc approbare totum.*

71 *Scientia requiritur ad approbationem teſtamenti, & an præſumatur ignorantia hic.*

72 *Approbatio teſtamenti in vim pacti, an noceat heredi.*

73 *Approbatio vnius an noceat alteri.*

74 *Voluntas Teſtatoris non probatur ab herede, nec valet in vim teſtamenti, nec in vim pacti.*

75 *L. fin. C. de Codicillis, intelligitur, & nouiter perpenditur.*

76 *L. Ordinamenti à l. Recompilationis ſublata eſt in verbis, de quibus hic agitur.*

77. *Ioannes de Neuizanis reprehenditur in præſenti, num. 67. & 68.*

ANTEQVAM ad quæſtionem deueniã pro intelligentia dicendorũ præmitto, primo, quod teſtamentũ de quo in † hac parte agi- 1
mus, quod nuncupatiuum dicimus. *ex*

 l.1.tit.

l.1.tit.4.lib.5.Recompil. ſi fiat cum Tabellione publico, debet habere tres teſtes vicinos oppidi, vbi conficitur: & ſi fiat abſq; Tabellione, debet habere quinq; vicinos, ſi poſſunt reperiri, & eis non repertis ad minus tres, & eadem ſolemnitas requiritur in Codicillis *ex l.2. ad fi. d. tit.4. libr.5. Recompilatio.*

2 Et † eſſe teſtes vicinos tenetur probare is, qui ſtat pro teſtamento: vt cum pluribus concludunt Matienzo *dict. l.1. gloſ.5. à num.13.* reprobando Grego. Lup. qui contrarium tenebat *in l.1. titul.1. part.6. verbo ante ſiete:* idem etiam tenet Burgos de Paz. *in repetit. l.3. Taur.1. part. concluſ.3. à nu.521.* & nouiſſime Acebed. *in d. l.1. à num.36.* allegat Tell. Fernand. idem tenentem, omnes hi, & quos iſti allegant, fundantur: quia quando lex vel ſtatutum requirit teſtes cum aliqua qualitate, talis qualitas non præſumitur, ſed probanda eſt ab eo, qui vtitur teſtibus, quæ communis eſt reſolutio, vt latiſſime, & melius omnibus diſputat, & dicit Ioſeph. Maſcard. *in ſuo peruti li de probatio. tract. part.3. concl.1240. per totam*, nec eſt verum, quod vicinitas in dubio præſumatur, cum ſit quid facti, & non infertatur ex ſola aſſiſtentia in aliquo loco, niſi probatis his, ex quibus quis vicinus dicitur, de quibus infra: vt optime Burgos de Paz. vbi ſupra, reſoluit.

3 Et quamuis † Acebed. vbi ſupra, & Matienz. *num.16.* dicant, quod ſi Tabellio in d. teſtamento aſſerat teſtem vicinum, in dubio talis præſumatur, & incumbit probatio contradicenti: id mihi abſque diſtinctione verum non videtur: nam Tabellio ſolum dare poteſt fidem de his, de quibus eſt rogatus, & coram ſe acta aut viſa ſunt: vt cum Innocen. & Bald. *in Rubric. C. de fid. inſtrument.* concludit *additio.2.* Abb. *litera B.* ſecundum impreſſionem Venetam *in c. ſcius.* poſt Abb. ibi *de teſtibus, num.11. titul.1.* Felyn. *in cap. ſi cautio, num.69. de fid. inſtrum.* idem Acebed. *in l.13. num.29. tit.25. lib.4. Recompilat.* ſed eum eſſe vicinum ſit quid facti, & conſiſtat in actibus vicinitatis, de quibus infra, qui raro poterunt adeſſe tempore confecti teſtamenti, nec Notarius de eis poſſet eſſe rogatus, perperam & male poteſt dare teſtimonium de vicinitate tempore confecti teſtamenti, quando eam non videt, nec videre poteſt, niſi eſſet vicinus à populo receptus, & in aliquo libro deſcriptus, quem Notarius tunc ad petitionem partis vidit, tunc de ipſa viſione dare poteſt fidem, vel de actibus vicinitatis coram ſe geſtis, & non alias, & ſic concludo, quod abſq; diſtinctione eſt falſa dicta aſſertio.

Nec † obſtat, ſi dicas ſufficere, quod 4
pro vicino ſit adhibitus in teſtamento, & quod talis publice reputetur, *ex l.1. C. de teſtamentis, & ex l.9. titul.1. part.6.* quod ſufficere putant Burgos vbi ſupra, *num. 538.* & cum Gregor. Lup. Matienzo vbi ſupra, *n.17.* & hoc poteſt atteſtari Notarius. Nam mihi hoc etiam ſuſpectum videtur, tum quia *d.l.* loquitur in ſeruo exiſtente in poſſeſſione libertatis, nec ibi requiritur teſtimonium Notarii, ſed factum quod probari poteſt: vt conſtat *ex d.l.* & ibi omnes aduertunt, at vero ex ſola communi reputatione non conſtituitur quis in poſſeſſione vicinitatis, niſi & alia faciat, quæ vicini facere ſolent, vt infra dicimus, tum etiam, quia impoſſibile eſt, quod Notarius teſtetur de hac reputatione, niſi audiat maiorem partem populi, & ad hoc ſit rogatus, vt videat actus continuos vicinitatis, quidquid tamen ſit Burgos de Paz. vbi ſupra, *num.26. in fi.* aſſerit praxin admittere dictam aſſertionem, quod ego, ne teſtamenta ſubuertantur, verum exiſtimo, licet in puncto iuris falſum ſit, vt dixi: & quantum ad illum, qui habetur pro vicino, contrarium cum aliis tenuit nouiſſime Burſatus, *conſil.55. num.8. lib.1.* cuius rationem in quantum dicit eſſe ſpeciale in caſu, *d.l.1. de teſtamen.* in ſeruo reputato pro libero, non admitto, cum Imperator non ſe fundet in gratia, aut priuilegio aliquo, ſed in ſtatu & poſſeſſione, & reputatione libertatis, & quia ad habilitatem teſtis debebat ſufficere poſſeſſio habilitatis: nam ſi alias rei veritas & proprietas conſideraretur, infini-

infinitas lites otirentur, & pene omnia teſtamenta ſubuerterētur, quod rationi maxime conſentaneum fuit.

5 Hæc † etiam ſolemnitas vicinitati in Codicillis eſt hodie neceſſaria, *ex d. l. 2. tit. 4. libr. 5. Recompila.* ibi (*y en los Codicillos*) & notat late idem Burgos *in d. repetitione, part. 4. à num. 1120. cum ſequentibus*, idem vult etiam Matienzo *in d. l. 2. gloſſ. 9. à nu. 1. & 9.* & Acebed. *in d. l. 1. n. 39.* cū Tello Fernandez, quem allegat. ſentit etiam Molin. *libr. 2. de primogen. Hiſpan. cap. 8. num. 25.* & Olanus in Antinomiis ad Villalobos *litera. 1. num. 8.* & Acebed. *in l. 2. num. 37. tit. 4. lib. 5.*

6 Et † aduerte etiam, quod vicinus dicitur, qui in oppido, vbi habitat, fuit receptus pro ciue, vel qui aliquo loco domum, lares, fortunas, & domicilium habet, & ibi onera ſoluit, & de commodis participat, & pro vicino ſecundum conſuetudinem patriæ habitus eſt, & ita ſemper vidi practicari, & ita etiā cū pluribus, quos allegat, tenet Burgos de Paz. *d. l. 3. 1. part. a num. 369. cum ſequentibus*, idem *à num. 512. cum ſequentibus*, vbi cum Pariſ. & aliis concludit ita practicari, & in locis exiguis ſemper curari de receptione, & fideiuſſorum datione: in locis vero numeroſis ſufficere, quod quis habitet, & onera ſoluat, & alia, quæ dicta ſunt, faciat: & ita etiam cum Boer. Bart. Afflict. & aliis, idem Acebedo vbi ſupra, à *num. 36. cum ſequentibus*, idem etiam tenet Matienzo *d. gloſſ. 5. à num. 2.* idem etiam tenet Franciſcus Burſat. *conſil. 55. à nu. 6. lib. 1.* & quis dicatur ciuis & incola, vide Rebuff. *in l. plebs & in l. qui in continentib. & in l. ſi pupillus. ff. de verborū ſignificatione.*

7 Ex † quo infertur, quod originarii pupilli & alii, qui non habent domicilium, nec ſubeunt onera, nec ſunt admiſſi pro ciuibus, quod non ſunt vicini, nec gaudent commodis vicinitatis, ac proinde non ſunt idonei teſtes in teſtamētis nec Codicillis. Ita Burgos de Paz. vbi ſupra Burſa. etiam vbi ſupra, Matienzo *d. num. 2.* Spino locutus in ſcholaribus, qui dicit ita iudicatum in Senatu Pintiano *in tract. de teſtamen. gloſſ. 32. num. 28.*

Infertur † etiam, quod aſſidue con- 8
uerſatus in loco, vbi cōficitur teſtamentū, ſi nō eſt vicinus, nō eſt idoneus teſtis in teſtamentis & Codicillis, vt in terminis ſimilis ſtatuti vult Burſat. vbi ſupra, idem defendit late Burgos de Paz. *in d. 1. par. à num. 134. cum ſequentibus*, quia. d. l. Regia exigit preciſe, quod teſtes ſint vicini, patet *ex d. l. 8. in fin.* quæ annullat teſtamenta aliter facta, *& ex d. l. 1. verbo debentur*, quæ verba ſunt præciſa, & denotant formam & ſolemnitatem ſubſtantialem, qua deficiente corruit actus, & ſic hæc ſolemnitas non poteſt per æquipollens impleri, alias de nihilo ſeruiret. *d. l. 1.* & poſſet faciliter defraudari, quod veriſſimum puto. Quamuis Acebed. vbi ſupra, *num. 81.* contrarium teneat, eius enim opinio ſuſtineri non poteſt.

Itidem infertur, quod † famuli, qui in 9
loco nō habent proprium domicilium, neque onera ſubeunt, non ſunt idonei teſtes, nec iudicantur, vt vicini, ita vult Burgos de Paz. vbi ſupra, *num. 411. part. 1.* licet Matienzo *in d. gloſſ. 5. nu. 1.* contrarium voluerit, & male meo iudicio, neque in iure fundatur: nam iura, quæ ipſe & Burgos de Paz. in contrariū citarunt, ſolum dicunt famulos eſſe de plebe, *ex gloſſ. cap. rogationes de conſecratione diſtinctio. 3.* aliud eſt; eſſe de plebe per ſe & principaliter, prout vicinus eſt, & hoc denotat ciuilitatē, aliud eſt; eſſe de plebe non ſimpliciter, ſed cum alio, prout ſunt famuli, qui habitant in domo domini, & cum domino, & hoc non denotat ciuilitatem, licet quoad ſpiritualia, forum, vbi habitant, ſortiantur, quod ex neceſſitate fit.

Infertur † etiā filiosfamilias, ſub pa- 10
tris poteſtate habitantes, non eſſe vicinos, ac proinde non eſſe idoneos teſtes, quod patet ex dictis, & quia non ſunt de plebe, niſi cum ipſo patre, & quia pater ſolus ſubit onera, & non ipſi, & vna collecta, & vna domus, & vnum tributum, & vna penſitatio iudicantur pater & plures filii in eadem domo habitantes;

ſub eiuſdem patris poteſtatem, vt late per Parpali. & alios repetentes *in l. placet C. de ſacroſanct. Eccl.* notat Ægidius Thomas *in tract. de collectis fol. 447. in paruis nu. 38.* Abiles cum aliis *in cap. iudicum Syndicatus, cap. 8. verbo Lei.*

1 Notandum † etiam eſt, quod ita eſt de forma ſubſtãtiali, quod teſtes ſint vicini, quod ea deficiente corruat teſtamentum, *vt ex d. l. 2. in fin.* dixit iudicatum Spino vbi ſupra, Burgos de Paz. *in d. num. 334.* & ex profeſſo optime defendens Auendanno in ſuis reſponſis, *reſpon. 15 per totum*, & in terminis ſimilis ſtatuti, Burſatus vbi ſupra, *à num. 1. cum ſequentibus.* Roland. à Valle, *conſil. 30. num. 1. cum ſequentib. lib. 3.* & ego ſupra, *num. 8.*

12 Secundo † præmitto, quod ſi quis faciat teſtamentum cum tribus teſtibus, abſque Tabellione, ob penuriam teſtium, ſecure teſtatur, & in dubio pręſumitur penuria, niſi à contradicente teſtamentum probetur contrarium, vt cum Bart. & Pariſ. & aliis cõcludit Burgos de Paz. *in d. l. 3. 1. part. concluſione. 5. à num. 822.* quem ſequitur Matienz. *in d. l. 1. gloſ. 7. num. 2.* qui ambo hoc limitant in locis admodum numeroſis, in quibus præſumptio eſt pro contradicente, & allegans penuriam, tenetur probare, & non debet cõſiderari, quod in Cella, in qua defunctus exiſtebat, eſſet penuria, ſed in Oppido, vbi defunctus habitabat: prout dicit idem Burgos *num. 224. in fin.* qui ampliat etiãſi defunctus eſſet morti ꝓximus, & quoad primum, idẽ etiam tenet Roland. à Valle *d. conſil. 30. nu. 9.*

13 Tertio præmitto, † quod teſtamentũ factum coram Tabellione Apoſtolico, non valet in vim ſcripturæ publicæ, ſed indiget examinatione teſtium, & publicatione in forma ſolemni, ex Burgos de Paz. *in d. l. 3. 2. part. c. 2. num. 152.* Acebed. *in d. l. 1. nu. 26.* Matienzo *in d. l. 1. gloſ. 7. n. 3.* quia Notarii Apoſtolici in his Regnis nõ poſſunt inter Laicos teſtamenta nec inſtrum[illegible] alia acta iudici alia ſeu ext[illegible] conficere, & ſi conficiu[illegible] ipſo iure, & ipſe No[illegible] r in pœnis contentis, *in l. 19. tit. 25. lib. 4. Recompila.* vt per Couar. & alios, quos Acebed. ibi allegat, expreſſus tex. *in l. 3. d. tit. 26.* ibi (ni teſtamento.)

Et aduerte, † quod non valet conſuetudo in contrarium, etiam immemorialis, *ex d. l. 3, in fin.* & ibi Acebed. *gloſ. immemorial.* 14

Ex quo inferri non abſque ratione poſſet, ſublatum eſſe id, quod iure cõmuni notatur per Felyn. Deci. Abb. & alios, *in cap. cum dilectum, de fid. inſtrumentorum*, ſcilicet, quod ex conſuetudine immemoriali poteſt dari fides ſcripturæ priuatæ, tanquam publicæ, quod etiam tenet Crauetta *in tractatu de antiquitate temporum, part 1. verſic. quarto limitatur, à num. 3.* licet ipſe eadem parte *verſic. viſo de verbis enuntiatiuis, nu. 32.* id teneat non ſimpliciter & abſolute, ſed ſi ſcriptura ſit veroſimilis, vel alia in eius fauorem concurrant, ne detur materia falſitates committendi, quem etiam refert & ſequitur Maſcardus, *in d. tract. part. 3. concluſio. 1290. à n. 14.* & Rebuff. *in comentarii. ad leges Gallicas, part. 3 tit. de conſuetudine, nu. 77.* quẽ per tranſennam refert & ſequitur Acebed. *in Rubri. d. t. 25. n. 12.*) inferri inquam poſſet id ſublatum eſſe, *ex d. l. 3.* nam ſi conſuetudo nõ poteſt corroborare ſcripturam Tabellionis, qui nõ eſt Regius, ordinatus, & creatus in forma tradita, *in l. 1. eius tit.* minus corroborabit ſcripturam omnino priuatã, qui nec eſt Tabellio, neq; approbatus aut examinatus in Regio conſilio: & ob cuius imperitiã, ſiue etiam cupiditatem aũt defectum fidelitatis, multa incommoda poſſent euenire, eſſetq; etiã in pręiudicium Regali præeminentiæ, quę omnia dictæ leges Regiæ conſiderarunt.

Infertur † item vanam eſſe quorundam aut vulgi opinionem, exiſtimantium teſtamenta corã Clericis aut præsbyteris parrochialibus, facta in locis ruralibus, vbi publici Tabelliones deficiunt, valida eſſe, ob dictam conſuetudinem, quod quotidie in materia anniuerſariorum antiquorum à ruſticis cõfectorum, ſolet ab aliquibus Aduocatis allegari. Hoc namq; falſum eſt: ex *d. l.* 15

maxi-

maxime, quia aſſerta conſuetudo, nec generalis eſt, neque optime probari poteſt, & ſæpe ſæpius in praxi contra eam iudicatum vidi: & contra eam tenet Pariſ. ſine ſcientia ſuperioris, *conſil. 146. nu. 3. libr. 4.* & Gualdenſ. *de arte teſtandi, titul. 2. caut. 7.* quotidieque talia teſtamenta publicantur, atque eis non publicatis, & teſtibus mortuis, nulla fides datur, ſolumque teſtamenta antiqua vigorem obtinent ex antiqua & longa obſeruantia ſubſequuta, ex his, quæ eleganter notat Crauetta *in d. tract. dict. verſic. 4. limitatur num. 14.* quem cum aliis quamplurimis, quos citat, refert & ſequitur Maſcardus, *in d. 3. part. conclu. 1296. num. 19.* vbi Alexan. Cyn. Aymon. Bald. Iaſ. & alios refert.

16 Neque † his obſtat, quod dictus D. Acebed. *in d. l. 1. num 28.* cum Oroz. *in d. l. 1. num. 16. ff. de Offic. Præfecti vrb.* dicit, quod Notarii Apoſtolici, in defectum aliorum poſſint ſcripturas publicas facere, & idem erit per conſequens in aliis, qui ex conſuetudine immemoriali poterant facere: nam id nulla lege fundatur, & eſt contra generalitatem, *d. l. 3. & d. l. 9.* quæ non diſtinguit, imo generaliſſime, & verbis admodum vniuerſalibus, & omnia loca complectentibus loquitur, & idem Acebedo *in d. l. 19. n. 4.* contrarium tenet, ex dictis legibus, & id communis obſeruat praxis.

17 Notandum etiam eſt, quod † & ſi *dicta l. 5.* dicat, quod Notarii approbati poſſunt facere ſcripturas publicas, intelligendum eſt non de illis, qui ſolum habent approbationem conſilii Regalis, iſti enim non ſunt Tabelliones, ſed ſolum ſunt effecti capaces per dictam approbationem, ad officium Tabellionatus aſſequendum ab eo, qui dare poteſt: ſed ſolummodo de illis, qui habent approbationem & officium, & ita ſentit *d. l.* dum dicit (*para ſer eſcribano de el numero, ò para el officio en que fuere nombrado,*) & ita intelligit Didacus Perez. *in l. 1. tit. 5. lib. 2. Ordin. colum 449. in princ.* & ita praxis obſeruat, & ita colligitur, *ex l. 1. d. tit. 25.* ſentit etiam Acebed. ibi, *num. 6.*

18 Aduertendum etiam † eſt ad propoſitum huius quæſtionis, & præmiſſis, quod & ſi teſtamentum factum à Tabellione Apoſtolico non valeat in vim teſtamenti publici, poterit tamen publicari in forma ſolemni teſtibus rite examinatis, & Tabellio computabitur in numero teſtiũ ſi alias qualitates habet, vt per Acebed. vbi ſupra, *nu 30.* Matienz. *in d. l. 1. gl. 7. num. 3.* Maſcard. *de probatio 3. par. concluſ. 1353. num. 55.* allegant. *l. Domitius Labeo. ff. de teſtamentis*, quæ iudicio meo id non probat, nã ibi ideo Scriba computatur in numero teſtiũ, quia a Teſtatore fuit rogatus, vt teſtis teſtamenti in ſcriptis, & vt talis id ſignauit, vt dicit ibi lex, ſed quando ſolum rogatus eſſet, vt Tabellio vel Scriba, non video cur deberet admitti, vt teſtis, cum ad hoc non fuerit rogatus, & rogitus de neceſſitate requiratur, vt infra dicetur, neque, ſi hoc eſſet verum, quod in caſu illius text. fuerit rogatus, vt Tabellio, deberet Iureconſul. mirari de eo, qui dubium ſibi propoſuit, an computaretur in numero teſtium, qui ſcripſit & ſignauit cum aliis teſtibus teſtamentum: (vt miratur, & quaſi eum deridet) quippe qui iuſtiſſimam haberet dubitandi rationem. Quare intrepide tenendum eſt, quod fuit rogatus, vt teſtis, & vt talis ſignauit teſtamentum, vt ibi Iureconſultus dicit, quod ſolent facere teſtes in teſtamento in ſcriptis, vt ſuo loco dicetur, ſed quia ſciebat ſcribere, ſcripſit teſtamentum: maxime, quia illis temporibus teſtamenta in ſcriptis priuatim, & cum amanuenſi ſolebant inſcribi, & poſtea publicantur ex notatis, *in l. publicati, C. de teſtamen. & ex toto tit. ff. quemadmodum teſtamen. aperiantur.* Quidquid tamẽ ſit de hoc intellectu, in praxi, propter fauorem teſtamenti, non eſt recedendum a communi reſolutione.

Quarto † præmitto, quod etiam in 19
teſtamẽto nuncupatiuo requiritur pro forma rogitus teſtium, & de iure communi probatur *in l. heredes palam, §. in teſtamentis, ff. de teſtamen.* & cum pluribus notat Iulius Clarus, *lib. 3. ſententiarum, §. teſtamentum, quæſt. 58.* Mantica *in tract. de*

ſub eiuſdem patris poteſtatem, vt late per Parpali. & alios repetentes *in l. placet C. de ſacroſanct. Eccl.* notat Ægidius Thomas *in tract. de collectis fol. 447. in paruis nu. 38.* Abiles cum aliis *in cap. iudicum Syndicatus, cap. 8. verbo Lei.*

1 Notandum † etiam eſt, quod ita eſt de forma ſubſtātiali, quod teſtes ſint vicini, quod ea deficiente corruat teſtamentum, *vt ex d. l. 2. in fin.* dixit iudicarum Spino vbi ſupra, Burgos de Paz. *in d. num. 334.* & ex profeſſo optime defendens Auendanno in ſuis reſponſis, *reſpon. 15 per totum*, & in terminis ſimilis ſtatuti, Burſatus vbi ſupra, *à num. 1. cum ſequentibus.* Roland. à Valle, *conſil. 30. num. 1. cum ſequentib. lib. 3.* & ego ſupra, *num. 8.*

12 Secundo † præmitto, quod ſi quis faciat teſtamentum cum tribus teſtibus, abſque Tabellione, ob penuriam teſtium, ſecure teſtatur, & in dubio pręſumitur penuria, niſi à contradicente teſtamentum probetur contrarium, vt cum Bart. & Pariſ. & aliis cōcludit Burgos de Paz. *in d. l. 3. 1. part. concluſione. 5. à num. 522.* quem ſequitur Matienz. *in d. l. 1. gloſ. 7. num. 2.* qui ambo hoc limitant in locis admodum numeroſis, in quibus præſumptio eſt pro contradicente, & allegans penuriam, tenetur probare, & non debet cōſiderari, quod in Cella, in qua defunctus exiſtebat, eſſet penuria, ſed in Oppido, vbi defunctus habitabat: prout dicit idem Burgos *num. 524. in fin.* qui ampliat etiāſi defunctus eſſet morti ꝓximus, & quoad primum, idē etiam tenet Roland. à Valle *d. conſil. 30. nu. 9.*

13 Tertio præmitto, † quod teſtamentū factum coram Tabellione Apoſtolico, non valet in vim ſcripturæ publicæ, ſed indiget examinatione teſtium, & publicatione in forma ſolemni, ex Burgos de Paz. *in d. l. 3. 2. part. c. 2. num. 152.* Acebed. *in d. l. 1. nu. 26.* Matienzo *in d. l. 1. gloſ. 7. n. 3.* quia Notarii Apoſtolici in his Regnis nō poſſunt inter Laicos teſtamenta nec inſtrumenta, aut alia acta iudici alia ſeu extraiudicialia conficere, & ſi conficiunt, ſunt nulla ipſo iure, & ipſe Notarius punire debet in pœnis contentis, *in l. 19. tit. 25. lib. 4. Recompila.* vt per Couar. & alios, quos Acebed. ibi allegat, expreſſus tex. *in l. 3. d. tit. 26.* ibi (ni teſtamento.)

Et aduerte, † quod non valet conſuetudo in contrarium, etiam immemorialis, *ex d. l. 3. in fin.* & ibi Acebed. *gloſ. immemorial.* 14

Ex quo inferri non abſque ratione poſſet, ſublatum eſſe id, quod iure cōmuni notatur per Felyn. Deci. Abb. & alios, *in cap. cum dilectum, de fid. inſtrumentorum*, ſcilicet, quod ex conſuetudine immemoriali poteſt dari fides ſcripturæ priuatæ, tanquam publicæ, quod etiam tenet Crauetta *in tractatu de antiquitate temporum, part 1. verſic. quarto limitatur, à num. 3.* (licet ipſe eadem parte *verſic. viſo de verbis enuntiatiuis, nu. 32.* id teneat non ſimpliciter & abſolute, ſed ſi ſcriptura ſit veroſimilis, vel alia in eius fauorem concurrant, ne detur materia falſitates committendi, quem etiam refert & ſequitur Maſcardus, *in d. tract. part. 3. concluſio. 1290. à n. 14.* & Rebuff. *in cōmentariis ad leges Gallicas, part. 3 tit. de conſuetudine, nu. 77.* quē per tranſennam refert & ſequitur Acebed. *in Rubri. d. t. 25. n. 12.*) inferri inquam poſſet id ſublatum eſſe, *ex d. l. 3.* nam ſi conſuetudo nō poteſt corroborare ſcripturam Tabellionis, qui nō eſt Regius, ordinatus, & creatus in forma tradita, *in l. 1. eius tit.* minus corroborabit ſcripturam omnino priuatā, qui nec eſt Tabellio, neq; approbatus aut examinatus in Regio conſilio: & ob euius imperitiā, ſiue etiam cupiditatem aut defectum fidelitatis, multa incommoda poſſent euenire, eſſetq; etiā in pręiudicium Regali præeminentiæ, quę omnia dictæ leges Regiæ conſiderarunt.

Infertur † item vanam eſſe quorundam aut vulgi opinionem, exiſtimantium teſtamenta corā Clericis aut præsbyteris parrochialibus, facta in locis ruralibus, vbi publici Tabelliones deficiunt, valida eſſe, ob dictam conſuetudinem, quod quotidie in materia anniuerſariorum antiquorum à ruſticis cōfectorum, ſolet ab aliquibus Aduocatis allegari. Hoc namq; falſum eſt: ex *d. l.* 15

maxi-

maxime, quia aſſerta conſuetudo, nec generalis eſt, neque optime probari poteſt, & ſæpe ſæpius in praxi contra eam iudicatum vidi: & contra eam tenet Pariſ. ſine ſcientia ſuperioris, *conſil. 146.nu.3.libr.4.* & Gualdenſ. *de arte teſtandi, titul. 2. caut. 7.* quotidieque talia teſtamenta publicantur, atque eis non publicatis, & teſtibus mortuis, nulla fides datur, ſolumque teſtamenta antiqua vigorem obtinent ex antiqua & longa obſeruantia ſubſequuta, ex his, quæ eleganter norat Crauetta *in d.tract. dict. verſic.4.limitatur.num.14.* quem cum aliis quamplurimis, quos citat, refert & ſequitur Maſcardus, *in d.3.part.conclu.1296. num.19.* vbi Alexan. Cyn. Aymon. Bald. Iaſ. & alios refert.

16 Neque † his obſtat, quod dictus D. Acebed. *in d.l.1.num 28.* cum Oroz. *in d. l.1.num.16.ff.de Offic. Præfecti vrb.* dicit, quod Notarii Apoſtolici, in defectum aliorum poſſint ſcripturas publicas facere, & idem erit per conſequens in aliis, qui ex conſuetúdine immemoriali poterant facere: nam id nulla lege fundatur, & eſt contra generalitatem, *d.l.3. & d.l.9.* quæ non diſtinguit, imo generaliſſime, & verbis admodum vniuerſalibus, & omnia loca complectentibus loquitur, & idem Acebedo *in d.l.19.n.4.* contrarium tenet, ex dictis legibus, & id communis obſeruat praxis.

17 Notandum etiam eſt, quod † & ſi *dicta l.5.* dicat, quod Notarii approbati poſſunt facere ſcripturas publicas, intelligendum eſt non de illis, qui ſolum habent approbationem conſilii Regalis, iſti enim non ſunt Tabelliones, ſed ſolum ſunt effecti capaces per dictam approbationem, ad officium Tabellionatus aſſequendum ab eo, qui dare poteſt: ſed ſolummodo de illis, qui habent approbationem & officium, & ita ſentit *d.l.* dum dicit (*para ſer eſcribano de el numero, ò para el officio en que fuere nombrado,*) & ita intelligit Didacus Perez. *in l.1.tit. 5.lib.2.Ordin.colum 449.in princ.* & ita praxis obſeruat, & ita colligitur, *ex l.1.d.tit. 25.* ſentit etiam Acebed. ibi, *num.6.*

18 Aduertendum etiam † eſt ad propoſitum huius quæſtionis, & præmiſſis, quod & ſi teſtamentum factum à Tabellione Apoſtolico non valeat in vim teſtamenti publici, poterit tamen publicari in forma ſolemni teſtibus rite examinatis, & Tabellio computabitur in numero teſtiũ ſi alias qualitates habet, vt per Acebed. vbi ſupra, *nu 30.* Matienz. *in d.l.1.gl.7.num.3.* Maſcard. *de probatio 3.par.concluſ.1353.num.55.* allegant *l. Domitius Labeo.ff de teſtamentis*, quæ iudicio meo id non probat, nã ibi ideo Scriba computatur in numero teſtiũ, quia a Teſtatore fuit rogatus, vt teſtis teſtamenti in ſcriptis, & vt talis id ſignauit, vt dicit ibi lex, ſed quando ſolum rogatus eſſet, vt Tabellio vel Scriba, non video cur deberet admitti, vt teſtis, cum ad hoc non fuerit rogatus, & rogitus de neceſſitate requiratur, vt infra dicetur, neque, ſi hoc eſſet verum, quod in caſu illius text. fuerit rogatus, vt Tabellio, deberet Iureconſul. mirari de eo, qui dubium ſibi propoſuit, an computaretur in numero teſtium, qui ſcripſit & ſignauit cum aliis teſtibus teſtamentum: (vt miratur, & quaſi eum deridet) quippe qui iuſtiſſimam haberet dubitandi rationem. Quare intrepide tenendum eſt, quod fuit rogatus, vt teſtis, & vt talis ſignauit teſtamentum, vt ibi Iureconſultus dicit, quod ſolent facere teſtes in teſtamento in ſcriptis, vt ſuo loco dicetur, ſed quia ſciebat ſcribere, ſcripſit teſtamentum: maxime, quia illis temporibus teſtamenta in ſcriptis priuatim, & cum amanuenſi ſolebant inſcribi, & poſtea publicantur ex notatis, *in l. publicati, C.de teſtamen. & ex toto tit. ff. quemadmodum teſtamen. aperiantur.* Quidquid tamẽ ſit de hoc intellectu, in praxi, propter fauorem teſtamenti, non eſt recedendum a communi reſolutione.

Quarto † præmitto, quod etiam in 19
teſtamẽto nuncupatiuo requiritur pro forma rogitus teſtium, & de iure communi probatur *in l.heredes palam, §.in teſtamentis, ff.de teſtamen.* & cum pluribus notat Iulius Clarus, *lib.3.ſententiarum, §. teſtamentum, quæſt.58.* Mantica *in tract.de*

coniecturis, lib. 2. tit. 11. Michael Craſſus *in ſuo libr. ſententiarum. §. teſtamentum, quæſt. 58. à num. 1.* Maſcard. *in d. tract. 3. par. concl. 1355.*

20 Et iure † Regio ſtante *d. l. 1.* id etiam requiritur, quia in hoc nihil noui diſpoſuit, & quod non mutatur, quare ſtare prohibetur, ita tenet Burgos de Paz. *in d. l. 3. num. 550.* & Gregor. Lopez. *in l. 7. tit. 1. par. 6.* Matienzo *in d. l. 1. num. 7. & 8. gl. 8.* & ibi Acebed. *num. 47.* Spino *in ſuo tractat. de teſtamentis, gloſſ. 31. num. 39.* & cum Anton. Gomez. Caſtill. Palat. & aliis, Albarado *in ſuo tractat. de coniecturis vltimarum voluntatum. cap. 2. §. 2. num 13.* In Codicillis vero teſtes non debere eſſe rogatos indubitatum erat, *ex l. fin. C. de Codicil.* & ibi Bar. Bald. Salicet. Iaſ. Cotneus & alii, at vero in terminis noſtri iuris variant Hiſpani, Burgos *num. 1350.* vbi ſupra, cum aliis, quos allegat, defendit, id non eſſe neceſſarium, quia *in d. l. 1.* neque *in 2. ſequenti*, nihil tale requiritur, & quod *in dict. l. 2.* dicitur, quod in Codicillis ſeruetur eadem ſolemnitas; quæ ſeruatur in teſtamento nuncupatiuo, ex diſpoſitione *dicta leg. 1.* intelligitur ſolum, quoad formam traditam *in d. l. 1.* at vero *in d. l. 1.* nihil de Rogatione: & ſic remanet in terminis iuris communis, & aſſerit ita iudicatum: Gregor. tamen vbi ſupra, contrarium tenet. Sequitur Spino vbi ſupra, *gloſſ. 32. in fin.* Acebedo *in d. l. 2. num. 34* Gutierrez late *lib. 2. practicarum quæſtion. quæſt. 36. num 3.* ſentit Molin. *de primogen. Hiſpanorum, lib. 2. c. 8. num. 24.* fundant ſe primo in dicta æquiparatione, cui fundamento ſufficienter ſatisfactum eſt, ſecundo fundant ſe, & mouentur *ex d. l. 1.* ibi (*teniendo las otras qualidades, que el derecho requiere*) in quo facit magnũ fundamẽtum, Molin. ſed huic fundamento facilime ſatisfacies, tunc enim requiruntur dictæ qualitates, quando quis omiſſa noua forma dictæ legis Regiæ vult teſtari; cum forma antiqua iuris communis. Tunc enim tenetur ſeruare dictas qualitates, prout pro forma ponit ius commune, ex ſupra adductis, ait enim, *pero, ſi els eſtamento fuere hecho ante ſiete tſtigos, aunque no ſean vecinos, ni paſſe ante eſcriuano, teniendo las otras qualidades que el derecho requiere valga, &c.* Igitur in caſu, quo quis teſtatur cum ſeptem teſtibus, vult lex, quod interueniant qualitates iuris communis, quia tũc quis teſtatur cum forma iuris communis, at vero ſi teſtatur in forma tradita à Rege Aldiphonſo *in d. l. nullum verbum de qualitatibus*, immo ſentit tunc lex contrarium, tum per argumentum à contrario, tum per illam aduerſatiuam (*pero*) quæ præcedentia diuerſificat, & contradicit, & ſic poteſt defendi (prout defendit Tellus Fernandez, quem ego non vidi in fronte) quod etiam in teſtamento nuncupatiuo, teſtando in forma dictæ legis, non requiruntur dictæ qualitates, ſed quia in contrarium eſt communis opinio, & hæc practicatur quotidie, in hoc non eſt immorandum: ſufficit, quod in puncto iuris verior eſt opinio Burgenſis in Codicillis, licet contraria ſit communis, & ego poſt factum, pro ea conſulerem, licet in iudicãdo, vt credo, ſeruaretur dicta communis opinio Modernorum, & Gregorii.

Notandum tamẽ eſt, quod † rogitus 21 teſtium non præſumitur, niſi probetur à fundante ſe in teſtamento, vel de eo Notarius teſtetur, vel ſcriptura publici Notarii dicat, adhibitis & vocatis teſtibus, vel teſtis ſe ſubſcribat iuſſu teſtantis aut Notarii: & Teſtator & teſtes audiant ſe eſſe ſcriptos, aut adhibitos vt teſtes: quia in eorum præſentia lectum fuit. Notat late Mantica *in d. tract, lib. 2. tit. 11. per totum.* & Craſſus qui in aliquo diſcordat à Mantica, *dict. §. teſtamentum. quæſt. 58. num 6.* & Manticam ſequitur late Maſcard. *in d. tract. 3. par. conclu. 1355. per totam.* Acebedo. *d. n. 47.*

Quinto præmitto, quod † fœminæ 22 non poſſunt eſſe teſtes in teſtamentis *l. qui teſtamenta. §. mulier, C. de teſtamen.* late Craſſ. vbi ſupra, *quæſt. 57. n. 2.* Et id etiam verũ eſt in terminis iuris noſtri, & rationibus dictis in quarto præmiſſo, & ita tenet Burgos *in d. l. 3. num. 97.* Spino *in d. tract. gloſ. 31. num. 11.* Acebed. *in l. 1. num. 42.* Matienz. *in d. l. 1. gloſſ. 8. num. 3.* & de iure com-

communi, Clarus vbi ſupra *quaſt.52.nu. 2*. Et in Codicillis idem affirmat, & late defendit Molin. vbi ſupra, Matienz. *in d. l.2.gloſſ.9.num 8*. Gutierrez *in d. quæſt.36.* Spino *gloſſ 32.num.36*. Acebed. *in l.2 nu. 34*. contrarium tamen tenet Burgos de Paz. *in d.l.3.num.1347*. in cuius fauorem faciunt rationes dictæ in præcedenti præmiſſo, & certe ſi iure communi clare eſſet diſpoſitum, quod fœminæ ſufficerent, verior erat opinio Burgenſ. ſed de hoc non conſtat, nam *gloſſ. in l.fin. C.de Codicillis, gloſſ. etiam in l. qui teſtamento. §. mulier. ff.de teſtam.* nulla iura allegant, ſed ſolum dicunt, quod non eſt prohibita, & de iure cōmuni contrarium defendit Spino vbi ſupra, tum etiã inconueniens eſt, quod fœmina, quæ in criminalibus, & qualibet re graui & ponderoſa, non eſt idonea teſtis, ſit in Codicillis, in quibus de negotio graui agitur, & falſitas poſſet committi, quam iura, quæ de teſtamentis agunt, odio maximo habent. Cum igitur non conſtet, tenenda eſt in iudicando & conſulendo dicta communis opinio, quæ, & ſi lege careat, cum legi non contradicat, admodum rationabilis eſt, & bono publico conueniens, & eſſe vſu receptam affirmat Olanus *in Antinomiis. ad Villalobos lit.t.num.9.*

23 Sexto† præmitto, quod in teſtamentis & Codicillis impubes non poteſt eſſe teſtis, *ex. l.9.tit.8.lib.2.fori.& ex.l.9. tit.1.part.6.* & ibi Greg. & Montaluus, & plura de iure communi allegat Burgos vbi ſupra, *num.548.& num.1350*. Acebed. *in d.l.num.6.* Matienzo *d.gloſſ.8.num. 4*. Spino. *d.gloſſ.31.num.17.*

24 Septimo † præmitto, quod affines & conſanguinei heredis non ſunt idonei teſtes, cum agitur de probando per teſtes teſtamento, ſecus ſi probetur ſcriptura publica, & à Tabellione publico non prohibito, & capaci conſcripta, *vt in l.11.tit.1.part.6.* & optime cum infinitis, Burgos *in d.l.3.concluſio.4. num.555.* cum vero de teſtamento confecta eſt ſcriptura publica, non ſunt teſtes prohibiti, ex notatis *in d.l.11.* & Burgos vbi ſupra.

Octauo† præmitto, quod legatarius, 25
fideicommiſſarius, executor teſtamenti ſunt idonei teſtes in teſtamēto & Codicillis, dummodo ſit confecta ſcriptura publica, vel ſi non eſt confecta, & agitur de probando teſtamento, per teſtes non agitur cauſa inter eos & heredem, & ſint rogati, vt alii tex. *in l. dictantibus. C.de teſta.* & ibi Iaſ. Curtius, Corneus, & alii, communis, vt per d. Craſſ. *in d.§.teſtamentum, quæſt. 27. à num. 15.* Burgos de Paz. *in d.l.3.concluſio.6.num. 849.* Matienzo *in d.l.1.gloſſ.8.nu 11.* Iulius Clarus *in dict. §. teſtamentum, quaſt. 55. num.8.*

Nono† præmitto, quod & ſi *d l.1.* mi- 26
nuat numerum teſtium in teſtamentis, non ideo requiritur, quod teſtes ſint omni exceptione maiores, & quod hoc articuletur & probetur: nam *d. l.* hoc non requirit, ſufficit, quod teſtes non ſint incapaces, & prohibiti teſtificari in teſtamentis, dummodo non probetur contrarium ab impugnante teſtamentum, & interim pro illis præſumitur, ita accurate defendit Burgos *in d.l.3.concluſio.3.num.357.* Acebed. *in d.l.1.nu.44.* Matienzo *in d.l.1.gloſ.7.num.8.& 10.* & in terminis id videtur demonſtrate Mantica, *in d.tract.de coniecturis,lib.2.tit.10.à num. 1.* Craſſ. *d.§.teſtamentum, quaeſt.57.in prin.* licet Maſcard. *d. concluſio.1353.num.42. & concluſio.1361.num.7.* in terminis ſimilis ſtatuti cū pluribus contrariū teneat & plures alios referēdo; idem tenet Ioſephus Ludouicus *in deciſione. 53. num. 33. Rota Lucenſis*, quorum opinio neque iure fundatur, neque in praxi admittitur, ſolumque haberet locum, quando ſtatutum verbis expreſſis requireret teſtes omni exceptione maiores: nam cum tunc eſſet qualitas formalis, & requiſita a ſtatuto, deberet articulari & probari: vt in terminis legis Tauri, requirentis teſtes omni exceptione maiores ad probandum maioratum, cum pluribus determinat Ludouicus Molin. *libr.2. de Hiſpanorum primogen. cap.6. num.32.* allegat Angel. *in l.2. §. diem. ff. quemadmod. teſtamenta aperiantur.* Et plures alios refert, ita tenentes in terminis

ſtatuti

ſtatuti expreſſe requirentis hanc qualitatem,& ſic loquuntur plutes ex allegatis à Maſcatd. & Ioſeph. Ludouico,& hoc caſu etiam rariſſime in praxi hanc opinionem ſetuamus, licet in teſtamentis ſeruaretur,ſi lex requireret.

27 Decimo præmitto,non † abs re præſentis quæſtionis, quæ de facto contingit, & in ea de hoc præmiſſo actum eſt (quia Tabellio Apoſtolicus, licet non erat vicinus loci, in quo confectum eſt teſtamentum, etat tamen vicinus loci principalis, cui dictus locus erat ſubiectus) quod *ex d.l.1.* non ſufficir ad hoc, vt quis ſit idoneus teſtis, quod ſit vicinus loci principalis capiti Iuriſdictionis, neque etiam quod quis ſit de comitatus iuriſdictione, ſed eſt neceſſarium, quod ſit incola,& vicinus in loco, in quo conficirur teſtamentum, ita probat *d.l.1.* ibi (*vezinos del lugar donde el teſtamento ſe biziere*) per quam ita tenet ibi Acebed. *n. 38.* idẽ tenet & fundat Mexia. *in pragmatica, qua taxa panis. concluſ.1.nu.77.* licet Auiles *in c. Pratorum, c.6.gl. tertia.nu.6.* contrarium teneat, *ex l. qui ex Vico. ff. ad municipal.* & ex pluribus per eum allegatis, ſed eius opinio, neque aliorum ita tenentium in praxi nunquã in his Regnis admiſſa fuit, nunquam enim comitatenſes habiti ſunt pto vicinis loci ptincipalis, neque ècontra, niſi in loco habitauerint, onera ſoluetint, nec proprie diſtricto prius Rigore vicini appellãtur, vt Mexia cum Rebuffo, & iuribus per eum allegatis optime conſiderat, ſed lato ſumpto vocabulo, ex eo: quia in aliquibus prout in collectis,& aliis muneribus, quæ ciuitati & membris a ſuperiore imponuntut, ciuibus communicẽt: & quia per eos reguntur, & hoc magis ex conſuetudine, quæ ſeruanda eſt in actibus, in quibus viguit, vt per Auendan. *in 2.par. mandatorum Regal. cap.14.num.10.* quam mero iuris Rigore, ſolum enim ptoprie comitatenſes dicuntur, quia de comitatu ſunt, vel diſtrictuales, quia de diſtrictu & iuriſdictione, quoad quã ſubditi ſunt ciuitati & Villæ principali, dicuntut etiam de patria, & rerra loci principalis, vrputa Mantuani, quia de vico Mantuæ, Hiſpalenſes, quia de vico Hiſpalis, ex eo, quia quælibet reſumit denominationem a digniori, & ita procedit. *dict. l. qui ex Vico*, & ita ſentit Accurſius ibi in ſecundo intellectu omiſſo primo, poſſunt tamen, qui ex Vico orti ſunt, appellari incolæ & vicini ipſius terræ diſtrictus & rerritorii, & hoc modo procedunt iura, quæ allegat *gloſ. in d. l. qui ex Vico*, & quæ tradit Felyn. *in c. Rodulphus de reſcriptis.*

Vndecimo præmitto, quod † ad eſſe 28
teſtamenti nuncupatiui non eſt neceſſarium, quod adhibeatur Tabellio publicus, etiamſi in loco reperiatur, ita ex vetuſto exemplari legis primæ defendebat Butgos de Paz. *in d.l... n.828.* idem tenet Acebed. *in d.l.1.num.24.* licet contrarium tenuerit Tellus Fernandez. *in d.l.3.2.par.nu.14.ex verbu. d.l.1.in Ordinamento antiquo, tit. de los teſtamentos, lib.5.* Et cum eo alii, quos ipſe allegat, ſed iam ſumus ſine controuerſia: nam in noua legum Regiarum collectione non inſeruntur d. verba, ſed ſolummodo (*y ſi lo biziere ſine ſcribano publico, &c.* & non, *y ſi eſcribano no pudieſſe ſer auido:*) vt dicebat lex antiqua, & ſic ſumus iam extra omnem controuerſiam.

Aduertendum tamen eſt, † quod 29
Tabellio publicus, qui debet adeſſe cõfectioni teſtamenti nuncupatiui, debet eſſe de numero, ita diſponit. *l.1.tit.25.lib. 4. Recompila.* & ibi Acebed. *num.6.gl.* (*ſolos aquellos*) nec iam Tabellio *de conce*jo poterir facere teſtamenta in loco, vbi adſunt Tabelliones numerarii, *ex d. l.1.* ibi (*ſolos aquellos*) & ponderat Acebed. vbi ſupra, & ſunt etiam verba clara, ibi (*è no otros*) per quam legem emendata fuit litera. *l.4.tit.18.lib.2.Ordin. Regalis antiqui*, ibi (*eſcribanos del numero ò de concejo*) per quam Burgos de Paz. *in d.l.3 n.1043.* contra Auendan. tenebat, quod Tabellio *de concejo*, poterat adeſſe dictæ cõfectioni, etiam exiſtente numerario, licet *n.1041.* dicat iudicatum contrarium: iam enim ſua opinio non poreſt habere locum, *ex d.l.1. noua Recompilatio.* maxime, quia iam Tabelliones *de concejo*, nõ ſolent acta aut inſtrumenta facere, niſi quæ ad vniuerſitatem

ſitatem vel concilium pertinent, & ex-
pectar Auenda. *2.p.r.mandatorū.c.15.in fi.*
30 In alio etiam emendata fuit, *d.l.4.* in
quantum permittebat vniuerſiratibus
nominare numerum Tabellionum in
locis, in quibus numerus antiquus non
erat: nam *in d.l.neq; in alia lege noua Recom-
pilationis*, nihil tale continetur, imo ipſa
inſinuat contrarium, niſi ipſa vniuerſi-
tas eſſet in tali poſſeſſione, per tempus
immemoriale conſtituendi numerum,
& creandi Tabelliones, nam hæc ſetuā-
da eſt, *ex l.4.& 5.tit.2.lib.7.Recōpilat.* quod
confirmatur, quia creare Tabelliones,
& numerum conſtituere eſt de regalib.
ex Iſernia, & ibi adiecto verbo, conſue-
tudine, *in tit. quæ ſint Regalia in vſibus feu-
dorum, n.68.* & notatur *in l.Imperium, ff. de
iuriſdict.omn.iud.* & ſic per priuilegium,
aut tempus immemoriale debet adqui-
ri, vt ſentit. *d.l.5.* licet in poſſeſſorio ſuffi-
ciant. 40. anni, *ex d.l.5.* ex quibus etiam
ceſſant omnes quæſtiones, quas Auen-
dan. ponebat *in c.10.1.par.mandatorum Re-
galium per totum*, & hoc etiam notat no-
uiſſime Acebed. quoad terminos *d.l.5.in
Rubr.d.tit.25.nu.14.*
31 In Vicis vero, vbi † non adſunt Tabel-
liones numerarii, poſſunt alii Tabellio-
nes Regales & publici, quib. nō eſt pro-
hibitum officium exercere, ſcripturas
& teſtamenta conficere, *ex d.l.1.in fin.* &
ſic faciunr Tabelliones approbati, & à
dominis creati.
32 Aduerte etiam, quod † ex Auendan.
in d.c.10. Tabelliones Regales in terris
dominorū, ſi non adſint ibi Tabelliones
numerarii poſſunt teſtamenta, obliga-
tiones & inſtrumenta conficere, dum-
modo non faciant acta iudicialia, & ita
practicatur: & in locis vbi ſunt Tabel-
liones numerarii, poſſunt dare teſtimo-
nium, & facere informationes ſumma-
rias proceſſuum criminalium, dummo-
do remittant poſtea numerariis, ita A-
ceb. *in l.26.tit.6.lib.3.Recompal.* hoc tamen
adhuc nūquam vidi practicati, nec pra-
cticaretur, niſi in defectum aliorum
Notariorum, & præcedente iuſſu Iudi-
cis, dico quoad informationes, non
quoad teſtimonia.

Duodecimo præmitto, quod † etiam 33
de ſubſtantia teſtamenti nuncupatiui
eſt quod legatur, & publicetur corā Ta-
bellione & coram Teſtatore & teſtibus,
& quod ipſe annuat teſtamēto ipſi, ad-
uertēdum eſt, ꝙ duplex eſt publicatio,
vna quæ fit poſt mortem Teſtatoris,
quando teſtamentum eſt confectum ſi-
ne ſcriptura, vel cum ſcriptura priuata,
aut quæ pro priuara habetur, prout ſunt
teſtamenta confecta ante Clericos vel
ante Notarios Apoſtolicos inter laicos,
vel ante Tabelliones Regales exiſtenti-
bus Numeratiis, ex Aceb. *in d.l.1.nu.6.* &
de hac nunc non agimus, agemus Deo
volenti ſtatim.
Alia publicatio eſt viuo † Teſtatore, q̄ 34
conſiſtit in lectione teſtamenti & con-
ſenſu teſtantis, qui vulgo *o torgamento*
dicitur, & quod hęc ſit de ſubſtantia, eſt
tex. *in l.fideicōmiſſa.§.quoties.ff. de leg.3.* per
quē ita notant Paul: Cuman. & alii ibi.
Tellus Fernand. *in d.l.3.par.1.nu.17.* Paul.
Caſtr. *in l.ſi is qui ff de teſtam.* notat etiam
Burg. de Paz. *in d.l.3.n.206.& n.226.* idēq;
per omnia Aceb. *in d.l.1.n.63.* Valdes no-
uiſſime in additionib. ad allegationes.
Xuarez. *allegatione 1.& 2. lit.1. & ad repeti-
tiones.§.4 n.1 lit.a.fol.91.* & ibi plures au-
ctores allegat idem Tellus, *in d.l.3. par.2.
n.19.* Couar. *in c.relatum, num.17.de teſtam.*
qui in aliquibus videtur diſentire, ele-
gantiſſime Maſcard. diſtinguens *in tra-
ctat.de probatio par.3.concluſ.1358. à n.70.&
74.* Ruynus *conſi.1.lib.2.* Spino *in ſuo tract.
de teſtam.gloſ.31 à n.21.* Cephal eleganter
conſi.409.lib.3. Iul. Clar. *lib.3.ſententiarum.
§.teſtamentum.q.7.artic.3.* Socin. Iun. *conſ.
144.num. 19. & num.58. & 59. & conſ.147.
nu.19.lib.2.& conſ.7.nu.14.lib.4.* Menoch.
conſ.42.nu.14.lib.1. Cephal. *conſ.99.n.3.lib.
1.& conſ.243.per totum libr.2.* Pariſ. *conſil.
146.à nu.6.lib.4.& conſ.32.nu.15.lib.2.* Io-
ſeph. Ludo. *in Rota Lucana. deciſ.53.à n.35.*
Albaran. *in tract. de coniecturis vlt. volun-
tatum lib.3.c.2.§.1.à nu.13* Michael Craſſ.
*in ſuo lib. ſententiarum. §.teſtamentum.q.19.
per totam & conſil.121.& 122. :28. inter di-
uerſorum conſilia Zileti*, & eleganter Me-
noch. *de præſumption.part.2.libr.4.* Et li-
cet iſti inter ſe videantur diſcordare,
tamen

l.1.tit.4.lib.5.Recompil. ſi fiat cum Tabellione publico, debet habere tres teſtes vicinos oppidi, vbi conficitur: & ſi fiat abſq; Tabellione, debet habere quinq; vicinos, ſi poſſunt reperiri, & eis non repertis ad minus tres, & eadem ſolemnitas requiritur in Codicillis *ex l.2. ad fi. d. tit.4.libr.5.Recompilatio.*

2 Et † eſſe teſtes vicinos tenetur probare is, qui ſtat pro teſtamento: vt cum pluribus concludunt Matienzo *dict. l.1. gloſ.5.à num.13.* reprobando Grego. Lup. qui contrarium tenebat *in l.1.titul.1.part.6.verbo ante ſiete:* idem etiam tenet Burgos de Paz. *in repetit. l.3. Taur.1.part.concluſ.3.à nu.521.* & nouiſſime Acebed. *in d. l.1.à num.36.* allegat Tell. Fernand. idem tenentem, omnes hi, & quos iſti allegant, fundantur: quia quando lex vel ſtatutum requirit teſtes cum aliqua qualitate, talis qualitas non præſumitur, ſed probanda eſt ab eo, qui vtitur teſtibus, quæ communis eſt reſolutio, vt latiſſime, & melius omnibus diſputat, & dicit Ioſeph. Maſcard. *in ſuo perutili de probatio. tract. part.3.concl.1240.per totam,* nec eſt verum, quod vicinitas in dubio præſumatur, cum ſit quid facti, & non infertur ex ſola aſſiſtentia in aliquo loco, niſi probatis his, ex quibus quis vicinus dicitur, de quibus infra: vt optime Burgos de Paz. vbi ſupra, reſoluit.

3 Et quamuis † Acebed. vbi ſupra, & Matienz. *num.16.* dicant, quod ſi Tabellio in d. teſtamento aſſerat teſtem vicinum, in dubio talis præſumatur, & incumbit probatio contradicenti: id mihi abſque diſtinctione verum non videtur: nam Tabellio ſolum dare poteſt fidem de his, de quibus eſt rogatus, & coram ſe acta aut viſa ſunt: vt cum Innocen. & Bald. *in Rubric. C. de fid. inſtrument.* concludit *additio.2. Abb. litera B.* ſecundum impreſſionem Venetam *in c. ſcius.* poſt Abb. ibi *de teſtibus, num.11 titul.1.* Felyn. *in cap. ſi cautio, num.69. de fid. inſtrum.* idem Acebed. *in l.13.num.29.tit.25.lib.4. Recompilat.* ſed cum eſſe vicinum ſit quid facti, & conſiſtat in actibus vicinitatis, de quibus infra, qui raro poterunt adeſſe tempore confecti teſtamenti, nec Notarius de eis poſſet eſſe rogatus, perperam & male poteſt dare teſtimonium de vicinitate tempore confecti teſtamenti, quando eam non videt, nec videre poteſt, niſi eſſet vicinus à populo receptus, & in aliquo libro deſcriptus, quem Notarius tunc ad petitionem partis vidit, tunc de ipſa viſione dare poteſt fidem, vel de actibus vicinitatis coram ſe geſtis, & non alias, & ſic concludo, quod abſq; diſtinctione eſt falſa dicta aſſertio.

4 Nec † obſtat, ſi dicas ſufficere, quod pro vicino ſit adhibitus in teſtamento, & quod talis publice reputetur, *ex l.1.C. de teſtamentis, & ex l.9. titul.1.part.6.* quod ſufficere putant Burgos vbi ſupra, *num. 528.* & cum Gregor. Lup. Matienzo vbi ſupra, *n.17.* & hoc poteſt atteſtari Notarius. Nam mihi hoc etiam ſuſpectum videtur, tum quia *d.l.* loquitur in ſeruo exiſtente in poſſeſſione libertatis, nec ibi requiritur teſtimonium Notarii, ſed factum quod probari poteſt: vt conſtat *ex d.l.* & ibi omnes aduertunt, at vero ex ſola communi reputatione non conſtituitur quis in poſſeſſione vicinitatis, niſi & alia faciat, quæ vicini facere ſolent, vt infra dicimus, tum etiam, quia impoſſibile eſt, quod Notarius teſtetur de hac reputatione, niſi audiat maiorem partem populi, & ad hoc ſit rogatus, vt videat actus continuos vicinitatis, quidquid tamen ſit Burgos de Paz. vbi ſupra, *num.26.in fi.* aſſerit praxin admittere dictam aſſertionem, quod ego, ne teſtamenta ſubuertantur, verum exiſtimo, licet in puncto iuris falſum ſit, vt dixi: & quantum ad illum, qui habetur pro vicino, contrarium cum aliis tenuit nouiſſime Burſatus, *conſil.55.num.8.lib.1.* cuius rationem in quantum dicit eſſe ſpeciale in caſu, *d.l.1. de teſtamen.* in ſeruo reputato pro libero, non admitto, cum Imperator non ſe fundet in gratia, aut priuilegio aliquo, ſed in ſtatu & poſſeſſione, & reputatione libertatis, & quia ad habilitatem teſtis debebat ſufficere poſſeſſio habilitatis: nam ſi alias rei veritas & proprietas conſideraretur,

infini-

Digitized by Google

infinitas lites orirentur, & pene omnia teſtamenta ſubuerterẽtur, quod rationi maxime conſentaneum fuit.

5 Hæc † etiam ſolemnitas vicinitatis in Codicillis eſt hodie neceſſaria, *ex d. l. 2. tit. 4. libr. 5. Recompila.* ibi (*y en los Codicillos*) & notat late idem Burgos *in d. repetitione, part. 4. à num. 1120. cum ſequentibus*, idem vult etiam Matienzo *in d. l. 2. gloſſ. 9. à nu. 1. & 9.* & Acebed. *in d. l. 1. n. 39.* cũ Tello Fernandez, quem allegat. ſentit etiam Molin. *libr. 2. de primogen. Hiſpan. cap. 8. num. 25.* & Olanus in Antinomiis ad Villalobos *litera. 1. num. 8.* & Acebed. *in l. 2. num. 37. tit. 4. lib. 5.*

6 Et † aduerte etiam, quod vicinus dicitur, qui in oppido, vbi habitat, fuit receptus pro ciue, vel qui aliquo loco domum, lares, fortunas, & domicilium habet, & ibi onera ſoluit, & de commodis participat, & pro vicino ſecundum conſuetudinem patriæ habitus eſt, & ita ſemper vidi practicari, & ita etiã cũ pluribus, quos allegat, tenet Burgos de Paz. *d. l. 3. 1. part, à num. 367. cum ſequentibus*, idem *à num. 512. cum ſequentibus*, vbi cum Pariſ. & aliis concludit ita practicari, & in locis exiguis ſemper curari de receptione, & fideiuſſorum datione: in locis vero numeroſis ſufficere, quod quis habitet, & onera ſoluat, & alia, quæ dicta ſunt, faciat: & ita etiam cum Boer. Bart. Afflict. & aliis, idem Acebedo vbi ſupra, *à num. 36. cum ſequentibus*, idem etiam tenet Matienzo *d. gloſſ. 5. à num. 2.* idem etiam tenet Franciſcus Burſat. *conſil. 55. à nu. 6. lib. 1.* & quis dicatur ciuis & incola, vide Rebuff. *in l. plebs & in l. qui in continentib. & in l. ſi pupillus. ff. de verborũ ſignificatione.*

7 Ex † quo infertur, quod otigitarii pupilli & alii, qui non habent domicilium, nec ſubeunt onera, nec ſunt admiſſi pro ciuibus, quod non ſunt vicini, nec gaudent commodis vicinitatis, ac proinde non ſunt idonei teſtes in teſtamẽtis nec Codicillis. Ita Burgos de Paz. vbi ſupta Burſa. etiam vbi ſupta, Matienzo *d. num. 2.* Spino locutus in ſcholaribus, qui dicit ita iudicatum in Senatu Pintiano *in tract. de teſtamen. gloſſ. 32. num. 28.*

Infertur † etiam, quod aſſidue con- 8
uerſatus in loco, vbi cõficitur teſtamentũ, ſi nõ eſt vicinus, nõ eſt idoneus teſtis in teſtamentis & Codicillis, vt in terminis ſimilis ſtatuti vult Burſat. vbi ſupra, idem defendit late Burgos de Paz. *in d. 1. par. à num. 334. cum ſequentibus*, quia. d. l. Regia exigit preciſe, quod teſtes ſint vicini, patet *ex d. l. 8. in fin.* quæ annullat teſtamenta aliter facta, *& ex d. l. 1. verbo debentur*, quæ verba ſunt præciſa, & denotant formam & ſolemnitatem ſubſtantialem, qua deficiente corruit actus, & ſic hæc ſolemnitas non poteſt per æquipollens impleri, alias de nihilo ſeruiret. *d. l. 1.* & poſſet faciliter defraudari, quod veriſſimum puto. Quamuis Acebed. vbi ſupta, *num. 81.* contrarium teneat, eius enim opinio ſuſtineri non poteſt.

Itidem infertur, quod † famuli, qui in 9
loco nõ habent proprium domicilium, neque onera ſubeunt, non ſunt idonei teſtes, nec iudicantur, vt vicini, ita vult Burgos de Paz. vbi ſupta, *num. 411. part. 1.* licet Matienzo *in d. gloſſ. 5. nu. 1.* contrarium voluerit, & male meo iudicio, neque in iure fundatur: nam iura, quæ ipſe & Burgos de Paz. in contrariũ citarunt, ſolum dicunt famulos eſſe de plebe, *ex gloſſ. cap. rogationes de conſecratione diſtinctio. 5.* aliud eſt; eſſe de plebe per ſe & principaliter, prout vicinus eſt, & hoc denotat ciuilitatẽ, aliud eſt; eſſe de plebe non ſimpliciter, ſed cum alio, prout ſunt famuli, qui habitant in domo domini, & cum domino, & hoc non denotat ciuilitatem, licet quoad ſpiritualia, forum, vbi habitant, ſortiantur, quod ex neceſſitate fit.

Infertur † etiã filiosfamilias, ſub pa- 10
tris poteſtate habitantes, non eſſe vicinos, ac proinde non eſſe idoneos teſtes, quod patet ex dictis, & quia non ſunt de plebe, niſi cum ipſo patre, & quia pater ſolus ſubit oneta, & non ipſi, & vna collecta, & vna domus, & vnum ttibutum, & vna penſitatio iudicantur pater & plures filii in eadem domo habitantes;

ſub eiuſdem patris poteſtatem, vt late
per Parpali. & alios repetentes *in l. placet*
C. de ſacroſanct. Eccl. notat Ægidius Tho-
mas *in tract. de collectis fol. 447. in paruis nu.*
38. Abiles cum aliis *in cap. iudicum Syndi-*
catus, cap. 8. verbo Lei.

1 Notandum † etiam eſt, quod ita eſt
de forma ſubſtãtiali, quod teſtes ſint vi-
cini, quod ea deficiente corruat teſta-
mentum, *vt ex d. l. 2. in fin.* dixit iudica-
tum Spino vbi ſupra, Burgos de Paz. *in*
d. num. 334. & ex profeſſo optime defen-
dens Auendanno in ſuis reſponſis, *re-*
ſpon. 15 per totum, & in terminis ſimilis
ſtatuti, Burſatus vbi ſupra, *à num. 1. cum*
ſequentibus. Roland. à Valle, *conſil. 30.*
num. 1. cum ſequentib. lib. 3. & ego ſupra,
num. 8.

12 Secundo † præmitto, quod ſi quis fa-
ciat teſtamentum cum tribus teſtibus,
abſque Tabellione, ob penuriam te-
ſtium, ſecure teſtatur, & in dubio pręſu-
mitur penuria, niſi à contradicente te-
ſtamentum probetur contrarium, vt
cum Bart. & Pariſ. & aliis cõcludit Bur-
gos de Paz. *in d. l. 3. 1. part. concluſione. 5. à*
num. 822. quem ſequitur Matienz. *in d. l.*
1. gloſ. 7. num. 2. qui ambo hoc limitant in
locis admodum numeroſis, in quibus
præſumptio eſt pro contradicente, &
allegans penuriam, tenetur probare, &
non debet cõſiderari, quod in Cella, in
qua defunctus exiſtebat, eſſet penuria,
ſed in Oppido, vbi defunctus habitabat:
prout dicit idem Burgos *num. 824. in fin.*
qui ampliat etiãſi defunctus eſſet mor-
ti ꝓximus, & quoad primum, idẽ etiam
tenet Roland. à Valle *d. conſil. 30. nu. 9.*

13 Tertio præmitto, † quod teſtamentũ
factum coram Tabellione Apoſtolico,
non valet in vim ſcripturæ publicæ, ſed
indiget examinatione teſtium, & publi-
catione in forma ſolemni, ex Burgos de
Paz. *in d. l. 3. 2. part. c. 2. num. 152.* Ace-
bed. *in d. l. 1. nu. 26.* Matienzo *in d. l. 1. gloſ.*
7. n. 3. quia Notarii Apoſtolici in his Re-
gnis nõ poſſunt inter Laicos teſtamen-
ta nec inſtrumenta, aut alia acta iudici-
alia ſeu extraiudicialia conficere, & ſi
conficiunt, ſunt nulla ipſo iure, & ipſe
Notarius punire debet in pœnis con-
tentis, *in l. 19. tit. 25. lib. 4. Recompila.* vt per
Couar. & alios, quos Acebed. ibi allegat,
expreſſus tex. *in l. 3. d. tit. 26.* ibi (ni teſta-
mento.)

Et aduerte, † quod non valet conſue- 14
tudo in contrarium, etiam immemoria-
lis, *ex d. l. 3. in fin.* & ibi Acebed. *gloſ. imme-*
morial.

Ex quo inferri non abſque ratione
poſſet, ſublatum eſſe id, quod iure cõ-
muni notatur per Felyn. Deci. Abb. & a-
lios, *in cap. cum dilectum, de fid. inſtrumento-*
rum, ſcilicet, quod ex conſuetudine im-
memoriali poteſt dari fides ſcripturæ
priuatæ, tanquam publicæ, quod etiam
tenet Crauetta *in tractatu de antiquitate*
temporum, part 1. verſic. quarto limitatur, à
num. 3. (licet ipſe eadem parte *verſic. viſo*
de verbis enuntiatiuis, nu. 32. id teneat non
ſimpliciter & abſolute, ſed ſi ſcriptura
ſit veroſimilis, vel alia in eius fauorem
concurrant, ne detur materia falſitates
committendi, quem etiam refert & ſe-
quitur Maſcardus, *in d. tract. part. 3. conclu-*
ſio. 1290. à n. 14. & Rebuff. *in cõmentariis ad*
leges Gallicas, part. 3 tit. de conſuetudine, nu.
77. quẽ per tranſennam refert & ſequi-
tur Acebed. *in Rubri. d. 1. 25. n. 12.*) inferri
inquam poſſet id ſublatum eſſe, *ex d. l. 3.*
nam ſi conſuetudo nõ poteſt corrobo-
rare ſcripturam Tabellionis, qui nõ eſt
Regius, ordinatus, & creatus in forma
tradita, *in l. 1. eius tit.* minus corroborabit
ſcripturam omnino priuatã, qui nec eſt
Tabellio, neq; approbatus aut exami-
natus in Regio conſilio: & ob cuius im-
peritiã, ſiue etiam cupiditatem aũt de-
fectum fidelitatis, multa incommoda
poſſent euenire, eſſetq; etiã in pręiudi-
cium Regali præeminentiæ, quę omnia
dictæ leges Regiæ conſiderarunt.

Infertur † item vanam eſſe quotun- 15
dam aut vulgi opinionem, exiſtiman-
tium teſtamenta corã Clericis aut præſ-
byteris parrochialibus, facta in locis ru-
ralibus, vbi publici Tabelliones defi-
ciunt, valida eſſe, ob dictam conſuetu-
dinem, quod quotidie in materia anni-
uerſariorum antiquorum à ruſticis cõ-
fectorum, ſolet ab aliquibus Aduocatis
allegari. Hoc namq; falſum eſt: ex *d. l.*

maxi-

maxime, quia aſſerta conſuetudo, nec generalis eſt, neque optime probari poteſt, & ſæpe ſæpius in praxi contra eam iudicatum vidi: & contra eam tenet Pariſ. ſine ſcientia ſuperioris, *conſil. 146. nu. 3. libr. 4.* & Gualdenſ. *de arte teſtandi, titul. 2. caut. 7.* quotidieque talia reſtamenta publicantur, atque eis non publicatis, & teſtibus mortuis, nulla fides datur, ſolumque teſtamenta antiqua vigorem obtinenr ex antiqua & longa obſeruantia ſubſequura, ex his, quæ eleganter norat Crauetta *in d. tract. dict. verſic. 4. limitatur num. 14.* quem cum alüs quamplurimis, quos citat, refert & ſequitur Maſcardus, *in d. 3. part. conclu. 1296. num. 19.* vbi Alexan. Cyn. Aymon. Bald. Iaſ. & alios refert.

16 Neque † his obſtat, quod dictus D. Acebed. *in d. l. 1. num 28.* cum Oroz. *in d. l. 1. num. 16. ff. de Offic. Præfecti vrb.* dicit, quod Notarii Apoſtolici, in defectum aliorum poſſint ſcripturas publicas facere, & idem erit per conſequens in aliis, qui ex conſuetúdine immemoriali poterant facere: nam id nulla lege fundatur, & eſt conrra generalitatem, *d. l. 3. & d. l. 9.* quæ non diſtinguit, imo generaliſſime, & verbis admodum vniuerſalibus, & omnia loca complectenribus loquitur, & idem Acebedo *in d. l. 19. n. 4.* contrarium tenet, ex dictis legibus, & id communis obſeruat praxis.

17 Norandum etiam eſt, quod † & ſi *dicta l. 5.* dicat, quod Notarii approbati poſſunt facere ſcripturas publicas, intelligendum eſt non de illis, qui ſolum habent approbationem conſilii Regalis, iſti enim non ſunt Tabelliones, ſed ſolum ſunt effecti capaces per dictam approbationem, ad officium Tabellionatus aſſequendum ab eo, qui dare poteſt: ſed ſolummodo de illis, qui habent approbationem & officium, & ira ſentit *d. l.* dum dicit (*para ſer eſcribano de el numero, ò para el officio en que fuere nombrado,*) & ira intelligit Didacus Perez. *in l. 1. tit. 5. lib. 2. Ordin. colum 449. in princ.* & ita praxis obſeruat, & ita colligitur, *ex l. 1. d. tit. 25.* ſentit etiam Acebed. ibi, *num. 6.*

18 Aduertendum etiam † eſt ad propoſitum huius quæſtionis, & præmiſſis, quod & ſi teſtamentum factum à Tabellione Apoſtolico non valeat in vim teſtamenti publici, poterit tamen publicari in forma ſolemni teſtibus rite examinatis, & Tabellio computabitur in numero teſtiũ ſi alias qualitates habet, vt per Acebed. vbi ſupra, *nu 30.* Matienz. *in d. l. 1. gl. 7. num. 3.* Maſcard. *de probatio 3. par. concluſ. 1353. num. 55.* allegant. *l. Domitius Labeo. ff de teſtamentis*, quæ iudicio meo id non probat, nã ibi ideo Scriba computatur in numeto teſtiũ, quia a Teſtatore fuit rogatus, vt teſtis teſtamenti in ſcripris, & vt talis id ſignauit, vt dicit ibi lex, ſed quando ſolum rogatus eſſet, vt Tabellio vel Scriba, non video cur deberet admitti, vt teſtis, cum ad hoc non fuerit rogatus, & rogitus de neceſſitate requitatur, vt infra dicetur, neque, ſi hoc eſſet verum, quod in caſu illius text. fuerit rogarus, vt Tabellio, deberet Iureconſul. mirari de eo, qui dubium ſibi propoſuit, an computaretur in numero teſtium, qui ſcripſit & ſignauit cum aliis teſtibus teſtamentum: (vt miratur, & quaſi eum deridet) quippe qui iuſtiſſimam haberet dubitandi rationem. Quare intrepide tenendum eſt, quod fuit rogatus, vt teſtis, & vt talis ſignauit teſtamentum, vt ibi Iureconſultus dicit, quod ſolent facere teſtes in teſtamento in ſcriptis, vt ſuo loco dicetur, ſed quia ſciebat ſcribere, ſcripſit teſtamentum: maxime, quia illis remporibus teſtamenta in ſcriptis priuatim, & cum amanuenſi ſolebant inſcribi, & poſtea publicantur ex notatis, *in l. publicati, C. de teſtamen. & ex toto tit. ff. quemadmodum teſtamen. aperiantur.* Quidquid tamẽ ſit de hoc intellectu, in praxi, propter fauorem reſtamenti, non eſt recedendum a communi reſolutione.

Quarto † præmitto, quod etiam in 19
teſtamẽto nuncupatiuo tequiritur pro forma rogitus teſtium, & de iure communi probatur *in l. heredes palam, § in teſtamentis, ff. de teſtamen.* & cum pluribus notat Iulius Clarus, *lib. 3. ſententiarum, §. teſtamentum, quæſt. 58.* Mantica *in tract. de*

coniecturis, lib. 2. tit. 11. Michael Craſſus *in ſuo libr. ſententiarum. §. teſtamentum, quæſt. 58. à num. 1.* Maſcard. *in d. tract. 3. par. concl. 1355.*

20 Et iure † Regio ſtante *d. l. 1.* id etiam requiritur, quia in hoc nihil noui diſpoſuit, & quod non mutatur, quare ſtare prohibetur, ita tenet Burgos de Paz. *in d. l. 3. num. 550.* & Gtegor. Lopez. *in l. 7. tit. 1. par. 6.* Matienzo *in d. l. 1 num. 7. & 8. gl. 8.* & ibi Acebed. *num. 47.* Spino *in ſuo tractat. de teſtamentis. gloſſ. 31. num. 39.* & cum Anton. Gomez. Caſtill. Palat. & aliis, Albarado *in ſuo tractat. de coniecturis vltimarum voluntatum. cap. 2. § 2. num 13.* In Codicillis vero teſtes non debere eſſe rogatos indubitatum erat, *ex l. fin. C. de Codicil.* & ibi Bar. Bald. Salicer. Iaſ. Corneus & alii, at vero in terminis noſtri iuris variant Hiſpani, Burgos *num. 1350.* vbi ſupra, cum aliis, quos allegat, defendit, id non eſſe neceſſarium, quia *in d. l. 1.* neque *in 2. ſequenti*, nihil tale requiritur, & quod *in dict. l. 2.* dicitur, quod in Codicillis ſeruetur eadem ſolemnitas; quæ ſeruatur in teſtamento nuncupatiuo, ex diſpoſitione *dicta leg. 1.* intelligitur ſolum, quoad formam traditam *in d. l. 1.* at vero *in d. l. 1.* nihil de Rogatione: & ſic remanet in terminis iuris communis, & aſſerit ita iudicatum: Gregor. tamen vbi ſupra, contrarium tenet. Sequitur Spino vbi ſupra, *gloſſ 32. in fin.* Acebedo *in d. l. 2. num. 34* Gutierrez late *lib. 2. practicarum quæſtion. quæſt. 36. num 3.* ſentit Molin. *de primogen. Hiſpanorum, lib. 2. c. 8. num. 24.* fundant ſe primo in dicta æquipatatione, cui fundamento ſufficienter ſatisfactum eſt, ſecundo fundant ſe, & mouentur *ex d. l. 1.* ibi (*teniendo las otras qualidades, que el derecho requiere*) in quo facit magnũ fundamẽtum, Molin. ſed huic fundamento facilime ſatisfacies, tunc enim requiruntur dictæ qualitates, quando quis omiſſa noua forma dictæ legis Regiæ vult teſtari, cum forma antiqua iuris communis. Tunc enim tenetur ſeruare dictas qualitates, prout pro forma ponit ius commune, ex ſupra adductis, ait enim, *pero, ſi el teſtamento fuere hecho ante ſiete teſtigos, aunque no ſean vecinos, ni paſſe ante eſcriuano, teniendo las otras qualidades que el derecho requiere valga, &c.* Igitur in caſu, quo quis teſtatur cum ſeptem teſtibus, vult lex, quod interueniant qualitates iuris communis, quia tũc quis teſtatur cum forma iuris communis, at vero ſi teſtatur in forma tradita à Rege Aldiphonſo *in d. l. nullum verbum de qualitatibus*, immo ſentit tunc lex contrarium, tum per argumentum à contrario, tum per illam aduerſatiuam (*pero*) quæ præcedentia diuerſificat, & contradicit, & ſic poteſt defendi (prout defendit Tellus Fernandez, quem ego non vidi in fronte) quod etiam in teſtamento nuncupatiuo, teſtando in forma dictæ legis, non requiruntur dictæ qualitates, ſed quia in contrarium eſt communis opinio, & hæc practicatur quotidie, in hoc non eſt immorandum: ſufficit, quod in puncto iuris verior eſt opinio Burgenſis in Codicillis, licet contraria ſit communis, & ego poſt factum, pro ea conſulerem, licet in iudicãdo, vt credo, ſeruaretur dicta communis opinio Modernorum, & Gregorii.

Notandum tamẽ eſt, quod † rogitus 21 teſtium non præſumitur, niſi probetur à fundante ſe in teſtamento, vel de eo Notarius teſtetur, vel ſcriptura publici Notarii dicat, adhibitis & vocatis teſtibus, vel teſtis ſe ſubſcribat iuſſu teſtantis aut Notarii: & Teſtator & teſtes audiant ſe eſſe ſcriptos, aut adhibitos vt teſtes: quia in eorum præſentia lectum fuit. Notat late Mantica *in d. tract, lib. 2. tit. 11. per totum.* & Craſſus qui in aliquo diſcordat à Mantica, *dict. §. teſtamentum. quæſt. 58. num 6.* & Manticam ſequitur late Maſcard. *in d. tract. 3. par. conclu. 1355. per totam.* Acebedo. *d. n. 47.*

Quinto præmitto, quod † fœminæ 22 non poſſunt eſſe teſtes in teſtamentis *l. qui teſtamenta. § mulier, C. de teſtamen.* late Craſſ. vbi ſupra, *quæſt. 57. n. 2.* Et id etiam verũ eſt in terminis iuris noſtri, & rationibus dictis in quarto præmiſſo, & ita tenet Burgos *in d. l. 3. num. 97.* Spino *in d. tract. gloſ. 31. num. 11.* Acebed. *in l. 1. num. 42.* Matienz. *in d. l. 1. gloſſ. 8. num. 3.* & de iure com-

communi, Clarus vbi ſupra *quæſt.52.nu.*
1. Et in Codicillis idem affirmat, & late
defendit Molin. vbi ſupra, Matienz. *in d.*
l.2.gloſſ.9.num 8. Gutierrez *in d. quæſt. 36.*
Spino *gloſſ 32.num.36.* Acebed. *in l.2 nu.*
34. contrarium tamen tenet Burgos de
Paz. *in d l.3.num.1347.* in cuius fauorem
faciunt rationes dictæ in præcedenti
præmiſſo, & certe ſi iure communi cla-
re eſſet diſpoſitum, quod fœminæ ſuf-
ficerent, verior erat opinio Burgenſ. ſed
de hoc non conſtat, nam *gloſſ.in l.fin.C.de*
Codicillis, gloſſ.etiam in l. qui teſtamento. §.
mulier.ff.de teſtam. nulla iura allegant, ſed
ſolum dicunt, quod non eſt prohibita,
& de iure cõmuni contrarium defendit
Spino vbi ſupra, tum etiã inconueniens
eſt, quod fœmina, quæ in criminalibus,
& qualibet re graui & ponderoſa, non
eſt idonea teſtis, ſit in Codicillis, in qui-
bus de negotio graui agitur, & falſitas
poſſet committi, quam iura, quæ de
teſtamentis agunt, odio maximo ha-
bent. Cum igitur non conſtet, tenen-
da eſt in iudicando & conſulendo di-
cta communis opinio, quæ, & ſi lege ca-
reat, cum legi non contradicat, admo-
dum rationabilis eſt, & bono publico
conueniens, & eſſe vſu receptam affir-
mat Olanus *in Antinomiis. ad Villalobos*
lit.1.num.9.

23 Sexto † præmitto, quod in teſtamen-
tis & Codicillis impubes non poteſt eſ-
ſe teſtis, *ex. l.9.tit.8.lib.2 fori.& ex.l.9.*
tit.4.part.6. & ibi Greg. & Montaluus,
& plura de iure communi allegat Bur-
gos vbi ſupra, *num.548.& num.1350.* Ace-
bed. *in d.l.num.6.* Matienzo *d.gloſſ.8.num.*
4. Spino. *d.gloſſ.31.num.17.*

24 Septimo † præmitto, quod affines
& conſanguinei heredis non ſunt ido-
nei teſtes, cum agitur de probando per
teſtes teſtamento, ſecus ſi probetur ſcri-
ptura publica, & à Tabellione publi-
co non prohibito, & capaci conſcri-
pta, *vt in l. 11. tit. 1. part. 6.* & optime
cum infinitis, Burgos *in d.l.3.concluſio.4.*
num.555. cum vero de teſtamento con-
fecta eſt ſcriptura publica, non ſunt te-
ſtes prohibiti, ex notatis *in d.l.11.* & Bur-
gos vbi ſupra.

Octauo † præmitto, quod legatarius, 25
fideicommiſſarius, executor teſtamen-
ti ſunt idonei teſtes in teſtamẽto & Co-
dicillis, dummodo ſit confecta ſcriptu-
ra publica, vel ſi non eſt confecta, & a-
gitur de probando teſtamento, per te-
ſtes non agitur cauſa inter eos & here-
dem, & ſint rogati, vt alii tex. *in l. dictan-*
tibus. C. de teſta. & ibi Iaſ. Curtius, Cor-
neus, & alii, communis, vt per d. Craſſ.
in d. §. teſtamentum, quæſt. 27. à num. 15.
Burgos de Paz. *in d. l.3. concluſio.6. num.*
849. Matienzo *in d.l. 1. gloſſ.8.nu 11.* Iulius
Clarus *in dict. §. teſtamentum, quæſt. 55.*
num.8.

Nono † præmitto, quod & ſi *d l.1.* mi- 26
nuat numerum teſtium in teſtamentis,
non ideo requiritur, quod teſtes ſint o-
mni exceptione maiores, & quod hoc
articuletur & probetur: nam *d. l.* hoc
non requirit, ſufficit, quod teſtes non
ſint incapaces, & prohibiti teſtificari in
teſtamentis, dummodo non probetur
contrarium ab impugnante teſtamen-
tum, & interim pro illis præſumitur, ita
accurate defendit Burgos *in d.l.3.conclu-*
ſio.5.num.357. Acebed. *in d.l.1.nu.44.* Ma-
tienzo *in d.l.1.gloſ.7.num.8.& 10.* & in ter-
minis id videtur demonſtrare Mantica,
in d. tract. de conjecturis, lib. 2. tit. 10. à num.
1. Craſſ. *d. §. teſtamentum, quæſt.57. in prin.*
licet Maſcard. *d. concluſio. 1353. num. 42.*
& concluſio. 1361. num.7. in terminis ſimi-
lis ſtatuti cũ pluribus contrariũ teneat
& plures alios referẽdo; idem tenet Io-
ſephus Ludouicus *in deciſione. 53. num.*
33. Rota Lucenſis, quorum opinio neque
iure fundatur, neque in praxi admitti-
tur, ſolumque haberet locum, quando
ſtatutum verbis expreſſis requireret te-
ſtes omni exceptione maiores: nam
cum tunc eſſet qualitas formalis, & re-
quiſita a ſtatuto, deberet articulari &
probari: vt in terminis legis Tauri, re-
quirentis teſtes omni exceptione ma-
iores ad probandum maioratum, cum
pluribus determinat Ludouicus Mo-
lin. *libr. 2. de Hiſpanorum primogen. cap. 6.*
num. 30. allegat Angel. *in l. 2. §. diem. ff.*
quemadmod. teſtamenta aperiantur. Et plu-
res alios refert, ita tenentes in terminis
ſtatuti

ſtatuti expreſſe requirentis hanc qualitatem,& ſic loquuntur plures ex allegatis à Maſcard. & Ioſeph. Ludouico,& hoc caſu etiam rariſſime in praxi hanc opinionem ſeruamus, licet in teſtamentis ſeruaretur, ſi lex requireret.

27 Decimo præmitto, non † abs re præſentis quæſtionis, quæ de facto contingit, & in ea de hoc præmiſſo actum eſt (quia Tabellio Apoſtolicus, licet non erat vicinus loci, in quo confectum eſt teſtamentum, erat tamen vicinus loci principalis, cui dictus locus erat ſubiectus) quod *ex d.l.1.* non ſufficit ad hoc, vt quis ſit idoneus teſtis, quod ſit vicinus loci principalis capiti Iuriſdictionis, neque etiam quod quis ſit de comitatus iuriſdictione, ſed eſt neceſſarium, quod ſit incola,& vicinus in loco, in quo conficitur teſtamentum, ita probat *d.l.1.* ibi (*vezinos del lugar donde el teſtamento ſe hiziere*) per quam ita tenet ibi Acebed. *n. 38.* idē tenet & fundat Mexia. *in pragmatica, qua taxa panis. concluſ.1. nu.77.* licet Auiles *in c. Pretorum, c.6. gl. tertia. nu.6.* contrarium teneat, *ex l. qui ex Vico ff. ad municipal.* & ex pluribus per eum allegatis, ſed eius opinio, neque aliorum ita tenentium in praxi nunquā in his Regnis admiſſa fuit, nunquam enim comitatenſes habiti ſunt pro vicinis loci principalis, neque è contra, niſi in loco habitauerint, onera ſoluerint, nec proprie diſtricto prius Rigore vicini appellātur, vt Mexia cum Rebuffo, & iuribus per eum allegatis optime conſiderat, ſed lato ſumpto vocabulo, ex eo: quia in aliquibus prout in collectis, & aliis muneribus, quæ ciuitati & membris a ſuperiore imponuntur, ciuibus communicēt: & quia per eos reguntur, & hoc magis ex conſuetudine, quæ ſeruanda eſt in actibus, in quibus viguit, vt per Auendan. *in 2. par. mandatorum Regal. cap.14. num.10.* quam mero iuris Rigore, ſolum enim proprie comitatenſes dicuntur, quia de comitatu ſunt, vel diſtrictuales, quia de diſtrictu & iuriſdictione, quoad quā ſubditi ſunt ciuitati & Villæ principali, dicuntur etiam de patria, & terra loci principalis, vtputa Mantuani, quia de vico Mantuæ, Hiſpalenſes, quia de vico Hiſpalis, ex eo, quia quælibet reſumit denominationem a digniori, & ita procedit. *dict. l. qui ex Vico*, & ita ſentit Accurſius ibi in ſecundo intellectu omiſſo primo, poſſunt tamen, qui ex Vico orti ſunt, appellari incolæ & vicini ipſius terræ diſtrictus & territorii, & hoc modo procedunt iura, quæ allegat *gloſ. in d. l. qui ex Vico*, & quæ tradit Felyn. *in c. Rodulphus de reſcriptis.*

Vndecimo præmitto, quod † adeſſe 28
teſtamenti nuncupatiui non eſt neceſſarium, quod adhibeatur Tabellio publicus, etiamſi in loco reperiatur, ita ex vetuſto exemplari legis primæ defendebat Burgos de Paz. *in d.l. ... n.828.* idem tenet Acebed. *in d.l.1. num.24.* licet contrarium tenuerit Tellus Fernandez. *in d.l.3. 2. par. nu.14. ex verbis. d.l.1. in Ordinamento antiquo, tit. de los teſtamentos, lib.5.* Et cum eo alii, quos ipſe allegat, ſed iam ſumus ſine controuerſia: nam in noua legum Regiarum collectione non inſeruntur d. verba, ſed ſolummodo (*y ſi lo hiziere ſine ſcribano publico, &c.* & non, *y ſi eſcribano no pudieſſe ſer auido:*) vt dicebat lex antiqua, & ſic ſumus iam extra omnem controuerſiam.

Aduertendum tamen eſt, † quod 29
Tabellio publicus, qui debet adeſſe cōfectioni teſtamenti nuncupatiui, debet eſſe de numero, ita diſponit. *l.1. tit.25. lib. 4. Recompila.* & ibi Acebed. *num.6. gl.* (*ſolos aquellos*) nec iam Tabellio *de conceio* poterit facere teſtamenta in loco, vbi adſunt Tabelliones numerarii, *ex d. l.1.* ibi (*ſolos aquellos*) & ponderat Acebed. vbi ſupra, & ſunt etiam verba clara, ibi (*è no otros*) per quam legem emendata fuit litera *l.4. tit.18. lib.2. Ordin. Regalis antiqui,* ibi (*eſcribanos del numero ò de concejo*) per quam Burgos de Paz. *in d.l.3. n.1043.* contra Auendan. tenebat, quod Tabellio *de concejo*, poterat adeſſe dictæ cōfectioni, etiam exiſtente numerario, licet *n.1041.* dicat iudicatum contrarium: iam enim ſua opinio non poteſt habere locum, *ex d.l.1. noua Recompilatio.* maxime, quia iam Tabelliones *de concejo*, nō ſolent acta aut inſtrumenta facere, niſi quæ ad vniuerſitatem

ſitatem vel concilium pertinent, & expectat Auenda. *2.p..r.mandatorũ.c.15.in fi.*

30 In alio etiam emendata fuit, *d.l.4.* in quantum permittebat vniuerſitatibus nominare numerum Tabellionum in locis, in quibus numerus antiquus non erat: nam *in d.l.neq; in alia lege noua Recompilationis*, nihil tale continetur, imo ipſa inſinuat contrarium, niſi ipſa vniuerſitas eſſet in tali poſſeſſione, per tempus immemoriale conſtituendi numerum, & creandi Tabelliones, nam hæc ſeruãda eſt, *ex l.4.& 5.tit.2.lib.7.Recõpilat.* quod confirmatur, quia creare Tabelliones, & numerum conſtituere eſt de regalib. ex Iſernia, & ibi adiecto verbo, conſuetudine, *in tit. quæ ſint Regalia in vſibus feudorum, n.68.* & notatur *in l.Imperium, ff. de iuriſdict.omn.iud.* & ſic per priuilegium, aut tempus immemoriale debet adquiri, vt ſentit. *d.l.5.* licet in poſſeſſorio ſufficiant. 40. anni, *ex d.l.5.* ex quibus etiam ceſſant omnes quæſtiones, quas Auendan. ponebat *in c.10.1.par.mandatorum Regalium per totum*, & hoc etiam notat nouiſſime Acebed. quoad terminos *d.l.3.in Rubr.d.tit.25.nu.14.*

31 In Vicis vero, vbi † non adſunt Tabelliones numerarii, poſſunt alii Tabelliones Regales & publici, quib. nõ eſt prohibitum officium exercere, ſcripturas & teſtamenta conficere, *ex d.l.1.in fin.* & ſic faciunt Tabelliones approbati, & à dominis creati.

32 Aduerte etiam, quod † ex Auendan. *in d.c.10.* Tabelliones Regales in terris dominorũ, ſi non adſint ibi Tabelliones numerarii poſſunt teſtamenta, obligationes & inſtrumenta conficere, dummodo non faciant acta iudicialia, & ita practicatur: & in locis vbi ſunt Tabelliones numerarii, poſſunt dare teſtimonium, & facere informationes ſummarias proceſſuum criminalium, dummodo remittant poſtea numerariis, ita Aceb. *in l.26.tit.6.lib.3.Recompal.* hoc tamen adhuc nũquam vidi practicari, nec practicaretur, niſi in defectum aliorum Notariorum, & præcedente iuſſu Iudicis, dico quoad informationes, non quoad teſtimonia.

Duodecimo præmitto, quod † etiam 33
de ſubſtantia teſtamenti nuncupatiui eſt quod legatur, & publicetur corã Tabellione & coram Teſtatore & teſtibus, & quod ipſe annuat teſtaméto ipſi, aduertẽdum eſt, ꝙ duplex eſt publicatio, vna quæ fit poſt mortem Teſtatoris, quando teſtamentum eſt confectum ſine ſcriptura, vel cum ſcriptura priuata, aut quæ pro priuata habetur, prout ſunt teſtamenta confecta ante Clericos vel ante Notarios Apoſtolicos inter laicos, vel ante Tabelliones Regales exiſtentibus Numerariis, ex Aceb. *in d.l.1.nu.6.* & de hac nunc non agimus, agemus Deo volenti ſtatim.

Alia publicatio eſt viuo † Teſtatore, q̃ 34
conſiſtit in lectione teſtamenti & conſenſu teſtantis, qui vulgo *o torgamiento* dicitur, & quod hęc ſit de ſubſtantia, eſt tex. *in l fideicõmiſſa.§.quoties.ff.de leg.3.* per quẽ ita notant Paul: Cuman. & alii ibi. Tellus Fernand. *in d.l.3.par.1.nu 17.* Paul. Caſtr. *in l.ſi is qui ff de teſtam.* notat etiam Burg. de Paz. *in d.l.3.n.206.& n.226.* idẽq; per omnia Aceb. *in d.l.1.n.63.* Valdes nouiſſime in additionib. ad allegationes. Xuarez. *allegatione 1.& 2. lit.1. & ad repetitiones.§.4 n.1 lit.a.fol.91.* & ibi plures auctores allegat idem Tellus, *in d.l.3.par.2.n.19.* Couar. *in c.relatum, num.17.de teſtam.* qui in aliquibus videtur diſentire, elegantiſſime Maſcard. diſtinguens *in tractat.de probatio par.3.concluſ.1358. à n.70.& 74.* Ruynus *conſi.1.lib.2.* Spino *in ſuo tract. de teſtam.gloſ.31 à n.21.* Cephal eleganter *conſi.409.lib.3.* Iul. Clar. *lib.3.ſententiarum. §.teſtamentum.q.7.artic.3.* Socin. Iun. *conſ.144.num.19.& num.58.& 59.& conſ.147.nu.19 lib.2.& conſ.7 nu.14.lib.4.* Menoch. *conſ.42.nu.14.lib.1.* Cephal. *conſ.99 n.3.lib.1.& conſ.243.per totum libr.2.* Pariſ. *conſil.146.à nu.6.lib.4.& conſ.32.nu.15.lib.2.* Ioſeph. Ludo. *in Rota Lucana. deciſ.53.à n.35.* Albaran. *in tract. de coniecturis vlt. voluntatum lib.3.c.2.§.1.à nu.13* Michael Craſſ. *in ſuo lib.ſententiarum.§.teſtamentum.q.19.per totam & conſil.121.& 122. 28.inter diuerſorum conſilia Zileti*, & eleganter Menoch. *de præſumption.part.2.libr.4.* Et licet iſti inter ſe videantur diſcordare,

tamen

tamen ex eorum dictis concluſiones & reſolutiones ſequentes colliguntur, quæ ſunt communiter approbatæ, & quoad eas videntur concordare.

35 Prima concluſio, quando † teſtamentum nuncupatiuum fit ſine ſcriptura coram teſtibus rogatis, tunc nulla alia publicatio requiritur; quam quod Teſtator coram teſtibus declaret ſuam voluntatem, hæc enim eſt publicatio & teſtamentum.

36 Secunda concluſio, quando † teſtamentum fit in ſcriptis, ſiue coram Tabellione publico, ſiue coram alio Scriba priuatim abſque teſtibus, tunc lectio erit neceſſaria, alias teſtamentum non erit publicum nec validum.

37 Tertia concluſio, quando † Teſtator coram teſtibus expreſſit ſuam voluntatem ita perfecte & integre, quod nihil amplius deſideretur, & iuſſit adduci Scribam, vel quod præſens ſcriberet ſolum ad memoriam & probationem, & non ad ſubſtantiam, neque ad adiiciendum nec diminuendum, & hoc conſtat ex his, quæ antea vel poſt teſtamentum dixit vel aliis indiciis & coniecturis, tunc lectio vel publicatio non erit neceſſaria ad ſubſtantiam teſtamenti, ſed ſolum ad ſubſtantiam ſcripturæ: & ſi omittatur, non erit ſcriptura publica, *ex l.13.tit.25.lib 4. Recompila.* poterit tamen poſtea teſtamentum publicari ex depoſitione teſtium, ex his, quæ Acebed. ibi notat. Nam non ex eo quod vitietur ſcriptura, vitiatur contractus vel teſtamentum, ſi aliunde poteſt probari, ex Acebed. vbi ſupra, *à num. 57.*

38 Quarta cōcluſio: ſi † Teſtator coram teſtibus rogatis, & Notario teſtamentum dictauit. & conſtat; quod voluit teſtari in ſcriptis, & ideo vocauit Notarium, cui paulatim dictabat, tunc neceſſaria eſt lectio, non tantum ob ſolemnitatem teſtamenti & ſcripturæ, quā ob perfectionem voluntatis, quæ non dicitur perfecta vſque dum ſcriptura ſit lecta & publicata, nam ante poterat Teſtator addere & minuere, & ſi ante decedat, teſtamentum erit imperfectum, non ſolum imperfectione ſolemnitatis, ſed etiam voluntatis: & ideo neque ad pias cauſas valebit, ex Oldrad. *conſil. 139.* ab omnibus vbi ſupra, recepto, cuius opinio in iudicando & conſulendo ſeruatur, ex ſupradictis, ꝑ qua eſt expreſſus text. vbi Paul. & omnes *in d. l. ſi is qui, & in d. §. quoties, & in l. hac conſultiſſima. §. at cum humana fragilitas. C. qui teſtamenta facere poſſ.* neque his obſtabit elegans deciſio Bart. *per tex. ibi in l. in teſtamento ff. de fideicommiſſar. libert.* vbi reſoluit in fauorem piæ cauſæ legata in minus ſolemni teſtamento ex defectu voluntatis, ſeu mauis imperfecto deberi, nā Bar. communiter reprobatur ex omnibus citatis, & ex Couarr. *in d. c. relatum. 1.* tum etiam Bart. non firmat dictam concluſionem, nec text. ibi facit pro opinione Bart. nam vltra ſolutiones, quas Burgos vbi ſupra, tradidit ad illum text. quæ recte intuenti non concludunt, verus intellectus eſt, quem ibi Accurſius ſentit, quod heredes ab inteſtato in caſu illius text. dederunt alumnis alumnæ patris libertatem, quam ſibi pater legauerat in teſtamento minus & ſolemni & Imperator ibi declarauit, quod vt boni, & pii filii videntur eam dediſſe non ab inteſtato, & pro libito, ſed in executione paterni ipſius teſtamenti, & quia Teſtator ſimul cum libertate illi legata fecerat, agnoſcendo partem fideicommiſſi & legati totum agnoſcebant, & ſic ex tacita & expreſſa approbatione debebant fideicommiſſa ſoluere: maxime, quia alumna erat nimis Teſtatori dilecta, & propter dilectionem, quemadmodum viſi ſunt, approbare libertatem legatam, ita cum illa fideicommiſſa relicta: nec nouum eſt teſtamentum minus ſolemne ſuſtineri in vim pacti, ex approbatione tacita, aut expreſſa heredis in parte approbata; vt iam dicetur: & ſic nullum ſpeciale eſt ibi fauore libertatis, niſi ſolum, quod in eius fauorem in dubio filii viſi ſunt dare libertatem, non ad libitum, ſed in approbationem teſtamenti paterni, & quod approbando libertatem, approbarunt etiam legata cum illa facta, & hoc non tantum ex fauore libertatis deductum eſt,

eſt, quam ex vehementi coniectura pietatis filiorum in cauſa tam pia patri obedientium.

39 Secundo etiam & non minus † appoſite poteſt reſponderi, quod ibi non conſtat, quod teſtamentum, de quo ibi agit IC. fuerit imperfectum imperfectione voluntatis: imo magis apparet, ꝙ fuerit imperfectũ imperfectione ſolemnitatis, tum quia apud legum latores ſemper, aut fere ſemper imperfectum teſtamẽtum dicitur imperfectione ſolemnitatis, vt conſtat, *ex d. l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto. C. de teſtam.* imperfectum vero imperfectione voluntatis inter eos appellatur cœptum & nõ completum, vt conſtat *ex d. l. ſi is qui, & ex d. §. quoties*, tum etiam: quia ibi I.Conſ. inſinuat, quod filii omnia, quæ pater iuſſerat, velut ab inteſtato, geſſiſſent, & ſic verbum, *omnia*, demõſtrat perfectionẽ, & ſic quod voluntas patris teſtamento in totum explicata fuit, ſed defecit ſolemnitas: & confirmatur: quia ſi voluntas patris non eſſet perfecta, nõ poſſent filii eam ſequi, quia eam ignorabãt, aut ſaltem de ea dubitabant, quia pater nõ ſe in totum explicauit, ac proinde nulla pietas verſabatur in exequendo patris voluntatem, quæ adhuc cognita bene non erat, & filii ex libito faciebant, & non ex voluntate patris, quam perfecte non agnouiſſent & male ſtatuiſſet Imperator. vnde, vt ſua deciſio rationi per eum allegatæ & aſſignatæ conueniat, intelligenda eſt, de teſtamento imperfecto imperfectione ſolemnitatis, & tũc vera eſt reſolutio Bart. ad quæſtionem, quam ibi citat fauore piæ cauſæ, cuius fauore ſuſtinetur teſtamentum imperfectum imperfectione ſolemnitatis, ſicut & fauore libertatis, cuius fauor mouit Imperatorem in dicto caſu, vt tam ample conſenſum heredum extẽderet atq; ex datione libertatis ad fideicommiſſa alumnæ legata ampliaret, & hic intellectus verus videtur & conueniens dicto primo intellectui, ſecũdum quem lex illa non contradicit doctorum reſolutionibus; quippe qui omnes ſupradicti fateantur, ꝙ fauore piæ cauſæ & libertatis ſuſtinetur teſtamentũ imperfectum imperfectione ſolemnitatis, etiamſi in eo deficiat lectio & publicatio, ꝙ ad ſolemnitatem ſcripturæ pertinet.

At vero ſi I.C. *in d. l. in teſtamento*, de imperfectione voluntatis loqueretur, male eum induxiſſet Bart. ad quæſtionem tutorum & executorũ, qui Eccleſiam ædificarunt, quam Teſtator iuſſit ædificari in teſtamẽto imperfecto imperfectione voluntatis: termini enim diſpates ſunt, nam *in d. l.* eam voluntatẽ filii, & heredis ab inteſtato approbarũt, qui poterant ſibi præiudicare: Executorum vero aut tutorum agnitio, cum domini non ſint, nec expreſſe dictam voluntatem approbare poterant, nullum in tertii præiudicium operatur effectũ. Vnde merito à ſupradictis reptehenſus fuit: ſed de his hactenus.

Quinta concluſio, ſi † Teſtator corã 40
teſtibus ad id vocatis & rogatis, expreſſit ſuam vltimam voluntatem, & antequam diſcederent teſtes, iuſſit vocare Tabellionem, vt de omnibus fidem daret, quo accerſito, coram eo de nouo dictet ſuam voluntatem, ſi nõ legetur vel publicetur teſtib. erit minus ſolemnis & inualida imperfectione voluntatis & ſolemnitatis, ſi Teſtator decedat, quia conſtat, ꝙ voluit teſtari in ſcriptis, & ꝙ poterat addere minuereve: neq; habuit voluntatẽ pro abſoluta, vt omnes ſupra citati dicunt, niſi tunc liquidiſſime probaretur, Teſtatorem ex his, quæ dixit, habuiſſe ſuam voluntatem, vt integram & perfectam, nihilq; voluiſſe addere vel minuere: neq; ad hoc accerſitũ Tabellionẽ: vt Albaran. vbi ſupra, dicit, cuius annotatio in caſu liquidiſſimæ ꝓbationis practicaretur, non alias. Si tamẽ Teſtator non decedat, ſed ſcriptura finiatur in ſui præſentia, non tamen legetur nec publicetur, ſi ipſe ſubſcribat, indicium aur præſumptio vehemens erit, ꝙ habuit volũtatem in totũ pro abſoluta, & tunc, licet ſcriptura vim inſtrumenti publici non habeat, poterit tamen publicari ex depoſitione teſtium & comprobatione ſcripturæ, & tũc ſignũ erit, ꝙ voluit teſtari in ſcriptis, ſolũ propter

memotiã: Si vero nõ ſubſcribat: ſed manifeſtet corã teſtib. q; habet ſcripturam pro abſoluta, & nihil amplius vult addere, & reſtes inrellexerunt omnia, q̃ agebantur, poterit etiã publicari, ſi vero nõ intellexerũt, erit omnino teſtamẽtũ inualidũ, ex defectu publicationis.

41 Sexta concluſio; ſi † Teſtator ante aduentum Tabellionis coram teſtibus rogatis ſuam voluntatem, per modum communicationis aut conſilii aut memoriæ exprimeret, & poſtea ea non lecta nec publicata decederet, teſtamentum erit nullum, ob defectum ſolemnitatis & voluntatis.

42 Septima & vltima concluſio; † ſi Teſtator in memoriali coram Scriba, aut per ſe, aut per modum memoriæ ſuam voluntatem exprimat, & Tabellionem fecerit vocari, vt de ea inſtrumentum conficeret, ſi, priuſquam legatur & publicetur, decedat, erit teſtamẽtum nullum & imperfectũ, vtraq; imperfectione, ita procedit text. *in d. §. quoties*. Si tamen ſuum memoriale coram teſtibus produceret, & eis oſtenderet aut legeret vel diceret, q; volebat eſſe ſuũ teſtamẽtum ſigno indubitabili adhibito, ne falſificari poſſet, eſt tunc materia, quæ agitur, *in d. l. hac cõſultiſſima, §. quod ſine & §. ex imperfecto*. vbi communiter concluditur, q; valet teſtamentum ita factum, ſi de ſcriptura nulla dubitatio ſit: & hęc eſt reſolutio Bart. *in l. ſi ita ſcripſero, n. 1. ff. de condit. & demonſtrat*, late declarat, ſequitur & communem dicit Iulius Clarus, *lib. 3. ſententiarum, §. teſtamẽtum, quæſt. 36. à num. 2.* idem *q. 4. num. 3.* communem etiam dicit Franciſcus Manti. *in tit. de coniecturis vltimarũ voluntatũ, lib. 1. tit. 7. à nu. 7.* idem etiam tenet Aceb. qui nihil allegat, *in d. l. 1. num. 66.* elegantiſſime Michael Craſſus, *in lib. ſententiarum, §. teſtamentum, q. 10. à nu. 8. & in §. inſtit. q. 16. per totam*, & cũ Couar. Xuarez & aliis, Matienzo, *in d. l. 1. gl. 16. nu. 3.* Burgos de Paz. *conſil. 1. à num. 6.* Antonius Gomez. *in tomo 1. de vltimis voluntatibus, cap. 2. num. 6.* Xuarez. ibi, *in Additio. litera f. & litera e.* quorum omnium diſtinctiones & reſolutiones maxime dicti Craſſi, qui eleganter loquitur, ad concluſionem ſupradictam reducuntur.

43 Notandum etiam eſt, † quod ſecundũ ſupradictas reſolutiones de ſubſtantia ſcripturæ teſtamenti ad hoc, vt ſit publica, eſt lectio, & cõſenſus vel (*ò torgamiento*) teſtantis: *vt in d. l. 13.* de ſubſtãtia vero ipſius teſtamenti nuncupatiui, non eſt dicta lectio, ſed ſolum publicatio integra, & perfecta voluntatis Teſtatoris, coram teſtibus audientibus, & intelligentibus facta: quæ ſubſtantia in omnibus teſtamentis priuilegiatis & non priuilegiatis eſt neceſſaria; alias erunt imperfecta ex defectu voluntatis, & ſic ceſſant plures ſpecialitates à doctoribus aſſignatæ in materia lectionis & publicationis: & ſic colligitur ex omnibus citatis, & ex Matienzo, *in d. l. 1. gl. 3. à nu. 4.* Burgos de Paz. *conſi. 1. à num. 1. cum ſequentib.* Menochius, *conſi. 45. nu. 28. lib. 1.* Acebed. *in l. 2. num. 64. tit. 4. lib. 5. Recompilat. & in d. l. 1. num. 63.* eleganter dictus Craſſus, qui aliquas diſtinctiones facit, *in d. §. teſtamentum, quæſt. 19. & q. 13. & eſt l. partita, 10. tit. 18. par 3.* qui licet lectionem requirat ibi, (*deue ſer leydo y fecho ante ſiete teſtigos*) intelligẽda eſt ex ſupra dictis, q; tunc erit de ſubſtãtia, quãdo Teſtator conficit ſcripturam publicam de ſuo teſtamẽto in forma tradita, *ad l. part.* Poterunt tamen priuilegia piæ cauſæ, militum & aliorum priuilegiatorũ tũc habere locum, quando ſcriptura appareret cõpleta & perfecta, quoad voluntatem teſtantis, ſaltem quoad ſui figuram, & imperfecta, quoad ſolemnitatẽ publicationis ſeu lectionis, de qua Notarius non teſtaretur, & ita plures ex ſupra dictis farentur, q; tamen nõ admitto, niſi illa ſcriptura eſſet multum antiqua, & longo tempore obſeruata, vt dictũ eſt: vel alias teſtib. duobus cõprobaretur, & ſic habes materiam admodum ſparſam bene digeſtã & enucleatam.

44 Non minus † ad propoſitum huius præmiſſi & q̃ſtionis, neceſſario aduertendum eſt, quod publicatio teſtamenti, ſaltem quoad inſtitutionem heredũ, debet fieri integre per vocẽ ipſius Teſtatoris, *l. iubemus, C. de teſtamẽtis*: ſufficit

tamen quod Teſtator faciat dictam publicationem ad interrogationem alterius, reſpondendo, ſolum ſibi propoſitis ſic, vel etiam, vel quid ni: *vt per gl. ibi verbo quemadmodum*, quæ allegat tex. *in l. 1. §. ſi quis ita.* & ibi Molin. Socin. vterq; Senior & Iunior. Alciat. Paulus Leonius & alii quam plurimi. *ff. de verb. oblig.* & cum *d. gloſſ.* eſt communis reſolutio ex ſupra dictis, & elegantiſſime melius, quam vllus ſcribentium, quos viderim, Menochius *in d. conſi. 45. per totum lib. 1.* communem etiam dicit Mantica, *in d. tract. lib. 2. tit. 8. à n. 8.* Iulius Clar. *in d. lib. 3. §. teſtamentum, q. 37. à nu. 2.* & cum Xuarez. Couarr. & aliis dictus Michael Craſſus, *in d. §. inſtitutio. q. 17. à nu. 2.* eleganter Matien. *in d. l. 1. gl. 16. à n. 9.* Burgos de Paz. *conſ. 7. à n. 15.* Menochius, *de præſump. lib. 4. c. 8.* & Xuarez, *in ſua allegat. 1.* vbi Valdeſius nouiſſime *in ſua addit. à nu. 24. litera p.* allegat deciſionem Rotæ Lucanæ, Mencha. Simonem de Præt. & alios, idem etiam ſequitur nouiſſime Emanuel Suar. *in additionib. ad Ant. Gomez. d. c. 2. n. 6. lit. e.* & licet contra gl. ſit alia communis opinio Antiquorum ibi: & varient ſcribentes citati, à ſupra dictis tamen, cum ea eſt communis opinio, cum declarationib. ſequentibus non eſt recedendum.

45 Prima, quod † Teſtator debet eſſe tunc in plenitudine intellectus, & loqui ordinate, compoſite, & bene, & non nimium oppreſſus infirmitate, tūc enim bene valebit teſtamentum, etiamſi ad interrogationem alterius ſit conditum, & etiamſi interrogās ſit perſona ſuſpecta, & etiamſi ab aliis ſit ordinatū & cōpoſitum priuatim, dummodo conſtet, ꝙ Teſtator voluit teſtari, & ipſe fecit vocari Notarium & teſtes: vt eleganſſime reſoluit Menoch. *in d. conſ. 45.*

46 Secunda declaratio, ſi † Teſtator ipſe compoſuit priuatim cū Tabellione teſtamentum, & omnia dictauit, & poſt iuſſit vocare teſtes, & ad interrogationē Notarii vel alterius Scribæ, poſt lectionē teſtamenti reſpōderit, ꝙ ſic, tūc abſque dubio valebit teſtamentum, niſi ab impugnante liquido probetur, eum fuiſſe furioſum, vt per omnes *vbi ſupra.*

Tertia declaratio, ſi † Teſtator ſit maxima oppreſſus infirmitate, & perſonæ ſuſpectæ priuatim teſtamentum ordinauerūt: tunc ſi ad petitionem, ſuggeſtionem, & importunationem eorum reſponderit, quod ſic, etiamſi loquatur, & iudicium habeat, nullū eſt teſtamentum: vt Craſſus, Clarus, & Mantica, *vbi ſupra*, teſtantur, ſi tamen Notarius non ſuſpectus, & ſine aliqua ſuggeſtione interrogaret & teſtaretur, licet in forma tali oppreſſus reſponderet, quod ſic, valeret teſtamentum, vt gloſſ. & Menoch. *vbi ſupra.* 47

Quarta declaratio, ſi † Teſtator balbutiat, & ſit in plenitudine intellectus, nec maxime opprimatur infirmitate, validū eſt teſtamentum ad interrogationem alterius, dummodo ceſſent, quæ dicta ſunt in præcedenti declaratione. 48

Quinta declaratio, ſi † Teſtator non loquatur alia verba, niſi, ſic, aut non, neque ipſe ordinauerit teſtamentum, ſed forſan aliæ perſonæ ſuſpectæ, tunc non præſumitur in plenitudine intellectus, & non valebit teſtamentum, vt ſentit *d. l. iubemus*, & qui contrariam opinionem tenebant. 49

Sexta declaratio, ſi † Teſtator non loquatur articulate & ordinate, ſed reſpōdeat extra ꝑpoſitum, licet in eo appareant alia ſigna intellectus, non valet teſtamentum, ex Molin. & aliis infinitis *vbi ſupra, & ex d. l. iubemus*, & ita iam conſului & iudicatum eſt. 50

Septima declaratio, ſi † aliis indiciis vel coniecturis, etiam leuib. ſuſpicetur, quod Teſtator non fuit in plenitudine intellectus, & ipſe nihil eorū, quæ ſcripta ſunt, ordinauerit, non valet teſtamentum, & præſumitur falſum: vt per Manticam, *vbi ſupra in fine.* 51

Octaua concluſio, ſi † Teſtator maxima grauetur infirmitate, & vxor aut aliæ perſonæ ſuſpectæ maximis precib. & importunitatibus eum rogauerint, etiāſi loquatur ordinate, & habeat plenitudinē intellectus, ſi ipſe nihil eorū, quæ ſcripta ſunt, ordinauerit, non valet teſtamentū, quia præſumitur ob importunitatem factum, vel ſaltem venit reſcin- 52

ſcindendum,ex Burg.Clar.Mantica *vbi ſupra*,qui ita iudicatum dicunt.

53 Nona concluſio,arbitrio † Iudicis relinquitur, ex circumſtãtiis;an Teſtator habuerit ; vel non voluntatẽ faciẽdi ea, quę ſibi lecta & publicata ſunt:qui ex omnibus ſupradictis poterit animum ſuum informare,& non leuiter moueri ad inualidandum vel non teſtamentum.

54 Decima & vltima concluſio,† in dubio præſumitur pro teſtamẽto ſic facto, ſi in eo ſe fundans probet ex actibus de bono iudicio,& memoria ordinata Teſtatoris ſaltem ſemiplene,alias nõ,quia deciſio gloſſæ ſupradictæ eſt contra rationes Imperatoris,*in d.l.iubemus*.qui ideo voluit, quod Teſtator voce propria nominaret heredem:vt ex eius vocibus colligeretur eius voluntas & plenitudo iudicii,nullusq; daretur locus falſitatib. quibus aperta via eſſet aliter nominando,vt plurics ſum expertus,ſi opinio dictæ gloſſæ indiſtincte admitteretur. Quæ etiãſi verum amamus ſimpliciter & ſine dictis declarationibus vera non eſt:quamq; omnes ſupra dicti in ſubſtãtia ſic intelligunt.

55 Idemq; etiam † erit de lectione & publicatione teſtamenti, nam non præſumitur niſi probetur à fundante ſe in teſtamento,vel Notarius de ea reſterur,vt ſupradicti fatentur,& ſi deficiat, probari ab eo debet perfecta & abſoluta voluntas, ne detur occaſio fraudibus,*ex d. l.iubemus,& ex d.§.cum humana fragilitas*, ex quibus habes hoc præmiſſum elegãter elucidatum vltra omnes, quos viderim.

56 Neque obliuioni tradendum eſt, ꝙ aſſenſus † aut reſponſio à teſtante tradita,non debet fieri nutu,ſaltem quoad inſtitutionem heredum, ſed verbis expreſſis,*vt in d l.iubemus,& l.6.tit.1.part.6.* late Couar.*in c.cum tibi de teſtam*.late Matienzo,*in d.l.1.gl.16.n.2.& 3.* niſi inſtituti ſint venientes ab inteſtato,vt per Aceb. *in d.l.1.nu.162.* licet de iure communi ſecus,& ratio eſt, quia *ex d.l.1.* ad validitatem teſtamenti non requiritur heredis inſtitutio, & ſine ea valent legata: vnde ſi heredes inſtituuntur inutiliter,ſuccedent proximiores ab inteſtato, *ex d.l.1.* Ergo ſi ipſi ſint inſtituti, nihil intererit, an bene vel male ſint inſtituti,ꝙ licet acute dictum ſit,mihi certe nõ ſatisfacit, nã *ex d.l.2.*eadẽ ſolemnitas requiritur in teſtamẽto condito inter liberos,ꝗ inter extraneos: eadẽ etiã requiretur, & ſi inſtituti ſint venientes ab inteſtato, imo maior : nã cũ venientib. ab inteſtato in nullo diſpenſatur circa ſolemnitatẽ teſtamentorũ : vt colliges,*ex d.l.hac conſultiſſima.§.ſi quis autem*,vbi teſtamentũ coram quinq; teſtibus,in quo inſtituti ſint venientes ab inteſtato vocat imperfectũ;igitur in eo debent ſeruari ſolemnitates iuris ciuilis, ac proinde nutu non poteſt inſtitui heres *ex reg.dicta*,& ex notatis *in l.nutu.ff.de lega.3.* & per Anto.Gomez.& alios *in l.3.Tauri*, & per eundem Aceb.*in d.l.1.n.155.*& Ant. Gomez. *in d.l. 3.a n.110.& 111.*& licet Mencha. quẽ allegar Meneſ.*in l.eã quã C.de fideicom.nu.83.* videatur ſentire,ꝙ hodie non ſit neceſſaria inſtitutio verbis facta: hoc tamen intelligendũ quo ad valorẽ contentorũ in teſtamento, non ipſius inſtitutionis, alias multa iura corrigerẽtur,& daretur ingẽs occaſio falſitatib. & cõtra eos eſt cõmunis opinio Hiſpanorũ,ex Marien. *vbi ſupra* , vbi Couar. & alios citat, ſi igitur dictæ ſolẽnitates debent ſeruari cõſanguineis inſtitutis, debet etiã ſeruari hæc nominãdi heredẽ ꝓpria voce: quæ tã ſubſtãtialis eſt,*ex ſupra dictis*,nec cũ ea iure noſtro videtur diſpenſatũ, neque obſtat, ꝙ conſanguinei in omnẽ euentum debẽt ſuccedere, & ſic nihil intereſt,nominentur, vel non:nã magnũ diſcrimen eſt ſuccedere ex teſtamẽto, vel ab inteſtato,ex notatis *in tit.ſi quis omiſſa cauſa teſtamẽti*: & in remediis poſſeſſorii, quorum alia competunt ex teſtamẽto, alia ab inteſtato, & in via executiua & ordinaria,aut ſummaria differunt, & in remedio *l.cũ heredes.ff.de adquir.poſſeſſ.& in aliis*. Verum tamen eſt, ꝙ ſi ſic minus ſolemniter inſtituãtur venientes ab inteſtato, ꝙ ſaltem valebit in vim teſtamenti onus miſſarum, aut anniuerſatii, aut maioratus, ſeu aliud eis impoſitũ,*ex l.conficiuntur.ff. de iure Codicillorum*, vbi proba-

probatur, quod venientes ab inteſtato poſſunt grauari, etiam non expreſſe vocati: quanto magis ſi ſunt vocati, quamuis nutu, & ita tenet Peralta *in l. heredem de legatis. 2. n. 35. & 36.* late, & eleganter Aluarado, *in tract. de cõiecturis lib. 1. c. 4. à n. 6.* In vno tamen caſu defendi poteſt dicta annotatio, *ex q. num. 61.* ſcilicet, quando liquide probaretur Teſtatorem bonum iudicium habere; nam tunc ſaltem valebit inſtitutio fideicommiſſi iure: vt Antonius Gomez. *in d. l. 3. nu. 114.* exiſtimat: quod in cõſanguineis admitti poteſt, ſed in aliis falſum mihi videtur, *ex d. l. iubemus*, nam alias facile daretur occaſio fraudibus, & iura, quæ allegat, loquuntur in ſubſtitutione directa, quæ facta in Codicillis reſoluitur in obliquã, & ita in fideicommiſſo vniuerſali, quod non valeat, ſi nutu fiat, tenet Iaſ. *d. l. ſi quis ita. n. 9.* Ripa tamen ibi *n. 12.* tenet cõtrarium, ſed ad propoſitũ vltima rat. facit, tum etiam ibi Teſtator verbis expreſſis ſubſtitutum nominauit: & ſic non potuit ſua voluntas falſitatibus obrui, & in conſanguineis etiam non admitterem, quia nullo iure probatur, nec verum eſt vnquam inſtitutionem cõuerti in fideicommiſſum, niſi quãdo Teſtator adiecit clauſulam, quod ſi non valet iure teſtamenti, valeat iure Codicillorũ, vt notat Matienzo *in d. l. 2. gloſſ. 9. num. 17.* vel quando facta ſit in Codicillis, ex notatis à Matienzo *vbi ſupra*, & ita procedunt iura, quæ ipſe allegat, & quæ allegauit Antonius Gomez. & quæ notant Iaſ. & alii, *in d. l. 1. §. ſi quis ita. ff. de verb. obligat.* de qua materia vide amplius Menoch. *de præſump. 2. to. lib. 4. cap. 18.* Ex quo deducitur falſum eſſe, quod aſſeuerauit Matienzo, *in d. l. 1. gloſſ. 10. num. 56.* ſcilicet heredem non clare inſtitutum in teſtamento, ſed qui ſuccedit, ex permiſſione dictæ legis, quia Teſtator nullum nominauit heredem ſuccedere ex ipſo teſtamento, & nõ ab inteſtato, hoc enim nullo iure probatur, nec *d. l. 1.* hoc dicit, ſed quod ſi Teſtator non nominauerit heredem, ſuccedat conſanguineus, & exæquatur teſtamentum, hoc enim non fuit illi dare ius ſuccedẽdi ex teſtamento, cum hoc ſit impoſſibile, ſi non fuit in eo nominatus, ſed declarare modum ſuccedendi ab inteſtato, cum onere teſtamentum adimplendi, & aperte confunditur ex ſupra dictis, nam ſi male inſtitutus non ſuccedit ex teſtamento, minus non inſtitutus: & *d. l. conficiuntur*, non dicit eum vocatum tacite neq; expreſſe, ſed fingi vocationi, eo, quia Teſtator cenſetur illi dare hereditatẽ non inſtituẽdo alium, & in rei veritate nulla eſt voluntas teſtantis poſitiua, ſed ſolũ eſt permiſſiua, & defectus voluntatis: vt Peral. & Aluarado, *vbi ſupra*, declarant.

57 Vltimo præmitto, quod † teſtamentum factum coram teſtib. ſine ſcriptura, vel cum ſcriptura priuata, debet publicari, alias ſi teſtes aliqui ex neceſſariis deficiant, deficiet etiam & corruet teſtamentum, & talis publicatio debet fieri coram Iudice competenti ſummariiſſime, & abſq; libello, citatis his, quorum intereſt certis nominatim, incertis per edictum, & debent ſeruari aliæ ſolemnitates, quæ traduntur *in l. publicari. C. de teſtamentis*, tractat etiam Menoch. *in tract. de adipiſcenda poſſeſſion. remed. 4. num. 659.* & Matienzo, *in l. 15. tit. 4. gl. 4. lib. 5. Recompilat.* Roland. à Valle, *conſ. 36. à n. 10. lib. 1.* Mantica *de cõiecturis, lib. 1. tit. 7. n. 7.* Calcan. *conſ. 90.* Gualdẽſis, *de arte teſtandi, tit. 2. cautela 6.* Cepha. *conſ. 203. à num. 1. libr. 2.* Craſſus, *in d. §. teſtamentum, q. 61.* ad quos Lectorem remitto. Sed ſingulariter eſt aduertendum, quod Ioſeph. Ludouicus *in deciſ. 53. à num. 27. Rota Lucenſis*, cum Capra *conſi. 75.* conſtãter tenet: quod teſtes examinati ad publicandum teſtamentum debent eſſe concordes, non ſolum in ſubſtantia facti, ſed etiam in formalibus verbis Teſtatoris, alias teſtamẽtum non poteſt publicari, nec ſciri poteſt quid publicandum ſit, certe ſi eſt vera, ſingularis eſt & acuta interpretatio; quia talis varietas arguit teſtes non fuiſſe præſentes omnibus, quæ Teſtator dixit, & admittenda eſſet in caſu, quo dubitaretur de præſentia teſtiũ, neq; vnus de alterius præſentia deponeret. Sed in caſu, quo probata eſſet præſentia, contrarium tenendum eſt: quia teſtes

de facili obliuiſcuntur de verborũ formalitate, & ſic infinita teſtamenta corruerent: & contrariũ conſuluit elegantiſſime Marianus Socin. Iunior *conſil.17. lib.3.per totum*, & eo non relato id videtur tenere d. Craſſ. *in d.§.teſtamentum, q.59.n.2.* Aliud etiam non minus ſingulare deducitur, *ex d. deciſione*, & ex Menoch. & aliis *vbi ſupra*, quod exceptiones nullitatis teſtamẽti impediunt dictã publicationem, ꝙ etiam ſemper practicamus. Aduerte etiam quod *ex l.14.tit.4.lib.5.Recompil.* executor aut heres tenetur intra menſem publicare teſtamentum, alias incurrit pœnas *in d.l. poſitas*: non tamen erit nullum teſtamẽtum: nam lex illud non dicit, nec nos dicere debemus, tum etiam annullatio actus eſt pœna, quæ nõ debet intelligi, ſi lex eam non declarat, tum etiam, quia hic nihil fit contra legem prohibitiuam, ex notatis *in l. non dubium. C. de legib. & in l. ſi quis pro eo, & in l. cum lex. ff. de fideiuſſorib.* Tum etiam viuis teſtibus ſemper poteſt publicari ex Socino Iun. *conſ.89. à n.22. lib.1.* & ſic ſemper conſului, & vidi iudicatum.

Nunc ad quæſtionem deueniendo
58 videtur dictum † teſtamentum validũ eſſe, ex ſequentib. Primo, quia, vt in d.q. quæ in facto contingit, articulabatur, ꝙ conſuetudo teſtandi corã tribus teſtib. & Clerico parrochiali valet, & cõſuetudo minuens numerum teſtium in teſtamentis, vt probat late Burgos de Paz. *in d.l.3.n.575.* contra Paul. Palatios & alios, Acebed. *in d.l.1.n.3.* Ioan. Orozius *in l. de quibus, nu.129. ff. de legibus.*

59 Secundo, quia dictum † teſtamentũ factum fuit ruri, & ſic minores ſolemnitates ſufficiunt, *ex l. fi. C. de teſtamentis.* late Michael Craſſ. *in lib. ſeptentiar. §. teſtamẽtum q.54.n.6.* & nobilis habitans ruri, habet idem priuilegium ex Craſſ. *vbi ſupra*, cum Menoch. & aliis, late Maſcard. *in d. 3. parte concluſ.1353.n.45.* & Iul. Clar. *in d. §. teſtamentum, q.56. à nu.6.* Burgos late *in d.l. 3. à n.629. cum ſequentib.* concordat *l.6. tit. 1. part.6.* neque illa lex correcta eſt *per d.l. 1.* de cuius intellectu nũc agimus, quippe ſi ruſticus vult teſtari ſecundum formam dictę legis, tenetur ſeruare eius diſpoſitionem, ſin minus, poteſt teſtari, ſeruata forma iuris communis, ex Burgos de Paz. *vbi ſupra*. Acebed. *à n.61.* Matienzo *in d.l.1. gl.7.n.9.*

Tertio, quia etſi ſolemnitas † dictæ 60
legis primæ debeat ſeruari, attamen ſi eius interueniat defectus, ſuppletur aliis ꝓbationibus, *ex d.l.1.* prout erat ſcripta *in d.l. Antiqui ordinamenti* ibi, *buenos teſtimonios*, per quam legem ita tenebat Auenda. *in 1. parte mandatorum Regalium, cap.10. in fin.*

Quarto, quia etſi demus hoc † teſta- 61
mentum non valere in vim teſtamenti, tamen valebit in vim pacti, eo, quia vt *in d. q.* agitabatur, heres ab inteſtato approbauit Codicillos factos poſt prædictum teſtamentum: & qui eius defectus habebant, teſtamentumq; minus ſolemne approbatũ ab herede valet in vim pacti, ex Burgos de Paz. *in d.l.3.n.66. & n.139.* tex. *in l.1. & in l. ſi veritas*, cum cõcordantib. allegatis ab Accurſio, *C. de fideicommiſſ.* & late idem Burg. *nu.1390.*

Quinto, quia ex dictis † probationi- 62
bus conſtat de voluntate teſtantis, at vero quãdo clare conſtat de voluntate teſtantis, etiamſi ea ſit minus ſolemnis, debet ſeruari, vt eſt tex. *in l. fi. C. de fideicõmiſſ.* vbi ſi conſtat de voluntate teſtãtis, per confeſſionem heredis tenetur eam ſeruare. His tamen non obſtãtibus, quæ vere non obſtant, cõtrarium eſt tenendum, imo ꝙ dictum teſtamentũ ſit nullum, & ſic cum caſus dictæ quæſtionis contigiſſet, mihi in praxi ſic conſului ex ſequenti fundamento.

Nam dictum † teſtamentũ non con- 63
fectum fuit coram Tabellione publico, nec confectum fuit coram quinq; teſtibus à Teſtatore vel Notario vocatis & rogatis, & in loco aderat copia teſtium, vt bene probatum fuit in dicto caſu, neque teſtes erant viri (*tribus exceptis*) ſed fœminę nõ rogatæ, neq; etiã (*exceptis dictis tribus ex rogatis*) alii erant vicini, patiebanturq; defectus, de quibus latiſſime actum eſt, & ſic neq; obſeruata fuit forma *d.l.1. titul.4. lib.5. Recompilat.* neque etiam forma iuris communis, de qua *in l. iubemus, & l. hac conſultiſſima. Cod. de teſta-*

teſtamentū: Ac proinde dictũ teſtamen-
tum nullatenus publicari poteſt, ex latè
ſupra adductis.

Non obſtant contraria, nam ad pri-
64 mum reſpondetur primo, quod † dicta
conſuetudo ſeruata non fuit, quia ad eã
probandam, maxime cum ſit contra
legem, erat neceſſarium, quod eſſet
præſcripta; & quod ſaltem durante tem-
pore obſeruationis, interueniſſent duo
actus iudiciales, *vt in leg. 5. titul. 2. part.
1.* & ibi Gregor. Salazar, *de vſu & con-
ſuetudine cap. 8. à num 10.* Auenda. *in ſuo di-
ctionario, verbo conſuetudo in fin.* Burg. *in d.
l. 3. à nu. 148.* licet actus extraiudiciales
ſufficerent, cum Bart. & aliis tenuerit.
Molin. *lib. 2. de primog. Hiſpan. c. 6. à nu. 27.*
ſed iure noſtro Regio conſiderato, con-
trarium dicit verius Ioann. Garz. *tract.
de expenſis; cap. 9. num. 44.* qui hoc modo
concordat opiniones. Exiſtimat enim,
quod ſi conſuetudo ſit contra legem &
actus, ex quibus probatur, ſunt extra-
iudiciales, ſunt neceſſarii plures, quam
duo; ſi iudiciales, duo ſufficiunt, & ad
hoc plura videbis allegata per Maſcard.
*in tract. de probatio. part. 1. concluſ. 424. per
totum*, & latiſſime de conſuetudine vl-
tra ordinarios tractatur, *regularum part.
1. reg.* conſuetudo inducitur de iure Ci-
uili, cum omnibus ſequentibus; *Deciſio.
Pedemon. Theſauri. 184. à nu. 3.* apud quos
inuenies conſuetudinem decennalem
ſufficere de iure Ciuili, etiam contra le-
gem, de iure Canonico, contra legem
debere eſſe quadragenariam, at vero
contra reſeruata Principi, debere eſſe
immemorialem, & debere interuenire
actus, qui rem deducant in notorium
conſenſum populi; ſiue iudiciales, ſiue
extraiudiciales; quot tamen debeant
eſſe, arbitrio Iudicis relinquitur. Atta-
men ad minus debent eſſe duo in rebus
ſucceſſiuis, in continuis, & actu per-
manẽtibus, vnus; qui duret per decem,
vel 40. annos, ex notatis per Ripam &
omnes, *in cap. cum in Eccleſ. Sutrina de cauſa
proprieta. & poſſeſſio.* inuenies, etiam non
requiri ſcientiam Principis, niſi agatur
de ei reſeruatis, iure noſtro Regio, ſal-
tem in genere eſt neceſſaria dicta ſcien-
tia, *ex d. l. 5.* & Auenda. *in d. dictionario, ver-
bo coſtumbre.* Olanus *in Antinomiis ad Vil-
lalobos litera c. num 57.* quod maxime ve-
rum eſt, cum contra legem ſuperioris
introducitur conſuetudo, ex Acebed.
in l. 14. tit. 2. num. 2. lib. 4. Recompila. & quo-
ad dictum decennium idem ſeruamus
de iure Regio, quod de iure communi,
ex Auendano *vbi ſupra.* Cum igitur in
præſenti quæſt. non ita fuerit probata
conſuetudo, non obſtat prima obiectio
contraria.

Secundo reſpondetur, quod etiamſi
dicta † conſuetudo eſſet bene probata 65
in præſenti caſu, non ſuffragaretur, quia
dicta conſuetudo eſt contra dictam. *l. 1.*
quæ eſt lex *nona Recompila.* at vero. *l. 3 tit.
1. lib. 2. Recompila.* ſublatæ ſunt dictæ con-
ſuetudines, ibi, (*en lo que no fueren contra-
rias*) dicit enim quod prius Iudices iudi-
cent per leges *dicta Recompila.* & non per
vſus, nec conſuetudines municipales,
niſi non ſint contrariæ legibus Recom-
pila. & ita vult ibi Acebed. qui limitat,
niſi conſuetudo introducatur denuo
ſciente Principe; vnde iam non poſſu-
mus de præteritis conſuetudinibus, an-
te dictam Recompilationem introdu-
ctis, agere, & ſic omnimodo ſeruanda
eſt deciſio dictæ legis primæ.

Ad ſecundum contrarium reſp. quod
etiam in dicta † quæſt. de qua agimus, 66
non fuit ſeruata ſolemnitas *d. l. fin. 1.*
quia teſtes nõ fuerunt quinq;, quod re-
quirit *d. l. 2.* quia non fuerunt viri & ro-
gati, prout etiam requiritur in teſtam.
ruri facto, vt per Iaſ. Corn. Curt. & alios
in d. l. fin. 3. quia probatum eſt, quod ade-
rat copia teſtium, ita quod poterunt
interuenire ſeptẽ & amplius, vnde tunc
etiã in teſtamento Ruſtici nõ ſufficiunt
quinq;, vt clare ſentit. *d. l. fin. in prin.* neq;
in hoc teſtamento fœminæ ſufficiunt,
vt contra Bald. & alios concludit Spin.
in d. tract. gloſſ. 31. num. 12.

Ad tertium reſpondeo, † quod ſole- 67
mnitas teſtamentorũ à legibus requiſi-
ta, non ſolum eſt probatoria, ſed etiam
ſubſtantialis, vt cum Pariſ. Couar. & a-
liis concludit Michael Craſſus *d. lib. ſen-
tentiarum, § teſtamentum, quæſt. 54. num. 2.*

Spino, *in d. tract. gloſ. 31. n. 48.* Matienzo, *in d. l. 2. gloſ. 10. per tex.* ibi, Burgos de Paz. *in d. l. 3. num. 1444.* Roland. à Valle *conſil. 30 lib. 3.*

68 Cũ igitur ſolennitas † ſit ſubſtantialis, non poteſt ſuppleri aliis probationibus, ex notatis per Bart. Iaſ. & alios, *in repetit. l. admonẽdi. ff. de iureiuran.* & per Bart. Bal. Salicet. Corn. Iaſ. & alios, *in l. ſi vnus. C. de teſtam.* & per Bald. & Salic. *in l. fin. C. famil. hercisc. & in l. 2. C. de bono. poſſ. ſecundũ tabul.* cõfirmatur, quia à forma ſubſtantiali recedi non poteſt, *ex c. cum dilecta,* & ibi late Decius, & Felyn. *extra de reſcript.* confirmatur item, quia quando agitur de probando teſtam. per teſtes, debent eſſe rogati à teſtatore, & cum omnibus qualitatibus requiſitis, vt per Ioſeph. Ludo. *deciſ. Luca. 53. n. 37.* Socin. iunior. *conſ. 159. n. 56. lib. 1.* Thobias Nonius *conſil. 21. nu. 13.* Bart. *in l. Diuus. ff. de milita. teſtam.* & forma ſubſtantialis nõ poteſt, etiã per æquipollens impleri, vt ſupra dictum eſt.

69 Ad quartum argumentum reſpondetur, ex approbatione † Codicilliorũ non inferri ad approbationem teſtamenti, quia teſtamentum & Codicilli diuerſa & ſeparata ſunt, & approbatio vnius non infert ad approbationem alterius, vt in propriis terminis reſoluit Aymon Crauet. *conſil. 200. num. 9. lib. 2.* & relatiue Mantica, *in d. tract. de coniectur. lib. 6. titul. 4. nu. 12.*

70 Imo etſi heres approbaret † teſtamentum in vna parte ſeparata, ſcilicet ſoluendo aliquod legatum, non ideo cenſetur approbare totum teſtamentum, *ex gloſ. communi. recepta in l. non dubium. §. illud. C. de teſtamen.* Meneſ. & Dd. præcipue Corneus *in d. l. ſi veritas,* Alex. *conſil. 123. col. 5. libr. 1.* Gozad. *conſil. 23. per totum,* facit text. *in l. fin. C. ne vxor pro marito,* Cephal. *conſil. 377. à num. 51. lib. 3.* Clarus, *d. §. teſtamentum, quæſt. 90. num. 8.* & approbatio in vno non nocet in alio, vt late per Hypp. Riminal Iun. *conſil. 45. à num. 13. libr. 1.*

71 Et ad hanc † approbationem, ſiue tacitam ſiue expreſſam, requiritur ſcientia heredis, ſcilicet quod ſciat teſtamẽtum eſſe nullum, alias non cenſetur id approbare, vt conſtat ex late notatis per Crauettam, *in ſuo ſolemni tractatu de Antiquitate temporis part. 1. §. quarto limitatur, num. 10.* cum Decio, Felyn. & aliis, quos allegat idem *d. 1. part. §. viſo de verbis à num. 40.* allegat plures idem tenentes, & dicit ita iudicatum, idem etiam tenet Menoch. *in tract. de præſumptio. lib. 1. quæſt. 88. num. 12.* & in hoc caſu præſumitur ignorantia, vt in terminis declarat Carolus Ruynus *conſil. 190. numer. 11. libr. 1.* & late de præſumenda ignorantia Ioſephus Maſcard. *in ſuo tract. de probatio. part. 2. concluſ. 879. cum duabus ſequentibus,* qui in omnibus concludit, quod ſemper pręſumitur ignorantia, niſi in factis, quæ quis tenetur indagare & ſcire ratione officii, vel niſi in factis admodum notabilibus & publicis, & niſi in factis, in quibus quis verſatus eſt, & quod probatur coniecturis & iuramento, & debet allegari à fundante ſe in ea.

Tum etiam tunc † approbatio nocet heredi in vim pacti, quãdo de ea eſt cõfecta ſcriptura, vt vult Burg. de Paz. *in d. l. 1. num. 66.* Melius Tellus Ferdinandus *in d. l. 3. 2. part. num. 12.* quorũ opinio nullo iure fundatur, & verius eſt ſufficere, ſi probetur per actus tacitos vel per teſtes, vt late per Menochium, *conſil. 42. num. 5. lib. 1.* & conſtat *ex d. l. ſi veritas,* & ex notatis *in d. §. illud.* 72

Neq; in hoc caſu † approbatio tacita vel expreſſa vnius nocebit alteri, nec approbatio mariti nocebit vxori heredi inſtitutæ, vel ſuccedere ab inteſtato debenti, abſq; ſpeciali mandato, ex notatis *in l. maritus. C. de Procura.* & faciunt ea, quæ in propriis terminis eleganter notat Menoch. *d. conſil. 42. à num. 35. cum ſequentibus.* 73

Ad quintum & vltimum argumentum reſpondetur, quod etiamſi clare conſtet de voluntate teſtantis, vel heres illam cõfiteatur, dummodo nõ probet, ſed dicat eam minus ſolennem, non ideo † valet teſtamentum, nec in vim teſtamenti, neque in vim pacti, nec tenetur heres ab inteſtato adimplere, quæ in eo relicta ſunt, communis reſolutio, vt 74

per

per Burgos de Paz.*in d.l.3.num.1392.*late
Crauett.*in locis ſupra citatis.*
75 Non obſtat.*d.l.fin.*† quia ibi eſt caſus
ſpecialis in odium heredis recuſantis
iurare vel negantis, eo, quia Teſtator de
eo confiſus erat: & hæc eſt communis
reſponſio, vt per Meneſſ.*in d.l.fin. nu. 16.*
Craſſus *in d.§.teſtamentum quæſt. 52. à nu.
20.* confirmatur ex dictis à Craſſ. *vbi ſu-
pra*, quia Imperator *in d. l.fin.* loquitur in
fideicommiſſis, & quia Teſtator poſuit
legatum in fide heredis, & de eo confi-
ſus eſt, ꝑtout tẽporibus antiquis omnia
fideicommiſſa ex fide heredis pende-
bant, vnde nimirũ, ſi ob fidem fractam
puniatur heres, quia vel noluit iurare
vel negauit, ex quo dicebat gloſſ. *in d.l.
fin. C. de Codicill.* approbata per Bart. &
Iaſ.*num.12.* Corneus *num.14.* quod ſi he-
res in caſu *d.l.fin.* confiteretur, etiam cõ-
pellendus eſſet ad ſolutionem legati re-
licti in minus ſolemni voluntate, cuius
contrarium defendit Craſſ.*vbi ſupra, nu.
20.* Sed tamen ex dictis poterat dicta il-
latio confirmari, & in terminis dicti an-
tiqui iuris vera erat, quo fideicommiſſa
pendebant in totum à fide heredis, nul-
lamq; aliam ſolemnitatem exigebant,
ſed quia hodie fideicmõiſſa legatis ex ę-
quata ſunt, *ex l.1.ff. de lega.1.* ne detur anſa
per indirectum fraudandi ſolemnitates
teſtamentorũ: & ne detur occaſio frau-
dibus, tenendum eſſet contra Bart. niſi
in caſu *d.l.fin.* vt Corneus, Meneſſ. & alii
fatentur, idq; magis Regio iure, ſecun-
dum quod *ex d.l.2.* eadẽ ſolennitas, quæ
requiritur in teſtamentis, requiritur et-
iam in Codicillis, & in qualibet alia vl-
tima voluntate, vt noſtri Regnicolæ fa-
tentur; nihilominus eum caſus euene-
rit, cogitandum amplius erit.
76 Ad tertium argumentum, † quia in
ſolutione ad illud quã tradidimus *ſupra,
nu.77.* obliti ſumus reſpõdere ad opinio-
nem Petri Nunez de Auenda. ex verbis
(*buenos teſtimonios,*) de quibus *in l.antiqui
ordinamenti*, reſpondetur, nunc verba il-
la ſublata eſſe in noua legũ collectione,
vt videre eſt, *in d.l.1.* de qua late actũ eſt,
& ſic de illis non eſt amplius curandum,
ſecundo reſpondetur, quod in terminis
d.l.ordinamenti antiqui, ſemꝑ interpreta-
ta fuerunt, de teſtimoniis à iure cõmuni
approbatis, in materia teſtamentorum,
alias vno verbo ſibi contradiceret legis-
lator, & corrigeret ſolẽnitates iuris Ci-
uilis & Regii ad teſtamẽta requiſitas, ꝙ
abſurdiſſimum eſt, & ita voluit Burg. de
Paz.*in d.l.n.110.* & Meneſſ. *in d.l.ſi veri-
tas*, qui omnes reprobãt dictã opinionẽ
Auenda. tanquam omnino erroneam.
Ex quibus omnibus concludo, dictũ
teſtamentum nullatenus valuiſſe, & re-
manet expedita dicta ſolemnis quęſtio,
& enucleata copioſe materia teſtamen-
ti nuncupatiui.

Additio ad quæſtionem præce-dentem.

Poſtquam ſcripſerã quęſtionem prę-
cedentem, reperi † Ioann. de Neuizan. 77
in ſuis conſiliis conſil.26. qui *in num.2. & nu.
32.* illius conſilii firmat, quod Iudices, v-
bi procedirur de æquitate, non debent
curare de ſolẽnitatibus ſupradictis, ſed
exequi voluntatem Teſtatoris, ſi de ea
conſtet, *& in nu.26.* dicit, quod etſi teſtes
cõcordent in ſubſtantia, & ſi diſcordent
in verbis formalibus Teſtatoris, ſuſtine-
tur teſtamentum, *& n.31.* dicit, quod ob
ſuſtinendum teſtamentum poteſt de-
ferri iuramentum in ſupplementũ pro-
bationis, & *nu.20.* dicit, quod etſi tem-
pore publicationis teſtamẽti ſint mor-
tui aliqui ex teſtibus neceſſariis, ꝓban-
do, quod aderant tempore cõfectionis
teſtamenti, ſuſtinetur teſtamentum, &
nu.30. dicit, quod Notarius obtinet vim
duorum teſtium, ad ſupplendum nu-
merum in teſtamentis requiſitum, &
nu.47. dicit, quod non obſtantibus nul-
litatibus teſtamenti, tenetur Notarius
illum leuare, & quod poteſt publicari:
quæ dicta, ſi vera eſſent, deſtruunt quaſi
totam materiam teſtamentorũ, & plu-
ra ex reſolutis in præcedenti quæſtione.
Sed cum bona † venia hominis per- 78
quã docti dixerim, falſiſſima ſunt, & per
tranſennam dicta, nam ad primũ de ę-
quitate, ſi vera eſſet, deſtrueret totã ma-
teriã teſtamentorũ, nullum enim teſta-
mentũ nõ ſuſtineretur ex ꝓbationibus
im-

Digitized by Google

imperfectis, & eſt æquitas de ſolo capite, de qua curandum nõ eſt, ex notatis, *in l. placuit, C. de iudi. & in l. 1. C. de leg.* Ad id, quod dicit, *num. 26.* reſpondetur non procedere, quãdo teſtamentum eſt ſuſpectum, & teſtes ſunt ſuſpecti, vt ſupra dictum eſt, *nu. 64.* tunc enim examinandi ſunt de formalitate verborum: vt Alex. & Capra citati à Neuizano dicunt, neq; contradicit Decius ab eo citatus, & quando in formalitate verborum cõſiſtit ſubſtantia negotii, vt per me allegati dicunt. Ad id, quod dicit, *nu. 31.* reſpondetur, quod, quia ſolemnitas teſtamentorum eſt ſubſtãtialis, vno teſte deficiente corruit teſtamentum, & ideo non habet locum iuramentum ſuppletorium: vt eſt tex. *in l. ſi vnus, C. de teſtamen.* & ibi omnes Dd. & Ripa, *à nu. 184. in l. admonendi. ff. de iureiuran.* Idem ad id, quod dicit, *n. 20.* reſpondetur nullo iure probari, nam gloſ. & Dd. *in l. 2. C. de bonorum poſſ. ſecund. tabul.* ſolummodo dicũt, quod, quando agitur de probando factum fuiſſe teſtamentum in forma ſolemni, ſufficiũt duo teſtes, at vero quando agitur de probanda voluntate Teſtatoris per teſtes, vtpote quãdo publicatur teſtamentum confectum ſine Tabellione, debent eſſe requiſiti in teſtamẽtis, & ſi vnus deficiat aut ſit mortuus, non poteſt publicari teſtamentum, *vt in d. l. ſi vnus*, & notant omnes vt Iaſ. *num. 3. in l. publicari, C. eod. tit.*

Ad id quod dicit, *nu. 30.* quod Notarius ſupplet vicem duorum teſtium ad ſuſtinendum teſtamentum, etiam reſpondetur, quod ſi Notarius adducitur vt Notarius, ad ſuſtiuendam ſcripturam teſtamenti in vim ſcripturæ publicę, nõ computatur in numero teſtium: ſi vero adducitur in teſtẽ, non valet, niſi ꝓ vno teſte, alias de facili ſubuerterentur ſolemnitates teſtamẽtorũ, & ita tenẽt Burg. de Paz. *in d. l. 3. nu. 129.* cũ Couar. & aliis.

Vlterius ad id, quod dicit, *num. 47.* reſpondetur, quod Alex. citatus ab eo tale non dicit, ſed ſolum defendit quoddam Protocollum teſtamenti cuiuſdam Notarii dicens: facere fidem & poſſe ex eo leuari teſtamentũ & inſtrumentum, ſed cum auctoritate Magiſtratus & citatis partibus, vt concludunt omnes, *in c. cum P. Tabellio, de fide inſtrumentorũ*, tum etiã contra id, quod ibi Alex. conſuluit, ſunt etiam plura conſilia eiuſdem Alexandri relata à Marco Antonio Natta, ibi *in additione 1.* tum etiam hæc aſſertio ex eo demonſtratur falſa, quia alias de nihilo ſeruiret citare partes ad publicationem reſtamenri, prout requiritur ex notatis, *in l. publicari*, quid enim poſſent partes allegare ad impediendam publicationem, niſi teſtamenti nullitates? & ad quid fieret citatio, ſi nullã allegationem facere poſſunt? exceptiones tamẽ, quæ arguunt, non nullitatem ipſius teſtamenti, ſed contentorum in eo, hæc non debent impedire publicationem, & ſic practicatur. Ex ſequentibus omnibus concludo, non obſtantibus dictis per Neuizanum, in d. conſil. vera eſſe, quæ in præcedenti quæſtione dicta ſunt.

QVÆSTIO II.

VTrum cẽſus perpetuus, aut redimibilis in pecunia numerata, & forma ſolemni probetur, & præſumatur cõſtitutus ex eo, quod quis ſoluerit reditus ei correſpondẽtes per decennium creditori, & hæc præſumptio ſufficiat ad obtinendum in poſſeſſione & proprietate, etiamſi proprius motus nõ ſeruetur, quæſtio admodũ vtilis & practicabilis ad intellectum legis, cũ de in rem verſo, ff. de vſur. & l. ſciendum, ff. de verborum obligatio. & cap. querelæ, de electione cum c. peruenit de cenſibus, & ad proprium motum fælicis recordationis Pii Quinti in materia cenſus.

SVM-

SVMMARIA.

1 *Cenſus ſunt præſtationes perſonales.*

2 *Seſſio in cenſibus non cadit poſſeſſio, & intelligitur* c. querelam.

3 *Cenſus requirit ſcripturam, & quando contractus requirit ſcripturam, non poteſt probari per ſolutionẽ decennalem, num. eod. & 34. vbi notabilis diſtinctio, num. 35. 36. & 37.*

4 *Iure Regio deficiente in his Regnis, recurrimus ad ius Canonicum.*

5 *Cenſus iure Canonico an præſumatur ex præſcriptione decennali, & n. 38.*

6 *Emphyteuſis an præſumatur ex curſu decennali, num. 39.*

7 *Cenſus præſumitur ex curſu decennali.*

8 *Declaratio* ad l. litibus, C. de agricolis & cenſitis lib. 11.

9 *Et text.* in l. cum de in rem verſo, ff. de vſuris, *de quo late agit autor, num. 10. 11. 12. 13.*

14 *Intellectus* l. 2. C. de dotis ꝓmiſſione.

15 *Quod fundans ſe in præſumptione dictæ legis, debet titulum allegare, & ſolutiones ex eius cauſa factas. 16. 17.*

18 *Intellectus* l. ſi quis diuturno, ſi ſeruitus vendicetur, *n. 19. & n. 20. 21. 22.*

23 Deciſio dictæ l. cum de in rem verſo, *limitatur in minore.*

24 *Intellectus tex.* in d. c. querelam, *& ibi declaratur* l. Aquilius Regulus, ff. de Donation.

25 *Quid ſit neceſſarium ad obtinendum in iudicio poſſeſſorio de annuis præſtationibus, & an poſſidens teneatur docere de tit. ibi, num. 26. & intellectus* l. 3. §. Hoc autem de itinere actuq; priuat. *& de aliis iuribus in materia.*

27 *Iterum, an in minore obtineat dicta præſumptio in poſſeſſorio & petitorio, & an cõpetat ſibi reſtitutio, & declaratur.* l. ſi pupillus de adqui. rerũ dominio, *nu. 28. & 29. &* l. poſſeſſionem, de adquirenda poſſeſſione, *& nu. 30. & declaratur* Bart. in §. ſi Nummos, *nu. 31. col. 4. & nu. 32. 33. 34. & 35.*

36 *Præſumptio* dict. l. *quãdo obtineat in iudiciis in rebus arduis & ponderoſis, nu. 37.*

38 *De iure Canonico ad præſumendum titulũ ſolutionis, non requiruntur quadraginta anni, nec id probat.* c. peruenit.

39 *Titulus Emphyteoſis præſumitur ex longa ſolutionne decennali facta, ob cauſam Emphyteuſis.*

40 *Emphyteoſis Eccleſiæ, quando præſumatur ex curſu decennali.*

41 *Secunda opinio iuris Rigore verior eſt.*

42 *Opinio ſecunda eſt ſuſpectiſſima in materia cenſuum cum pacto redimendi, & non ſequenda. In aliis cenſibus ſecus, nu. 43. & 44.*

VIDETVR dicendum, quod † non ſufficiat, neq; in vno iudicio, neque in alio, ex ſequentibus. 1

Primo, quia iura & † cenſus ſunt præſtationes perſonales, & non reales, nec debitæ occaſione rei, & ſic in eis non poterit agi de re poſſeſſa, quia perſonam liberam poſſidere non poſſumus: nec per conſequens iudicium poſſeſſorium, ita tenet Abb. *in c. peruenit de cenſibus, & in d. c. querelam*, Legiſtæ omnes, *in l. ſi certis annis, C. de pact.* Alex. *conſil. 94. lib. 7.* Menoch. late defendens opinionem Legiſtarum, *in tract. de recuperan. poſſeſſ. remed. 1. à nu. 87. & in tract. de retinenda poſſeſſion. rem. 4. nu. 139.* Salazar, *in tract. de vſu & conſuetudine, cap. 9. & 10. per totum*, qui omnes intelligunt *dictum caput querelam*, quod in contrarium citatur in cenſu mere reali, quod debetur occaſione rei, & ita etiam intelligunt, *legem litibus, C. de agricolis & cenſitis lib. 11.* quæ loquitur de Vaſallis aut Colonis aſcriptitiis, vt patet *ex rub. tit. in quibus*, & eorum bonis dominus ius reale habet, & ſunt veluti ſerui, & qui cenſum, occaſione rerum à dominis traditarum, ſoluunt, prout faciunt illi (quos vulgo Foreros, aut Vaſallos ſolariegos dicimus,) & certe in puncto Iuris hæc opinio verior eſt, prout Menoch. & infiniti, quos ipſe allegat, & alii, qui contrariam partem tuentur, agnoſcunt. 2

Secundo, quoad iudicium † petitorium facit, quia cenſus requirit ſcripturam & alias ſolemnitates intrinſecas & extrinſecas, de quibus *in dicto proprio motu, & in extrauagantib.* Martini Quinti & Caliſti III. *in tit. de emptione & venditione, gloſſ. in c. 1. §. poſtquam de cenſibus in 6.* 3

in 6. Salazar, *vbi ſupra, à nu. 11.* Albara. Valaſc. *in tract. de iure Emphyteu. quæſt. 7. à prin. & d. contractu Emphyteutico*, Burſat. *conſil. 26. num. 16. lib. 1.* & Celſus, *conſil. 56. à num. 2.* at vero quando requiritur, quod actus fiat cum certa ſolemnitate in ſcriptis, non poteſt probari per ſolutionem decennalem, neque habet locum præſumptio *d. leg. cum de in rem verſo*, & *d. l. ſciendum*, ita concluſere Alexand. Romanus, Iaſ. & alii, *in d. l. ſciendum*, Felyn. *in c. ſicut. de re iudica. num. 38.* Menoch. cum pluribus, *in ſuo tract. præſumptio. part. 1. cap. 132. num 27.* Ergo non habet locum iudicium petitorium.

4 Tertio facit, quia in his † Regnis deficiente Regio iure, debemus recurrere ad ius Canonicum, priuſquam ad Ciuile, vt per Palat. Rub. *in Proæmio Rubricæ de dona. inter vir. & vxor. n. 16.* vbi additio, & cum Caſtello, Montal. & Auileſio, Olanus *in Antinomiis ad Villalob. in præfatione in ſolutione 3.* qui in contrarium allegat Ciſontanum, Mencha. Burgos de Paz. *in l. 1. Tauri, num. 520.* qui in fine neutram opinionem tenet, ſed arbitrio Iudicis dimittit, qui ſequi debet, quod æquius & iuſtius ſibi videbitur, quod etiam mihi verum videtur, & ideo in dubio ſequendum erit ius Canonicum, quod propter religionem, pietatem, & auctoritatem condententium, in dubio æquius & iuſtius videbitur.

5 At vero de iure † Canonico ad præſumendum cenſum legitime conſtitutum, non ſufficiunt decem anni, ſed ad minus triginta in priuatis, & quadraginta in Eccleſiis, neceſſarii ſunt: ita cum Butrio, & aliis Canoniſtis, *in d. c. peruenit*, concludit Guid. Pap. *deciſ. 407.* vbi dicit ita iudicatum; idem cum infinitis videtur tenere Maſcard. *in ſuo tract. de proba. concluſi. 279. à nu. 1. part. 1.* vbi Domin. & alios infinitos Canoniſtas allegat, & idẽ plures ex auctoribus tenent, *in d. l. ſciendum*, maxime Franc. de Aretino, *nu. 12.* Anton. Gabr. *in ſuis communibus concluſ. tit. de præſcriptio. concluſ. 1.* Bart. Caualca. *in 1. part. deciſionum, deciſ. 46. à num. 15.* Maſcard. *in d. tract. part. 3. conclu. 1317. à n. 25.* & omnes hi allegant tex. *in cap. peruenit, de emptione & vendit.* vbi vxor excluditur à petitione rerũ donationis propter nuptias à marito, cum ſuo conſenſu venditarum, ſpatio triginta annorum, imo & aliqui, *ex ſupra adductis*, volunt illud tempus non ſufficere, maxime Caualca. qui putat præſumptionem hanc ſperni, apud æquos & doctos Iudices, & nõ procedere in præiudicium tertii: tũ etiam non procedere de iure Canonico, vt dictum eſt, & eſſe leuem præſumptionem; Igitur non ſufficiunt decem anni.

Quarto facit, quia de † Emphyteuſi 6
ad cenſum valet argumentum, vt per Euerhard. *in ſuis locis legalibus, c. de Emphyteoſi ad cenſum fol. 208. in paruis c. conſtitutus*, & ibi Canoniſtæ *de religioſ. domibus*, ſed ad præſumendum Emphyteoſin, ſunt neceſſarii triginta aut quadraginta anni, & hæc eſt communior & verior, vt cũ Angel. Alb. Pariſ. Craſſ. Ruyn. Bald. & aliis dicit, tenet & ſequitur doctiſſimus Menoch. *in d. tract. de præſumptio. par. 1. lib. 3. c. 108. num. 4.* & cum Alciat. & aliis infinitis, Maſcard. *in d. tract. de probatio. part. 1. concluſ. 337. à num. 1.* idem ad præſumendum cenſum: Ex quibus omnibus hæc pars videtur verior, quam nouiſſime tuetur & defendit in terminis dicti proprii motus, non tamen allegando, quę dicta ſunt, nec prout decet, ſimilem quæſtionem Salazar, *in d. tract. c. 9. à num. 11. cum ſequentibus.*

Contrariam tamen † opinionem in 7
ppriis terminis defendit Carolus Molin. & ſupreſſo nomine Caballinus *in tract. de vſuris, quæſt. 20. per totam*, quem ſequitur Couar. *in Reg. poſſeſſor. 2. part. lib. 6. §. 4. num 3.* tenet & defendit Felician. *de cenſib. lib. 3. c. 1. à num. 8. & lib. 1. cap. 9. à nu. 10.* & in genere de præſtationibus perſonalibus, quod ex præſtatione decennali pręſumatur titulus, Bart. Alb. Salycetus & omnes tenent, *in d. l. cum de in rem verſo*, Bald. Roman. Curtius & alii, *in l. ſi certis annis, C. de pactis*, Abb. *in d. c. peruenit*, & infiniti alii, quos refert & ſequitur Menoch. *in d. tract. de præſumptio. part. 1. libr. 3. cap. 131. à n. 159. cum ſequentibus*, Mencha. *in libr. controuerſiarum illuſtrium, c. 61. à num. 3.* latiſſime Maſcard. *in d. tract. de proba.*

proba.concluſio.1172.per totam,lib.3. & is infinitos allegat, quos, quia materia trita eſt,non eſt opus tranſcribere.

8 Sed vt deueniamus † ad fundamenta in præſenti cauſa, licet a Doctoribus ſupradictis & a Salazar,*vbi ſupra*,allegetur *d.l.litibus*,& ibi auctores,*& d.c. querelam*, tamen cum vtetque text. loquatur in præſtationibus mere realibus, & debitis occaſione rei, in quibus non tantum dubium eſt,vt in his facilime detur petitorium & poſſeſſorium,abſque vlla fraudis ſuſpicione in eis, quia termini diſpares ſunt,non faciamus fundamentum.

9 Text. igitur † capitalis & expreſſus in fauorem huius ſententiæ,cui non bene reſponderi poteſt,eſt, *dict. l. cum de in rem verſo:* cuius verba ſunt (cum de in rem verſo,cum herede patris vel domini ageretur,& vſurarum quæſtio mouetetur, Imperator Antoninus ideo ſoluendas vſuras iudicauit,quod eas pater vel dominus longo tempore præſtitiſſet,&c.) vbi Imperator ideo ſoluendas vſuras in futurum iudicauit, quia longo tempore ſolutæ & præſtitæ eſſent, & cum fere ſemper de vſuris ad reditus cenſuum ſoleamus arguere: vt Molineus & Caballinus,*in dict.tractat.*& omnes alij, qui materiam cenſuum pertractãt, ſolent facere,quia tam ſimilimi ſunt cõtractus,vt tanta ſimilitudo apud omnes fecerit, dictum cenſus contractum ſuſpectum de vſura,ſequitur quod idem erit,ſi quis longo tempore ſoluerit reditus, quia teneretur in futurum ſoluere, niſi de non tit. probetur,& ſic præſumitur titul.cenſus, quæ præſumptio ad victoriam in proprietate ſufficiet, dummodo contrarium non probetur, quod eſt,quod quærimus.

10 Etſi replices, quod ibi † Imperator nihil agit de præſumendo tit. imo ſimpliciter obligat in futurum, *ex d. ſolutione*,ac ſi adeſſet titul. quæ eſt admodum difficilis replicatio, & a doctoribus non bene conſiderata.

11 Reſpondetur, quod imo † expreſſe agit de præſumendo titul. quod patet Primo,quia vſuræ non debentur ex pacto nudo,ſed ex promiſſione facta cum ſtipulatione, ſaltem de iure illo, *vt in l. quamuis,C. de vſur.* neque etiam ideo debentur,quia aliquando præſtitæ ſunt,ex tex.expreſſo,*in l.creditor,C.de vſuris.*neq; etiam ex eo debentur, quia ex tantis & tam continuatis ſolutionibus arguatur ſimplex conſenſus ad ſoluendum in futurum: quia ſimplex conſenſus, prout interuenit in promittente pacto nudo, illo tempore non obligabat, nec robur ſumebat ex tam geminatis præſtationibus,vt eſt tex.expreſſus, quem gloſſ. & Dd. *ibi & in d.l.ſi certis annis*, vnde manifeſte ſequitur,quod aut Imperator in illo tex.loquutus fuit aduerſus omnes iuris deciſiones, & eas voluit corrigere, quod tale non apparet,aut intelligẽdus eſt de præſumptione tituli ſolemnis, ex qua obligauit ad ſoluẽdum in futurum, prout Iudex potuit facere.

Secundo, quia ſecunda pars † illius 12 reſponſi continuatur cum prima, & eſt quaſi eadem materia,& ex vna infertur ad aliam:& in ſecunda Imperator iuſſit ſolui dotem vxori petenti,de cuius promiſſione non conſtabat,niſi ex ſolutione vſurarum,ex qua arguitur dotis promiſſio tanta, quanta ipſis vſuris ſolutis correſpondet; neque ibi fauor dotis id fecit,quia ambo caſus parificantur,& in fauorem etiam parificarentur , quod per quam abſurdum eſt: quia vſuræ extra contractum dotis, ſemper odioſiſſimæ fuerunt,& ideo id non effecit fauor dotis, ſed præſumptio tituli ex ſolutione, & titulus ipſi ſolutioni conformis, quod amplius patet:quia Imperator ibi non iudicauit deberi vſuras ex longa præſtatione, quod iudicaſſet, ſi ſolutio longæua ſola in ſe induceret cauſam & titulum ſufficientem ſoluendi, ſed ſolũ iudicauit ſoluendas eſſe vſuras, quia ſolutæ antea erant, quaſi ex ſolutione induceretur præſumptio iuſtæ ſolutionis, quod non poterat eſſe,niſi ex titul. præſumpto,*ex ſupradictis*, & ſic iudicauit ex præſumptione,& non ſuper debito , & per conſequens,ex probatione priuilegiata: & ſic ſententia illa non tranſiret in rem iudicatam, quin ſemper poſſet

C reſcindi,

reſcindi, ꝓbato defectu tituli, ex notatis ꝑ Iaſ. & omnes, *in repetitione. l. admon. ff. de iureiurando.* Quare obiter conſulo Iudicibus, vt quãdo ſuper his annuis pręſtationibus ſententiam prolaturi ſint, ex ſola longæua præſtatione obſeruent, quam ſeruauit formam Imperator, *in d. l.* & non iudicent ſuper debito, ſed ſuper ſolutione, vt ſemper pars poſſit probare non debitum, quod æquiſſimum eſt.

13 Et amplius confirmatur: † quia Imperator in illa lege, vt dictum eſt, non voluit nouum Ius ſtatuere, & corrigere iura antiqua, ſed ſolũ ſententiam in caſu contingenti protulit, declarando quid iuris, & arguẽdo a ratione ſibi ante cognita, & nõ de nouo ſtatuto. Et ita dixit eſſe ideo ſoluendas, &c. non eſſet enim bonum argumentum, ſi titulus præſumi non poterat, quia in iure ſola longæua præſtatio non inferebat ad ſolutionem futuram, *ex d. l. ſi certis annis*, & non concluderet argumentum, ſed tamen intelligendo, quod ex dicta ſolutione præſumitur titulus, infertur bene quod vſuræ ſunt ſoluendæ in poſterum, quia ex longa præſtatione probantur præſumptiuæ legitime conſtitutę.

Item cõfirmatur, *ex l. 2. C. de dotis pro-*
14 *miſſione*, vbi † Imperator ex vſuris promiſſis ſpecifice pro dote promiſſa, arguit deberi dotem & non ex ſola promiſſione vſurarum, ſed ex promiſſione cum relatione dotis promiſſę, & non ob aliud, niſi, quia ex illa promiſſione & relatione præſumitur dos promiſſa, & ſi hoc facit expreſſa promiſſio vſurarum cum illa relatione, non aliud faciet longæua earum præſtatio, niſi præſumere titulum, vt gloſſ. *in d. l. cum de in rem verſo*, declarauit.

15 Ex qua. *l. 2.* eleganter † declaratur d. l. & opinio communis, de qua per Bald. Iaſ. Iacobin. & alios, *in d. l. ſi certis annis*, & per alios quamplures allegatos à Menoch. *d. c. 131. à num. 74.* & à Maſcard. *vbi ſup.* qui dicit, quod ad obtinendũ in caſu. d. l. debet agens titulum allegare, & ſolutiones factas ex cauſa ſpecifica dicti tituli, id enim, licet clare *in d. l. cum de in rem verſo*, nõ probetur, probatur *ex d. l. 2.* vbi promiſſio vſurarũ, fuit facta ex cauſa promiſſæ dotis, & ideo obligauit promittentem ad ſoluendũ, id quod ex dote & vſuris debebatur, ex præſumptione tituli relati in promiſſione vſurarũ, idq; etiam dicere voluit, *d. l. in fin.*

Nec etiam obſtabit ſi replices, quod 16
Imperator ex ſola illa longæua ſolutione moueri potuit ad condemnandum, quia aliud non expreſſit, nec *d. l. ſi certis annis*, obſtat, quia ibi non conſtabat de ſolutione decennali, ſed ſolum ſolutũ eſſe per aliquot annos, minuſq; etiam conſtabat *in d. l. creditor*, nã reſpondetur q. *d. l. ſi certis annis*, indefinite loquitur de certis annis, & ſic plures & pauciores conprehendit, indifinita enim æquipolent vniuerſali, *ex l. ſi pluribus*. vbi Bart. *ff. de leg. 1.* vnde diuinare eſt reſtringere ad minus, quam decẽ annos, *lexq; creditor*, etiam loquitur de vſuris aliquando ex conſenſu præſtitis, & verbũ aliquando indifinitum eſt, vt per Bart. *vbi ſupra.*

Sed verus ſenſus harum † legum eſt, 17
quod *in d. l. ſi certis annis, & in d. l. creditor*, conſtat de pacto, aut nudo conſenſu, & tandem cõſtabat omnino defeciſſe ſtipulationem; ſine qua vſuræ non debebãtur, etiamſi ſolutæ eſſent longo tempore, *in d. l. cum de in rem verſo*, ſolummodo de ſolutionibus conſtabat, ob quas Imperator præſumpſit verum debitum præceſſiſſe, & ideo condemnauit.

Sed adhuc † nõ quieſcit animus, qui- 18
a videtur quod ſolus lõgi temporis curſus, abſq; vllo tempore potuit id facere; quemadmodum conſtat, quod ſeruitus continua, ſolo curſu temporis inducebatur & conſtituebatur; vt expreſſe I. Conſultus determinat, *in l. ſi quis diuturno, ff. ſi ſeruitus vindicetur*, vbi poſſidens ſeruitutem longo tempore, non tenetur docere de titulo, & adquirit ius ſeruitutis, neque eſt titulus neceſſarius; ita intelligunt ibi communiter gloſſ. Bart. & Paul. Albericus & alij, & eſt communis opinio, vt per Menoch. *in tract. de retinend. poſſeſſione, remedio. 5. a num. 43.* contra Duarenũ Corraſium & alios, qui intelligebant. *d. l.* quod non erat neceſſarium

rium docete de titulo veto & à veto do-
mino habito, ſed ſufficiebat titulus pu-
tatiuus, qui intellectus reijcitur à Me-
noch. vt I. Conſult, ibi declarat verbum,
quo iure intelligi debet de titulo ſim-
pliciter, ſiue emptionis ſiue donationis
vel legati, non diſtinguēs à quo habitus
fuetit: dicit etiam communem Maſcat-
dus, *in dict. tract. de probatio. 3. part. conclu-
1215. numero 29. & 18.* Meneſſ. *in leg. 2. C. de
ſeruitutibus & aqua*, concotdat. *l. 15. tit. 31.
part. 3.* neque eſt neceſſaria tituli allega-
tio, vt contta Angel. & alios teſoluit i-
dem Menoch. *remedio 6. numero, 134.* Me-
neſſ. *vbi ſupra, num. 18* at vero ſolutio cen
ſus, ſeruitus quædam eſt, vt eſt per ſe
notum, vnde nimitum ſi in caſu. *dict. leg.
cum de in rem verſo*, ſola longęua præſta-
tio, abſq; præſumptione tituli, potuit
facere, quod fecit *in d. l. ſi quis diuturno*.

Neque obſtat ſi teſpōdeas, quod in
19 ſeruituribus † non cauſatur tātum prę-
iudicium, & ideo ſolum tempus ſuf-
ficit, in ſolutione vero annalis reditus
verſatur maximum, nam hæc tatio, et-
ſi à doctoribus, *vbi ſupra*, communi-
ter tradatur; vera non eſt, vt bene
aduertit Meneſſ. *in dict. leg. 2.* ſeruitus
enim admodum præiudicialis eſt, a-
liaſque etiam rationes confutat Me-
neſſ. *vbi ſupra*, licet ipſe nullam tradat,
ſed omnes dicat iungendas, quod nihil
eſt dicete.

20 Quate verius exiſtimo in † ſerultu-
tibus continuis id fuiſſe introductum,
ob bonum publicum, maximamq; ne-
ceſſitatem & frequētiam earum, atque
ad tollendas continuas ſeditiones & li-
tigia, quæ ſuper vſu agrorum, aquarum
& ædifficiorum aſſidue inter homines
ſolent & ſolebant euenire, quæ in nu-
metæ eſſent, ſi titulus ad acquiſitionem
eſſet neceſſarius, quaptoptet apud priſ-
cos illos Romanos maxima cura fuit, de
legibus agrorum & terminorum, ob has
rixas euitandas: ac ptoinde plures de eis
leges conſtitutæ ſunt, *& in leg. 1 §. fin. ff. de
aqua pluuia arcen.* ſuper vſu aquæ legem
agrorum, I. Conſul. docebat deberi cu-
ſtodiri: & ea deficiēte antiquus vſus aut
agri natura, ꝙ ob dictum inconueniēs,

credendum eſt eueniſſe, aperteque id
inſinuat *d. § fi.* qui recte *d. l. ſi quis diuturno*
declarat: & aperte docet, ex ſolo vſu eſſe
impoſitam ſeruitutem. Et quāuis *l. Con-
ſul. in d. l. ſi quis diuturno* dicat, nactus eſt
Ius, quaſi præſupponat acquiſitam ſer-
uitutem, & poſt acquiſitionem non eſſe
neceſſarium, docere de titulo, intelli-
gendus tamen eſt, quod ex ſolo vſu fue-
rit adquiſitum illud Ius, vt verba *in fin.
& in principio* oſtendunt.

Poterit etiā alia † ratio aſſignari, quia 21
ſcilicet ex tā lōga patientia cōſentien-
tis ſeruitus præſumitur tum eius dona-
tio, neque ad ſeruitutem conſtituendā,
quemadmodum ad vſuras, eſt neceſſa-
ria ſtipulatio, ſed prima veriot & veriſi-
milior eſt.

Tandem ex ſupradictis † conſtat de 22
veto intellectu, *d. l. cum de in rem verſo*,
quæ ſic intellecta expreſſe caſum no-
ſtrum decidit, in fauorem ſecundæ o-
pinionis.

Limitandus tamen eſt in † minote, 23
in cuius fauorem non habet locum prę-
ſumptio, *dict. l cum de in rem verſo*, vt cum
Alex. qui non bene dicit & Cotneo, in
quibuſdā conſilijs concludit dictus Me-
noch. *in d. c. 131. a num 89.* tenet Iacob. Be-
neuen. *in tract. de annua praſtat. nu. 10. fol.
46. tomo. 6. Nouorū tractatuum, part. 2.* quod
ſaltem ope teſtiturionis aduerſus ſolu-
tiones, vel à Curatore factas, verum erat
*ex tit. C. ſi aduerſus ſolutionem, & arg. l. Æmi-
lius, ff. de minoribus*.

In fauorem iudicij † poſſeſſoris, præ- 24
ſertim teintegrādę, facit tex. expreſſus,
in cap. querelam: & licet, vt ſupradictum
eſt, loquatur in præſtationib. realibus,
doctores eum inducunt ad perſonales,
cōſiderato argumēto ſtatus. Nā quēad-
modum Summus Pontifex ibi conſide-
rauit ſtatū, in quo erat Eccleſia ſpoliata
à perceptione annuarū præſtationū &
cenſus, tempore ſpoliationis & eum
reſtituit, ita in perſonalibus inuenitur i-
dem ſtatus, & æquum eſt, vt ad eum fiat
reſtitutio, ſaltem ex Iudicis officio, vt
reſtituitur Detentator, *ex. l. Aquilius Re-
gulus, ff. de dona.* late Menoch. *de retinenda
poſſeſſion. rem. vltim.* Felician. *vbi ſupra*:

Igitur negare non poſſumus, quin etſi de rigote non detur iudicium poſſeſſotiũ, vt bene Legiſtæ fatentur, detur tamen de æquitate ratione ſtatus iudicium quaſi poſſeſſorium, in quo exuperat officium Iudicis, & tunc facit in argumentum, *dict. cap. querelam*, ex ſimilirudine ſtatus, & æquitatis, & hæc opinio in iudicijs iam recepra eſt, vt etiam inuitis dentibus debeamus ei adhærere quantumuis conſidetaris iuris principijs falſa ſir, neque eam iubeat. *d. l. Aquilius*, cum in Colono, licet non ſit vera poſſeſſio, detur tamen detenrario, quæ magis aſſimilatur veræ poſſeſſioni, & in qua magis exuperat æquitas: & idem in alijs exemplis à Menoch. traditis, ſed hæc non obſtante ſequenda eſt in iudicando & conſulendo, & ira faterur Sàlazar, *vbi ſupra*, qui fere nihil allegat, idem faterur Molinęus ad Alexan. *conſi. 94. lib. 7. addit. 1.* & ibi Natta *in ſuis additionibus*, & ira fuit iudicatum in conſilio Neapolirano, vr per Marrhæum de Afflictis *deciſ. 395. per totam*, Orazius, Mandoſius *in additione ad cõſilium. 311. Romani, dubio. 3.* poſt Roman. ibi idem tenet Ripa *in l. fin. ff. quorum bonorum, num. 5.* Menoch. etiam dicit practicari, *de recuperan. poſſeſſ. dict. remed. 1. a numero. 87. & de retinend. poſſeſſ. remed. 4. a num. 139.* idem etiam tenet Octauianus Ojaſcus *in deciſ. Pedemon. 99. a numero 47.* Gigas *in titulo de penſionibus, quæſt. 41.* Crauetr. *conſi. 40. a num. 1. &* Vincentius Francus *deciſ. 90. 1. parte.*

Aduertendum ramẽ eſt, quod ad ob-
25 tinendum in iudicio † poſſeſſorio, nec ſunt neceſſarij decem anni, nec decem ſolutiones, ſed duæ ſolutiones ſufficiunr, per quas agens conſtituitur in ſua quaſi poſſeſſione cenſus, vt exiſtimar Ripa, *vbi ſupra*, Roman. *conſi. 70. à numero 13.* Paril. *conſi. 77. a numero 4. & 42. libro. 3.* Caualcan. *deciſio. 45. a numero 86. part. 1.* licet vnicam ſolutionem exiſtimet ſufficere, idem Roman. *dict. conſi. 311. dubio. 3* & Alexan. *conſi. 74. a num. 16. lib. 4.* quem ibi Molinęus alios allegãs ſequitur, ſed ptiorẽ opinionem, quæ verior & ſecurior eſt, confirmat tex. *in d. cap. querelam*, & ibi Canoniſtæ omnes.

Eſt etiam tanquam valde neceſſarium notandum quod Molinęus *in d. conſi. 74.* in addirione tenet, quod ad hoc, vt agens reſtituatur aut defẽdatur in poſſeſſione probata ex biennali ſolutione,
tenetur docere † de titulo ſaltem colo- 26
rato, alias defendi non poteſt, neque ſpoliatus reinregrari, quia poſſeſſio hæc habet admixram cauſam proptietatis, *arg. tex. in l. 1. §. fi. ff. de aqua quotid. & æſt. & in l. 3. §. Hoc autem. ff. de itinere actuq; priuat.* & ſequitur non relato Molinęo Gigas *de penſionibus, quæſt. 47. a numero, 4.* Menoch. *in dict. tracta. de retinend. poſſeſſ. rem. 6. a numero 11.* quia tam recens poſſeſſor, ſi ſuam poſſeſſionem non juſtificat, pręſumitur malæ fidei, contrarium tamen rener Decius, *conſi. 156. collat. 1.* Ripa *in leg. quominus, numer. 89. ff. de fluminibus*; idem Rip. *in dict. leg. fin. numero 4.* & idem Menoch. *in d. tract de retinend. poſſeſſion. remedio, 5. num. 38.* qui loquirur, quando poſſidens agit, quorum opinio in puncto iuris verior eſt, nam dicta poſſeſſio non habet admixtam cauſam proprietatis, vtpote, quæ in ſoluente cenſum aut pẽſionem ſunt diſtinctæ, cauſa poſſeſſionis, & cauſa proprietatis, *ex dict. cap. querelam*, poſſeſſio itidem eſt ſuper re temporali & profana, ſuper qua non eſt vlla lege impeditum commercium, abſque aliquo ſpeciali priuilegio, ſine quo particulares contrahere poſſunr, contraria vero loquuntur in beneficialibus, vbi poſſeſſio prohibetur abſque Canonica inſtitutione, *& dict. §. Hoc autem*, in interdicto hahente annexã cauſam proprietatis: ex eo, quia reficere irer, ædifficare, aut nouum aliquid facere, non attingebat poſſeſſionem, & ſolum vſum eundi & redeundi, ſed merum ius & proprietatem ſeruitutis: nam tale quid ſoli habenti iure impoſitã promittebatur, *ex d. l. 1. §. fin. in fin. ff. de aqua pluuia arcend. & d. l. 1. §. fin.* agit de ducente aquam ex Caſtello publico, quod ſine Regia licentia non permittebatur, aut ſaltem ſuperiorum communitatis, & ſic non erat materia habilis ad contrahendum & poſſidendum, reſiſtebatque ius, & præſumptio erat contra poſſidentem,

dentem, vt fit *in capit. ad decimas, de actio-*
ne ſpol. in 6. & in c. cum perſonæ de priuileg. in
6. Abb. & Canoniſtæ *in dict. cap. peruenit.*
& pro hac parte in iudicio reſtitutorio
iudicauit Rota, vt per Iacob. Pute. *deciſi.*
417. lib. 2.

Obiter etiam nota, quod etſi præ-
ſumptio *dict. leg. cum de in rem verſo*, nihil
27 valeat contra † minorem, aut ſaltem
reſtituatur: attamen id intelligendum
erit in iudicio proprietatis, in iudicio
vero poſſeſſionis audiendus eſſet pe-
tens, conſeruari in poſſeſſione exigendi
annuas præſtationes, exceprio enim
reſtitutionis aut minoris ætatis con-
cernit iudicium petitoriũ, vt aduertit,
licet ſicco pede, & non in his terminis
terminantibus, Lan. *in tra. de atten. 2. par.*
c. 18. n. 131. Et cõfirmatur: quia etſi ꝓpter
notoriam iniuſtitiã reſultantem ex mi-
nore ætate, vel alias confirmaretur in-
tentio minoris, tamen hoc non obſtan-
te, deberet agens reintegrari ad poſſeſ-
ſionem amiſſam, quia in temporalibus
etiam prædo eſt reſtituendus; vt colligi-
tur *ex capit. in literis de rectione ſpoliatorum*;
& licet in hoc caſu in contrarium ſit ali-
quorum opinio, tamen hæc eſt verior,
vt cum infinitis teſtatur Ioann. Garzia,
in tractatu de nobilitate gloſſ. 12. a numero
85.

Neque obſtabit, ſi dicas, quod minor
28 † non poteſt transferre poſſeſſionem,
ex leg. ſi pupillus, ff. de adquiren. rerum domin.
& ex leg. poſſeſſionem, ff. de adquirend. poſſeſ-
ſione, & quæ ibi notant Accurſius & Dd.
ex notatis à Bart. *in leg. 1. § ſi vir vxori*
in fin. ff. eodem titul. vbi Iaſ. Alexand. & o-
mnes, & idẽ in Eccleſia, *ex leg. iubemus in*
fin. C. de ſacroſanct. Eccleſ.

Nam primo dict. iura loquuntur in
29 minore † pupillo non in alio, vt Accur-
ſius ſibi aduertit: tũ etiam licet pupillus
alienando & admittendo non transfe-
rat poſſeſſionem, quam habet, attamen
contra ipſum minorem bene poteſt
aliquis adquirere poſſeſſionem, idque
manifeſte demonſtrat gloſſ. *in dict. leg.*
poſſeſſionem, & eſt tex. expreſſus, *in leg. ſi*
finita, §. ſi pupillus, ff. de damno infecto. Poſ-
ſeſſio enim habet plurimum facti ex au-
ctoribus *in l. 1. ff. de acquirend. poſſ.* Et licet
durante pupillari ætate, nullum pro-
ducat iuris effectum, quoad præſcri-
ptionem; attamen poſſeſſio eſt, & pro
illa poſſunt competere interdicta poſ-
ſeſſoria.

Tum præterea nullatenus dubitan-
dum eſt, niſi quod occupans rem † mi- 30
noris, ſaltem adquirat detentationem
nudam, *vt in dict. leg. ſi pupillus*, at vero et-
iam pro tali detentatione competunt
remedia ex officio Iudicis ad inſtar in-
terdictorum, *ex dict. leg. Aquilius Regulus.*
imo & adquirit naturalem, pro qua et-
iam competit interdictum, *vnde vi ex*
leg. 1. § deiicitur, ff. de vi & vi arma. Tan-
dem d. detentatio ſtatus quidam eſt, in
quo poſſidens non debet turbari, niſi iu-
ris ordine ſeruato, *ex dict. capit. querelam*
vbi ꝓ ſtatu exigendi pẽſiones, data ſunt
poſſeſſoria remedia, vni Eccleſiã contra
aliam, neque eſt ſimile, quod pupillus
non poſſit transferre poſſeſſionem, niſi
ſeruata iuris ſolemnitate, *ex dict. leg. ſi pu-*
pillus, & ex Bart. *in leg. certi conditio. §. ſi nu-*
mos. ff. de conditione indebi. & quod poſſit
amittere; nam amittere poteſt, *ex dict.*
gloſſ. & ex l. ſi quis vi. § differentia, ff. de adqui-
rend. poſſeſſione.

Ex quo iam intelliges Bart. *in d. § ſi* † 31
numos, quem non bene percepit Iaſ. *in*
dict. §. ſi vir in fin. Ideo enim in caſu Bar-
toli fuit neceſſaria conditio indebeti ad
auocandam poſſeſſionem alienatã, mi-
norq; ſaltem potuit transferre dictam
detentationem; ad quam fuit neceſſa-
ria conditio, vel etiam potuit amittere
poſſeſſionem ciuilem, poſt contractum
derelinquendo eam, *ex d. gloſſ. & ex dict.*
§. differentia, & occupando, qui cum illo
contraxit.

Quod ideo certius eſt, quia licet lex 32
ciuilis potuerit irritare dictã poſſeſſio-
nem, quoad effectus iuris; non tamen
potuit tollere nudum factum & ſtatum;
qui ſufficit ad dicta remedia, facta enim
infecta fieri non poſſunt; *ex leg. in bello §.*
facta, ff. de captiuis, quę omnia ſunt notan-
da; quia ſingularia & à nullo tacta eo-
rum, quos ego vidi, & remanet ſatis fun-
datum, quod etiam in iudicio poſſeſſo-

rio iuſtam cauſſam fouetcreditor, qui longo tempore dictas annuas præſtationes, reditus & cenſus exegit.

Et hanc opinionem tenendo non obſtant cōtraria, nam ad primum reſpondeo, prout *ſupradictum eſt*, quod in his
33 annuis † præſtationibus in praxi admittuntur remedia, quaſi poſſeſſoria, magis ex æquitate, quam ex rigore.

Ad ſecundum reſpondeo, quod aut
34 agimus de præſumendo † titulo, & etiamſi titulus requirat ſcripturam, vel aliam ſolemnitatem intrinſecam vel extrinſecam, præſumitur titulus cum dicta ſolemnitate, ex dicta lōga ſolutione, & ita fatentur omnes ſupradicti, & Alexad. Roman. Aretinus. Iaſ. & alij *in dicta l. ſciendum*.

Aut vero agimus de præſumendis
35 dictis † ſolemnitatibus, & conſtat de tit. & etiam præſumuntur ex dicta longa ſolutione: aut vero agimus de præſumenda ſolemnitate aut titulo, ex ſolo curſu temporis, cum patientia inter ſe putantis, & tunc ſunt neceſſarij contra priuatum tringinta anni, & contra Eccleſiam quadraginta, & ſic intelliges, quæ confuſe auctores notant *in dict. leg. ſciendum*, & quæ notat Menoch. *in dict. tractatu cap. 132. per totum*, & quæ notat Hyppol. Riminal. Iunior, *conſi. 9. a numero 107. lib. 1. & conſi. 76. numero 6. & conſ. 31. numero 61.* & Cephal. *conſi. 316. numero 37. libro 3.* Crauett. *in ſuo tractatu de antiquita. temporis, part. 3. a numero 1. cum ſequentibus*, & Caualcanus, *dict. deciſio. 46. a numero 16.*

Neque obſtat, quod Caualc. dicit *in dicta. deciſio.* quod præſumptio hæc non procedit de iure Canonico, & quod æqui Iudices non curant de ea, nec pro-
36 cedit in præiudicium † tertij, quem ſequitur Maſcard. *in dicto tractatu part. 3. concluſio. 1318. per totam*, qui melius id dimittit Iudicis arbitrio, nam Caualcanus non loquitur in ſoluente, ſed in patientie, & etiam in patientie, reptobatur ab Alexand. Ruadenſi *in ſua declamatione de contractibus Emphyteoticis Eccleſiarum, tit. de tit. oriente ex antiquitate temporis per totum*, & contra Caualcan. eſt tex. *in dicto capit. peruenit de emptione & venditione.* & præſumi dictas ſolemnitates etiamſi ſcripturam requirant ex curſu longiſſimi temporis contra Crotum, & alios, tenet Menoch *in dict. tractatu libro. 2. præſumptione 75. numero 24.*

Fateor tamen, quod, quando dictum tempus non ſufficit ad præſcriptionem in rebus † ponderoſis, & maxime in 37
alienationibus rerum Eccleſiaſticarum, non omnino debere moueri Iudices ad præſumendum titulum ſolemnem contra patientes, ſed debere ſe informare de alijs coniecturis, & eis habitis iudicare contra patientem, alias non, quia ſi aliud daremus, nec præſcriptiones, nec tituli, neque aliæ iuris ſolemnitates in contractibus ponderoſis, pro cautela neceſſarijs, eſſent neceſſariæ, & frangerentur plures iuris deciſiones, & ſic intelliguntur, quæ Caualcanus notauit.

Ad tertium fundamentum reſpondetur, quod falſum eſt de iure Canonico † requiri quadraginta annos ſolutio- 38
nis ad præſumendum titulum, id enim nullo iure probatur: neque id probat *dict. caput peruenit*, loquitur enim de præſcriptione, ait enim, quod emptor poſſidens per triginta annos rem venditam à marito cum conſenſu vxoris, quæ erat donata ipſi propter nuptias, remanet ſecurus, & præſcripſit contra ipſam mulierem, ſciente ipſa de alienatione, neque etiam *caput peruenit de cenſibus*, loquitur aliquid de tempore, & iura, quæ allegant Maſcardus, & Guido Pap. de vera præſcriptione loquuntur, quod patet, quia allegant *cap. de quarta præſcriptio.* quod de vera præſcriptiōne loqui pluſquam manifeſtum eſt, & additio ipſa ipſius Guidonis *in caſu cenſus* eum reprobat, & bene.

Non obſtat quartum argumentum, quia verior eſt & communior opinio ex longa ſolutione decennali facta, ob cauſam Emphyteoſis † præſumi titulum 39
Emphyteoſis, vt Caualc. notat *in dicto deciſ. 45. a nu. 86.* Aluar. Valaſ. *in dicto tract. de iure Emphyteotico, quæſt. 7. a nu. 33.*

& idem

& idem Menoch. contrarium tenuit, *in dict. tract. c.1, 1. num.67.* late cum infinitis Maſcard. *de probatio. par. 2. concluſ. 603. a princ. & concluſio.602. num.15. ea part. & concluſio. 279. a num. 15.* quod manifeſte confirmat *d. l. cum. de in rem verſo,* neque eſt lex aliqua aut tex. iuris Ciuilis aut Canonici, qui nos ad contrarium tenendum compellat: quapropter a reſolutionibus in iure fundatis diſcedendum non eſt:

Niſi eſſet Emphyteoſis Eccleſiæ, & de rebus non ſolitis Emphyteoticari, tunc enim propter iuris reſiſtentiam & prohibitionem extrauagantium, & conſtitutiones ſummorum Pontificum & religionum, non præſumeretur titulus ex
40 curſu & ſolutione † decennali, alias de facili defraudarentur in maximum Eccleſiarum damnum, & quia ſemper eſt præſumptio contra poſſidentem, & ſic nō ſuffragatur ei poſſeſſio, *arg. tex. in d. c. ad decimas, & d. c. cū perſonæ,* & licet nō ita declaret, ita tamen ſentit Menoch. *in d. tract. cap. 108. nu. 5. & 9.* & ſentiunt omnes, quos in primo & ſecundo argumento citauimus r & ſentiunt Caualca. & Alexand. Raudenſis, *in d. tit.* & hi alia quāplura allegant.

Ex quibus omnibus remanet defen-
41 ſata hęc ſecunda † opinio, quā de mero iuris Rigore veriorem exiſtimo, & ſic quod præſumatur titulus cenſus.

Sed cum iam maturius conſiderando, & veritati æquitatique inhærendo, quam in iudicijs ſequi debemus, conſiderando etiam, quod ſecundum varietatem temporum, variantur caſus & iura, & rationes decidendi, & quod tempore *dictæ legis cum d. in rem verſo* erat aliud tempus, nunc vero aliud maxime diſſimile, & malitiis plenum, & leges maximo conatu perſequentes fraudes vſurarum, conſtitutioneſque Pontificum, metam cenſibus, de quibus agimus, ponentes, ne ex eorum colore irrepat peſtifera vſurarum labes, quia maxime vſuris vicini ſunt. Semper putaui in dictis cenſibus pecunia emptis,
42 ſuſpectiſſimam dictam † ſecundam opinionem, & quæ valde animarum Saluti pernicioſa eſt, ex ea enim daretur occaſiō mille fraudibus, nā poſſet quis contractum cenſus manifeſte vſurarium habere, vel de nouo facere, & eum occultare, atque ex ſolutionibus factis, in futurum ius vindicare, & ſententiam pro ſe habere, quæ magis, quam contractus valeret, & exequi etiam poſſit, dummodo modicam moram litis ſuſtineat, quæ ſibi damnoſa non eſt, poſſet etiam ex ſolis ſolutionibus, abſque vllo contractu, dictum ius vendicare, quod pernicioſiſſimum eſt, poſſetque hac via iuſtiſſimam dicti proprij motus ſanctionem defraudare, & de mille ſupellectilibus detritis, & nullius valoris cenſus facere, quod ferendum non eſt.

Quare ſi iudex eſſem, niſi alia indicia aut circumſtantiæ me mouerent ad præ
ſumendū † iuſtitiam cenſus, & ſcriptu- 43
ra probaretur deperdita, vel tempus lōgiſſimum intercederet, indubius a dicta ſententia recederem, & contra agentem iudicarem in petitorio & poſſeſſorio, & ſic conſulerem faciendum, quia iura reſiſtunt dicto contractui, niſi forma ſeruata, & ſic præſumptio eſt contra poſſidentem *ex d. c. cum perſonæ,* maxime ſi ſolitus eſſet malos contractus facere: contrarium tamen iudicatum eſt in Cancellaria Valliſoletana.

In alijs vero annuis præſtationibus realibus, quæ paruam quantitatem in recognitionem dominij quotannis ſoluendam continent, iudicarem pro dicta ſententia, & ſecunda † opinione, 44
quia nulla ſubeſſe poteſt fraudis ſuſpicio, in caſu vero *dictæ legis Imperator* non cutauit de fraude vſurarum, quia priſcis illis temporibus inter Ethnicos permiſſæ erant, & ſic adhęreo primæ opinioni.

QVÆSTIO III.

Vtrum quadrimeſtre datum a iure Patronis laicis ad præſen-

tandum, currat illis ignorantibus, a tempore vacationis, vel a tempore ſcientiæ.

QVæſtio hæc perquam vtilis eſt & practicabilis, & a doctoribus non exacte examinata: & quia mihi in facto iam contigit, decreui eam maiori quam potui diligentia examinare.

SVMMARIA.

1 *Tempus datum Patronis ad præſentandum, currit a die ſcientia vacationis, ſecundum communem opinionem, contrarium defendit auctor numer. 20. & ibi de tempore dato Collatoribus, Electoribus, & ibi declaratur, tex.* in ca. quia diuerſitatem, de conceſſione præbendæ, *& Deus emilis.*

3 *Factum ſi debet fieri infra tempus, non currit ignoranti, fol. 22.*

4 *Tempus hoc non currit abſenti vel impedito, & ibi quod abſentia in dubio præſumitur.*

5 *Ignorantia in dubio præſumitur, & ibi quod tenetur probare ſcientiam, qui allegat.*

6 *Præſumptio eſt contra ordinarium, qui diſtulit intra ſex menſes conferre. Ideo ſuperior conferre poteſt eis tranſactis.*

8 *Præſumitur ſcientia vacationis in ordinario.*

9 *Præſumitur ſcientia contra eum, qui ex officio tenetur ſcire. Poterit tamen Epiſcopus probare ignorantiam, nume. 10. nec ſufficit iuramentum, numero 12. probatur tamen indiciis, numero 13. nec excuſatur ob abſentiam, numer. 14. & quod non probatur iuramento, numero 15.*

16 *Præſumitur ſcientia in aliis habentibus iuriſdictionem in loco beneficii.*

17 *Præſumitur ſi vacatio eſt notoria, & de coniecturis, quibus contra eos probatur ſcientia vel ignorantia in eorum fauorem, numero 18. Quod non præſumitur ſcientia etiamſi ſit nota vacatio in loco beneficii, & de intellectu tex.* in Clementina cum quis de conceſſione præbendæ. *Quod in Patronis non præſumitur; contra Lamber. & numero 19. ſaluatur quædam contradictio.*

21 *Declaratio ad Abbatem,* in cap. eam te col. 2. *& numer. 23. declaratur tex.* in dict. cap. eam te. *declaratur etiam Rebuff ibi & numero. 25. v. 26. & 27. confutatur Reſponſio Beroi, & numero 28. declaratur tex.* in dict. cap. quia cum diuerſitatem.

29 *Tempus an ſit poſitum in fauorem Eccleſiarum, & de intellectu* c. cũ propter. *num. 31. 32. & 33. vbi an currat Patronis lite ſuper beneficio pendente in poſſeſſorio aut petitorio, & numero 34. 35. 36. & 37.*

38 *Opinio authoris verior in praxi, fol. 26. col. 3. & numero 9. declarat proprium motum Pii V. & quod ex eo tempus datum electoribus currit a die vacationis, numero 40. 41. 42. et 43.*

44 *Reſpondet argumentis, & numero 45. & 46. Tempus currit a die ſcientia Patronis: ſi vacet beneficium de iure & nõ de facto. num. 47. & 48.*

50 *Declaratio* ad d. Clementinam 1. de conceſſione præbend.

51 *Scientia præſumitur ex coniecturis, fol. 28.*

53 *Edicti appoſitio an ſit neceſſaria, & n. 54. 55. & 50. 57. & 58. vbi quid in ordinario Patrono & aliis, & in beneficiis curatis & ſimplicibus, an ſit neceſſaria edicti appoſitio, & quid operatur apppſitio edicti, num. 59.*

60 *Ordinarius an poſſit abbreuiare tempus datum Patronis ad præſentandum, & quando debeat præſentare, & an poſſit purgare moram & cui, & an per procuratorem, numero 61. & an noceat Patronis, ſi præſentatus ſit negligens. num 62. & quæ dicta ſunt, procedunt in Patronis Eccleſiaſticis.*

ET quod dictum tempus cur-
rat † a tẽpore notitię & ſcien- 1
tię, facit tex. qui id clare vide-
tur probare, *in c. quia diuerſita-
tem*

Digitized by Google

tem in fine de conceſſione præbend. notant gloſſ. & Dd. *per text. ibi, in capit. licet, de ſupplenda negligen. prælator. & in capit. ne pro defectu de electione in Clementia, cum qui de conceſſio. præbend.* Quæ iura & notata per doctores & gloſſas in eis probant, quod tempus datum Collatoribus & Electoribus ad conferendum & eligendum, currit à tempore notitiæ vacationis: per quæ iura in proprijs terminis hanc opinionem defendit Abb. *in capit. cum propter de iure patrona.* & hanc opinionem tenet etiam Rota, *deciſione 3. de iure patronatus, in antiquis, & deciſione 7. de præbend. in antiquioribus, & deciſione 6. de iure patronatus in nouis.* Lapus *allegatione 78. dubio. 4.* Rochus Curtius *de iure patronatus, verſi. honorificum, num. 57.* Paul. de Ciſaldinis *in dict. tracta. verſic. Patronus præſentat. nume. 42.* & Ioannes Nicolaus *in dict. tract. libro 2. quæſt. 7. numero 178.* Coſmas, Gumier. *in pragmatica ſanctione Gallicana, tit. de collationibus, verſi. præſentandum, fol. 85. colum. 4.* Rebuff. *in ſua praxi benefic. lib. 1. tit. de deuolutionibus numero 20.* licet *numero quinto*, videantur contrarium ſentire, imo quod currat à die vacationis, & eis non relatis, tenet Spino, *in ſuo tractat. de teſtamentis, gloſ. 4. numero, 21.* Paul. Æmilius Vetallus *deciſione 248. parte 3. ſuarum deciſionum*, licet in ſuo caſu ob ſecretam vacationem id affirmat fuiſſe deciſum, & non ob ſolam ignotantiam, tenet etiam Selua *in tracta. de beneficiis, parte. 3. quæſt. 59.* & Matienzo *per tranſennam in leg. 8. gloſſ. 12. numero 2. libro 5. Recompila.* Tiraquell. cum aliquibus ex ſupra adductis *in libro 2. retractuum. §. 35. a numero 7.* notat etiam, & per tranſennam ſequitur, Caldas. Pereia Luſitanus *in tractatu de renouatione contractus Emphyteotici, quæſt. 6. a numero 23. & 24.* qui cum Lapo & alijs concludit, quod ſcientia Pattoni aut Collatoris vel Electoris in hoc caſu debet eſſe non præſumpta, ſed vera. Ex quibus omnibus patet, hanc eſſe communem opinionem, quam paucis relatis aliquo modo amplecti videtur Auguſtin. Vetoius *in cap. quoniam de iure patronatus num. 52.* licet iſte arguat ad partes, & quod verius eſt, nullam certo determinat, quod ſæpe ſolet facere,

Aduerte tamen, quod licet omnes ſupradicti hanc † opinionem teneant 2
plures ex eis per tranſennam relatiue, & aliud agendo eam ſequuntur, quibus credendum non eſt, paucis Canoniſtis exceptis, qui eam, licet breuiter, excepto Lambertino, de quo infra, videntur ex profeſſo attingere.

Pro qua etiam in confirmationem facit, quia quando requiritur factum alicuius intra † tempus ſibi à iure vel ab 3
homine præfixum, non currit ignoranti, ſed ſolum à tempore ſcientiæ, vt tempus datum minori ad petendam reſtitutionem, tempus datum ad appellandum, tempus executori ad exequẽdum teſtamentum, tempus Vaſallo, Emphyteotæ, Feudatario datum ad petendam vel inueſtituram, vel renouationem contractus, vel alienandi licentiam, vel Canonis ſolutionem, & tempus etiam alijs ſimilibus datum, vt notarunt late cum infinitis Tiraquell. Caldas. Matienzo & alij *vbi ſupra*, & vltra eos Quinctilian. Mandoſ. *ad regulas Cancellariæ parte. 2. regul. 34. quæſt. 53. a numero 2.* & Aurelius Corbulus *in tractatu ex quibus cauſis Emphyteoſis &c. titulo de cauſa priuationis, ob non ſolutum Canonem limitatione. 20. a numero 2.* Roland. à Valle *conſi. 40. numero 5. libro 3.* Riminald. Iunior *conſi. 71. numero 20. libro. 1. & conſi. 18. nume. 8. & conſi. 52. numero 36. & 38. eodem libro*; Caualc. *in Indice deciſionum litera. T. verbo tempus* Puteus, *deciſione. 453. numero ſecundo, libro primo*, & eis non relatis Ioann. Botta. *conſilio 87. a numero decimo ſeptimo.*

Ex qua opinione communi infertur, primo, quod tempus † hoc non 4
currit abſenti, nec legitime impedito: quia ſi currit à tempore ſcientiæ & ignorantiæ excuſat, multo magis excuſabit legitimum impedimentũ, maxime; quia abſens ignorare præſumitur, ſi enim non ignorat, tunc illi currit: cõfirma-

firmatur, quia, vt ſupra dicti fatentur, tempus hoc currit in odium, & propter culpam negligentium: at vero abſentes ignorantes & impediti, carent culpa, nec poſſunt dici negligentes, & ſic non poſſunt nec debent puniri; vt colliges ex his; quæ de abſente & infirmo notarunt Maſcard. & alij ab eo relati, *in tract. de probatio. 2. parte. concluſio. 879. à numero 29. & concluſio. 880. numero, 2. & concluſio. 1205. numero 3.* & ex his, quæ de abſente notat Matienzo, *in l. 8. gloſſ. 12. a numero, 1. titu 11. lib. 5. Recompila.* & de impedito, Caſſadotus, *deciſio. 8. de præbendis, num. 2.* & abſentia in dubio præſumitur, Alexand. *conſ. 89. numero, 13. lib.* 1. & Mandoſius de abſente, infirmo, & impedito, *in d. regula. 24. quæſt. 79. numero, 7. & 8.* aduerte tamen, quod iſti non loquuntur de Patronis, ſed de alijs.

Secundo infertur, quod in dubio præ-
5 ſumitur † ignorantia, niſi ſcientia probetur, ex regula præſumitur, *de regul. iur. in 6.* & qui ſcientiam Collatoris, Patroni aut Electoris allegat, eam probare tenetur Rol. a Vall. *conſ. 68. num. 10. lib. 3.* Port. Imol. *conſ.* 148. *num. 51. lib. 3. & conſi 20. n. 2.* Menoch. *conſi. 91. n. 51. lib.* 1. Burſat. *conſi.* 14. *numero, 8. lib.* 1. Caualcan. *deciſio ne 2. num. 5. par. 1. & deciſion. 12. num 49. & deciſio. 21. num. 70 & deciſ. 45. num 71. par. 1.* Maſcard. latiſſime, qui licet non alleget ſuptadictos, alios infinitos allegat, *dicto tract. par. 1. concluſio. 879. a num. 1. cum ſequentibus.*

Certe in Collatoribus Ordinarijs vel
6 † non Ordinariis, & in Electoribus hæc opinio vera eſt, & eam negare non poſſumus, nam eam probat tex. expreſſus, *in fi. in d. c. quia diuerſitatem cum aliis iuribus. a gloſſ. ibi. & in dict. cap. licet, & per Dd. vbi ſupra allegatis*, ſed ſi eam ſic ſimpliciter, prout Dd. intelligunt, intelligamus, periculoſa eſt, & in magnum animarum & Eccleſiarum detrimentum, & in præiudiciũ ſuperiorũ Collatorum, & quæ de facili infinitas lites excitarẽt. & diuturnis vacationib. locũ parerẽt, & diſpẽdiũ Eccleſ. & diuini cultus: ſemper n. Collatores & Electores ignorantiã allegarent, & difficulter de ſcientia conuincerentur, & nunquã deuolutionibus locus eſſet, quod à Religione Chriſtiana valde alienum eſt, vnde ob tot damna euitanda, intelligenda eſt cum declarationibus ſequentibus.

Prima declaratio, quod ſi ordinari-
us † Collator diſtulit conferre benefi- 7
cium, vltra ſex menſes Concilij Lateranenſis, eſt præſumptio contra eum, quod ſciuerit vacationem, & ideo ſtatim eis tranſactis (qui computari debet à tempore vacationis) abſque requiſitione eiuſdem Ordinarij, ſuperior iure deuoluto conferre poteſt, nec ſua prouiſio reuocabitur per viam attentati aut nullitatis: ſed ſi legitime probet ignorantiam, reuocabitur per viam iniuſtitiæ, namque erit intruſus prouiſus, & legitime lucrabitur fructus, ita colligitur ex verbis Abb. licet ipſe non ita declaret, *in cap. 1 num. 8.* vt Eccleſiaſtica beneficia ſine diminutione conferantur, quem inibi Imol. Ancharan. & alij ſequuntur, quod confirmatur, *ex cap. vt noſtrum, §. porro dict. tituli*, vbi præſumptio eſt contra Collatorem, ſi diſtulit vltra ſex menſes conferre.

Secunda declaratio, præſumitur
ſcientia, quando † Collator eſt Or- 8
dinarius, qui habet ſuos Viſitatores & Vicarios generales & particulares, & qui omni anno tenetur viſitare, facere Synodum, & inquirere de ſtatu Eccleſiarum, beneficiorum, & beneficiatorum (cui credendum eſt) quod ſi diligens eſt in adminiſtratione ſui officij, & in ſua Eccleſia reſideat, ſtatim fuit data notitia vacationis, ſi beneficia ipſa de iure & de facto vacauerint, videlicet, quia beneficiatus mortuus eſt vel renunciauit, & poſſeſſionem dimiſit, non ſi ſecrete reſignauit, & adhuc ſit in poſſeſſione, vt colliges ex Innocen. *in capit. fin. de eo, qui mittitur in poſſeſſionem, cauſa rei ſeruandæ*, quem ad hoc propoſitum allegat Maſcard. *in dicto. tract. part. 2. concluſio. 879. numero, 10.*

Confirmatur: quia præſumitur
ſcientia † cõtra eũ, qui ex officio tene- 9
batur inquirere & ſcire, vt in proprijs terminis

terminis tenet *gloſſ. verbo, ignorantiam, in dict. cap. innotuit,* quam ibi Doctores ſequuntur, & idem Maſcard.cum infinitis, *vbi ſupra, a num.7.* & vltra eum, & per eum allegatos, idem vult Menoch. *conſi. 82. a num. 176. lib.1.* Cephal. *conſi.390. num. 75. lib.3. & conſi.374. num.18. & 4. & conſi.315. num.16. eodem lib.3.* Et in hoc caſu
10 † ignorantia non probatur iuramento, vt eleganter concludit Burſat. *conſ.119. num.2 lib.1.*

11 Poterit tamen Epiſcopus probare † ignorantiam, dummodo legitime probet, nam id ſibi à iure non interdicitur, licet Maſcardus. *vbi ſupra*, affirmauerit, quod non debebat admitti, allegando ignorantiam, hoc enim nullo iure probatur.

Non tamen ſufficit pro probatione
12 † iuramentum, vt Burſat. *vbi ſupra*, dixit, & Abb. *in c. quoſdam, in ſi. de præſumptio. & in d.c. innotuit, de electione,* & idem Maſcard. *in dict.2. parte, concluſio. 881. num. 2. 17. & 18.*

13 Probabitur tunc ignorantia † indicijs & coniecturis, quemadmodum probatur ſcientia, vt per Menoch. *conſi.37. num.30. lib.1.* Cephal. *conſi. 314. num.15. lib.3* Burſat. *conſ.104. num.7. lib 1.* Riminal. Iun: *conſi. 1. a numero. 10. libro. 1.* Alexand. *conſil. 177. numero 8. lib. 2. deciſione Peruſ. 103. numero 2.* quæ alios auctores allegat.

14 Nec excuſabitur Epiſcopus † ob abſentiam: etiamſi iuſta ſit, nam tenetur ſuo generali Vicario, eo ſe abſentante, commiſſionem beneficia conferendi dare, *argu. eius, quod notat gloſſ. fin. verſic. notaper tex. ibi*, per ſe, vel per alium, *in dicta Clement. 1. de conceſſione prabend.* & eorum quæ notauit Rota Antiqua prima, *de iure patrona.* vbi quod imputatur ei, qui lõgam abſentiam facere volebat, ſi non dimiſit Procuratorem generalem, & alia allegat.

15 Aduerte etiam ad id, quod dictum eſt, quod non probatur iuramento † ignorãtia Epiſcopi, quia præſumptio eſt contra eum, niſi eam probet legitime, quod id etiam tenet Rota Noua, *de iure patrona. deciſio.6.* licet probari iuramento tenuerit Rota Antiqua, *de probationibus deciſione 10.* allegat Hoſtienſ. *in cap. paſtoralis de exceptio.* ſed eſt intelligenda, quãdo Epiſcopus allegat cauſas aliquas probabiles, ex quibus præſumitur ignorantia vel veriſimilitudo aut aliæ coniecturæ in eius fauorem exiſtant, alias falſa eſt eius deciſio, & contra vulgares doctorum deciſiones: & ſic intelligitur *dicta deciſio ſexta innouis,* & hæc omnia videtur confirmare *deciſio, 7. de prabend. in Antiquioribus.*

Tertia declaratio eſt, idem quod in Epiſcopo † erit, erit in prælato haben- 16 te iuriſdictionem Epiſcopalem aut tẽpotalem, in loco beneficij vacantis, aut ſidemus in patronis hanc opinionem vetam (quod ſtatim negabimus) idem etiam erit in Ducibus, Marchionibus, & alijs Baronibus, & Dominis temporalibus, qui habent iuriſdictionem in locis beneficiorum: nam cum iſti ſoleant habere ſuos Miniſtros & Officiales, qui de omnibus eos certiores faciunt, erit præſumptio contra eos & ſic curritcis 81 tempus, dummodo legitime ignorantiam non probauerint: intelligendum tamen eſt, id tunc verum eſſe, quando beneficium vacat de iure & de facto, & eſt vacatio nota in loco beneficij, *ex tex. in dict. cap. eum qui, in Clement. vnica de conceſſio. prabend* alias non, quod vltra ſupra dicta confirmatur, quia non præſumitur ignorantia, imo ſcientia eorum, de quibus quis de facili certior fieri poteſt: vt per Roland. à Valle, *conſil.72. numero 20. libro.3.* & facit *lex. Regula, §. ſed et ſi facti, ibi diligenter inquirendo, ff. de iur. & facti ignoran.* & alia iura allegat Roland. *vbi ſupra,* & Crauett. *conſi.225. numero 4. lib.2.* Cephal. *conſi.361. numero.34. lib.3.*

Quarta declaratio, in alijs † parti- 17 cularibus, qui Miniſtros non habent, neque ex officio viſitare tenetur, neque inquirere de aliorum ſtatu, tunc præſumetur ſcientia vacationis, & curret eis tempus, & ſi vellent contrarium probare, durioribus afficietur probationibus, quando vacatio eſt publica & notoria, non ſolum in loco beneficij, ſed etiam in locis vicinis & circumſtantibus

tibus: & de ea inſurgit clamoroſa fama, & illi nō ſunt multum remoti, ita quod de facili potuit peruenire ad ſuam notitiam: ex his non omnibus præſumetur, imo probabitur ſcientia, ex his, quæ notat Abb. *in cap. quia diuerſitatem, not. vltim. de conceſſione præbendæ*; qui etiam conſiderat qualitatem beneficij; & in terminis ſcientiæ & notitiæ: Maſcardus *in d. 2. par. dict. concluſione, 879. à nu. 11. 22 & 16.* Roland. *conſi 9. num. 44. lib. 3.* Crauetta, *conſi. 57. num. 10. lib. 1.* Pottius, *conſi. 148. num 7.* Cephal. *conſ 314. num. 28. lib* 3. Riminal. Iunior, *conſi. 102. num. 19. lib. 1.* & idem Roland. *conſi. 3. num 10. lib. 1* & Menoch. *conſi. 73. num. 26. & conſi. 15. num. 20 lib. 1. & in tract. de recuperan. poſſeſſ. remed 15. a num. 27. cum ſequentibus*, Riminald. Iunior, *conſ. 74. n. 73. li. 1.* & p̄ſumitur notitia, quādo factū eſt tale, quod ſolet in notitiam deuenire, ex Roland. *conſil. 19. num. 42. lib. 1.* Crauetta, *conſi. 123. num 3.*

18 Nec præſumetur ſcientia † ex eo ſolo, quod in loco beneficij ſit nota vacatio: vt videtur inſinuare tex. *in Clement. eum qui, in fin. de cōceſſione præbend.* id enim eſt ſpeciale, & ſtatutum fuit in odium habētium ſpectatiuas, quæ nimis odioſæ ſunt, & in fauorem Ordinariorum & Eccleſiarū: & ita fatentur Imol. & Cardinal. ibi. Abb. etiam, *in dict. Clement.* & idem fatetur Rota, *in dict. deciſion. 7. de præbend. in Antiquioribus*, imo tunc ſpectans nō admittitur ad probandum ignorantiam, & ſic practicari affirmat Imol. *ibidem.*

19 Non etiā admitto, quod † Lambertin. *dict. quæſt. 1.* adnotauit, ſcilicet, in Patronis præſumi etiam ſciētiam, quia inquirere tenentur de rebus Eccleſiæ patronatæ, id enim nullo iure probatur, niſi in neceſſitatis caſu, neq; ipſe poteſt viſitare vel inquirere de ſtatu beneficiatorum, neque ad id tenetur: vnde non eſt, cur contra eum ex hoc ſolo præſumamus ſcientiam, præſumetur tamē ex ſupra late adductis.

Nemo etiam putet, ex hac quarta declaratione contradicere nos his, q̄ dicta ſunt in prima, nā quę dicta ſunt in prima p̄cedunt in Collatoribus Ordinarijs, & procedunt ad affectum prouiſionis per viam deuolutionis: ſed differunt prima & quarta declaratio in modo probandi ignorantiam, nam in prima facilis eſt, ſaltem per iuramentum cum aliis, etſi leuiſsimis adminiculis, in quarta vero Collator, aut ab eo prouiſus grauabitur duriori probatione, & forſitan nunquā obtinebit: ex quibus remanet fundata & declarata prima opinio ſupradicta.

Contrariam tamen † opinionem ex 20 profeſſo, imo quod dictū tempus currat a die vacationis, etiam ignorantibus, diſputat, & tenet Rota Antiqua, *de iure patronatus, deciſione prima*, quæ hanc dicit communem Antiquorum opinionem, defendit admodū late & ſequitur Cæſar Lambertin. *in tract. iuris patronatus, par. 2 lib. 2 quæſt. 1. artic. 8. per totum.* & eam videtur ſequi Rebuff. licet poſt variauerit, *in dict. tract. de deuolutio. num. 15.* eam ſequitur doctiſſim⁹ & maximus in Romana Curia practicus Quinctilianus Mādoſius, *in dict. 2. par. Regularum Cancellariæ, Regul. 14. quæſt. 53. num. 14.*

Et licet iſti allegent pro ſe † Abba- 21 tem, *in cap. eam te, de iure patronatus*, certe non bene eius ſenſum perceperunt, nā ipſe ſolum dicit, quod tempus datum Patronis currit à die vacationis, & non à tempore litis, non tamen negauit currere à tempore ſcientiæ vacationis: qui, *in d. cap. cum propter*, dixit, ſemper tenuiſſe dictam primam opinionem, vnde nō fuit ſuæ intentionis ibi id cōtradicere.

Sed quidquid ſit, pro hac † ſecunda 22 opinione ſunt tam validiſſima fundamenta, vt valde mirandum ſit, quare doctores, qui hanc quæſtionem ex profeſſo tractarunt, ab hac ſecunda opinione receſſerunt, nam de alijs, qui per trāſennam, & aliud agendo, primam opinionem ſecuti ſunt, curandum non eſt, forſitan enim, ſi ex profeſſo diſputaſſent, & ad fundamēta attendiſſent, aliud dixiſſent.

Et pro eā primo facit tex. † *in d. c. eam* 23 *te, ibi*, poſtquam vacauerint, *de iure patronatus*, vbi eſt tex. expreſſus, quod dictum tempus quadrimeſtre currit à die vacationis; ergo currit etiam ignorantibus:

rantibus: nam quando conſtitutio exprimit, vt tempus computetur à die vacationis, tunc currit etiam extra notitiam, *argum. text.* & quæ ibi notant gloſſ. & Dd. *in c. ſtatutum, de præbend. in 6.* & ſic in ſimilibus verbis, & in ſimili caſu ponderat Rebuff. dicta verba, & ſic concludit, ad concordatas Franciæ; *tit. de Regia ad Prælaturas nominatione facienda, verbo, à die vacationis fol. 151. in paruis*, qui plures refert caſus, in quibus tempus currit ignoranti: ex eo, quia præciſe ex legum diſpoſitione computatur ab aliquo actu, & ex eius dictis.

24 Collige elegantem † doctrinam ad propoſitum, quod aliquando tempus ponitur à lege ſimpliciter nõ declarando, à quo tempore currat, & tunc currit à die notitiæ, & ſic intelligit dictum caput, quia diuerſitatem & iura concordantia: aliquando vero lex declarat, à quo tempore currat, vt in præſenti caſu, & tunc currit præciſe ab illo tempore, non conſiderando ſcientiam vel ignorantiam.

25 Hæc ratio † Rebuffi in ſe vera eſt, & docte penſata, ſed ad illas deciſiones aliam fuiſſe rationem exiſtimo, ſcilicet, quod ex deciſione Concilii Lateranenſis non clare conſtabat, quando dictum tempus, de quo in illis deciſionibus Ordinariis, aſſignatum curreret, & ideo infinitæ lites oriebantur, ob quas ſedandas ſummus Pontifex, *in d. cap. quia diuerſitatem*, declarauit, tempus illud currere à die notitiæ.

26 Ex qua ratione infertur, quod cum ſummus † Pontifex, neque *in d. cap. eam te*, nec in alia iuris parte, id declarauerit in Patronis, ſed *in d. cap. eam te*, conſtituerit currere à die vacationis, quod currit non conſiderata notitia, nam ſi iura aliud vellent, id determinarent; prout in Collatoribus Ordinariis id declararunt & determinarunt, cum in dicto Concilio ambo caſus fuiſſent parificati.

Ex qua etiam declaratione confun-
27 ditur † reſponſio Veroi, *in dicto cap. quoniam, nu. 51.* qui exiſtimat *dictum cap. eam te*, debere intelligi ſecundum declarationem, *text. in d. cap. quia diuerſitatem*, quia tempus datum Patronis, eſt tempus datum Collatoribus, ſecundum ſtatuta Lateranenſis Cõcilii. Vnde quemadmodum in Collatoribus non currit à tempore vacationis, ita in Patronis, & corroboratur: quia quando duo caſus ſunt parificati in l. Antiqua, diſpoſitum in vno, cenſetur in alio diſpoſitum, etiam in exorbitantibus & correctoriis: ex allegatis à Iaſon. *in Authentica, quas actiones, num. 10. C. de ſacroſ. Eccleſ. & ab eod. in leg. fin. num. 2. C. de indicta viduitate tollend.* & hæc eſt fortis confirmatio ab ipſo non conſiderata.

Sed licet Auguſtinus † Veroius apud 28
me ſit doctiſſimus, & vnus ex ſubtilis ingenii Canoniſtis, quia fuit magnus Legiſta, tamen eius reſponſio & obiectio eſt contra eum, qui fecit eam: quia, vt ſupra dictum eſt, ex eo, quod Concilium Lateranenſe vna & eadem conſtitutione præfixit tempus Patronis & Collatoribus, & poſtea Pontifices declararunt illam in Collatoribus, & non in Patronis; datur intelligi, quod diuerſum ius ſtatuerunt in vno, quam in alio caſu: imo ex eo, quod *in d. cap. quia diuerſitatem*, declararunt tempus ſemeſtre currere à die notitiæ: *in d. cap. eam te*, à die vacationis colligitur, quod non ſolum non voluerunt parificare dictos caſus, ſed in omnib. eos diuerſificare, nam ſi ſemper voluiſſent eos parificare, id aperte dixiſſent, quod in Patronis erit magis neceſſarium, quippe quia in illis iam ſtatutum erat, tempus currere à die vacationis, tum etiam, vt ſtatim dicemus in Patronis, qui ius patronatus ex gratia habent, contra iura cõmunia, tempus debet eſſe magis præciſum & rigoroſum, *arg. tex. in dict. cap. ſtatutum, & in d. Clemen. eum qui, de conceſſione præbendæ.* Vnde magis neceſſaria erat declaratio in tempore dato Patronis, quam in tempore dato Collatoribus, cum ea non facta, quilibet in dubio diceret, eis debere currere tempus, etiam ignorantibus, à die vacationis: igitur ſi in caſu tam neceſſario Pontifices id non declararunt, ſignum eſt,

quod noluerint in dictis Patronis aliquid innouare, & quod debet cis currere tempus à die vacationis, *vt in d. cap. eam te.*

29 Non obſtat ſupradicta † corroboratio, nam non procedit, quando eſt diuerſa ratio in vno caſu, quam in alio: vt bene aduertit Iaſ. *in l. fin. num. 18.* at vero in Patronis eſt diuerſa ratio à Collatoribus, nam Collatoribus eſt præfixum dictum tempus ad conuincendã ſuam negligentiam, vnde non mirum, ſi non currat ignorantibus, vt bene aduertit Rebuff. *in dicto verbo, à die vacationis,* ipſique etiam habent ius collationis de iuſtitia, & mero iuris rigore. Vnde non mirum, ſi eis abſque culpa auferri non poſſit: Patroni vero laici habent ius patronatus ex gratia, quæ gratia ob fauorem Eccleſiarum, ad tollendas diuturnas vacationes, potuit cõtra eos reſtringi & moderari: quæ moderatio etiamſi ſit, ſine eorum culpa eſt, tamen cum cauſa ſcilicet ob bonum Eccleſiæ, vt bene aduertit Auguſti. Veroi. *vbi ſupra.*

30 Tum etiam tempus † illud ita breue poſitum eſt in fauorem ipſarum Eccleſiarum, at vero quando in fauorem Eccleſiæ tempus apponitur aut abbreuiatur, currit ignoranti, ex Abb. *in d. c. quia diuerſitatem, not. 3.* & colligitur expreſſe ex text. & gloſſ. & auctoribus, *ibi, in d. cap. ſtatutum,* & ex Rebuff. *vbi ſupra,* ex quibus omnibus patet, quam expreſſus text. ſit, *in d. c. eam te,* in fauorem huius ſecundæ opinionis.

31 Secundo in eius fauorem facit fortiſſimus tex. *in d. cap. cum propter,* vbi tempus dictum Patronis ad præſentandum corruit, abſq; eorum culpa, etiamſi per litis pendentiam, ſuper iure præſentandi, ſint impediti præſentare.

32 Et aduertendum eſt, quod ibi lis † erat ſuper quaſi poſſeſſione præſentandi inter ipſos Patronos: vt bene aduertit Veroius, *in d. c. quoniã nu. 48. & 49.* Et aduertunt ſcribentes, *in d. cap. cum propter,* nam ſi lis eſſet ſuper proprietate iuris patronatus, non impediretur præſentare is, qui eſſet in d. quaſi poſſeſſione, & ſic ob eius culpam laberetur quadrimeſtre.

Ex quo tex. † aduertes, quanta differentia ſit inter tempus præfixum Patronis ad præſentandum, & inter tempus præfixum Collatoribus & Electoribus ad conferendum & eligendum; nam in primo currit tempus Patronis impeditis, ob dictam litis pendentiam, *ex d. cap. cum propter:* & ex notatis ab Abbate & alijs, *in d. cap. eam te,* & ex notatis per Abbatem, *in c. ex literis & c. conſultationibus, de iure patro.* & per Robertum Lancellottum, *in tract. de attentatis 2. parte. c. 4. in præfatione à num. 552.* 33

In ſecundo vero caſu non currit tempus taliter impeditis, ex tex. *in dict. cap. ne pro defectu,* & ibi Abb. & omnes, & notat Auguſtinus Veroi. *in d. cap. quoniam, num. 42,* idem Lambertinus *vbi ſup. art. 2. ex ratione gratiæ & iuſtitiæ de qua ſupra.* Vnde male arguunt Doctores de vno caſu ad alium. 34

Igitur ſi dictum tempus † currit legitime impedito, propter litis pendentiam, continuum eſt, & curret etiam ignoranti, vt arguunt Abb. & omnes, *in d. cap. cum propter,* Lambertin. *vbi ſupra,* & faciunt, quæ de tempore vtili & continuo notat Bart. *in ſpeciali tracta.* quem de hac materia compoſuit, & ex Lambertino in terminis *in d. tractatu 15. artic. primæ quæſtionis, part. 2. lib. 2.* 35

Neque obſtat reſponſio † Abbatis, *in d. c. cum propter,* ſcilicet, q; in caſu illius text. dubitabatur, quis eſſet Patronus, & Epiſcopus ignorabat; ideo prohibetur præſentatio. Hæc reſponſio Abb. ſic intellecta friuola eſt, & non concludit, neque ſatis facit argumento: vnde vt veritas eluceſcat, eam corroboro, ſcilicet, q; in dicto caſu dubitabatur, an Eccleſia eſſet patronata, & ſemper fuerat in poſſeſſione libera, vnde nimirum ſi lite pendente nullus Patronorum poſſet præſentare, quia hoc non erat ex impedimento litis, ſed ex defectu poſſeſſionis Patronorum: & quia Eccleſia lite pẽdente debebat in ſua libertate cõſeruari, certe hæc corroboratio, ſi ex illo text. clare colligeretur, magnum nobis 36

bis negotium faceret: ſed cum ex illo tex. non colligit & diuinat, tum etiam contrarium apparet in illo text. in quo lis erat inter ipſos Patronos, ſolũ ſuper præſentationẽ ad Eccleſiam vacantem faciendã, & conſtabat clare Eccleſiam eſſe patronatam, quia ipſa Eccleſia non litigabat, tum etiamſi Eccleſia eſſet in poſſeſſione libertatis, nullã dubitationem adduceret deciſio illa, nam etiam abſque lire præſentatio erat impedita, vnde reiicienda eſt.

37 Et ad Abbatis † reſponſionẽ dicendum, quod impoſſibile erat, ſuppoſito, quod Eccleſia eſſet patronata, quod aliquis non eſſet in poſſeſſione præſentandi, vnde aut litigabatur ſuper proprietate, & poterat poſſeſſor præſentare, & tunc quadrimeſtre laberetur ob eius culpam, & non ob impedimentũ litis, cuius contrariũ deciſio illa inſinuat: aut litigabatur ſuper poſſeſſionẽ, prout ex illo tex. apparet, & omnes fatentur, & tunc ineuitabiliter facit pro hac ſecunda opinione.

38 Ex his igitur remanet † fundata hæc ſecunda opinio, quæ in puncto iuris verior eſt, & magis fauorabilis Eccleſiis & bono publico, quã aliis, & ideo ſequenda & in iudicando & conſulendo, & Lãbet. *vbi ſupra*, dicit, ſic ſeruari *in practica, nu. 18. dicta prima quæſtionis, artic. 8.* Et pro ea, cum eſſem Iudicis recuſati aſſeſſor, iam iudicauit: poſtea reuocata eſt ſententia à primo Iudice appellationis, & cauſa deuoluta ad Rotam, vbi nõ audiui quid fuerit iudicatum. Verum tamen eſt, quod in proceſſu mihi exhibito, & ſi ignorantia fuerit allegata, non tamen fuit articulara, neq; probata, neq; aliqua vrgens vel colorata aut leuis cauſa, ex qua præſumeretur ignorantia. Idem tamen facerem, etſi ignorãtia fuiſſet probata, dum tamen cõſtaſſet, beneficium fuiſſe vacuum, de iure & de facto, & vacatio nota in loco beneficii.

39 Imo etiam ſtante proprio motu Felicis recordationis Pii Quinti ſummi Pontificis, de collationibus Eccleſiarũ parrochialium, quod eſt in libro nouiter collecto *fol. 549. & 550.* crederem ſemeſtre tempus Collatoribus datum, ad parrochialia beneficia conferenda, currere à die vacationis, etiã ignorantibus; nam id aperte demonſtrãt verba geminata illius ſanctionis, *ibi, à die vacationis, & ibi, à die illius vacationis*, quę geminatio arguitur enixam voluntatem Pontificis volentis, quod tempus inceſſanter curratà die vacationis, vt in terminis ſimilis geminationis declarauit Rebuff. *in dictis concordatis, tit. de Regia Collation. ad Prælaturas, verbo, à die vacationis*, de quo longa facta eſt ſupra mentio.

Et confirmatur ex ratione tradita ab ipſo Pio Quinto, ibi, ne Parrochiales Eccleſiæ diu in ſuſpenſo maneant, in animarum periculum, ex qua cõſtat ſanctionem illam conditam fuiſſe in fauorem animarum & Eccleſiarum: at vt ſupradictum eſt, quando tempus ponitur & limitatur in fauorem Eccleſiæ, currit ignoranti, vt cum Abbate & aliis, ſupra dictum eſt. 40

Confirmatur: quia lex vel ſtatutum extenditur ex identitate rationis, vt cõſtat ex Iaſ. & aliis, *in d. authen. quas actiones, & in d. l. fin.* & ex Romano, *in d. l. ſi vero, § decreto, ff. ſolut. matrim.* & late per Felyn. & alios, *in c. 2. & 3. de conſt.* Sed eadem ratio diuturnæ vacationis, & damni Eccleſiarum militaret, modo Collator ſciret modo non. 41

Amplius confirmatur: quia † Pius Quintus voluit ibi denuo prouidere indemnati Eccleſiarum, & nouam ſanctionem facere, & ideo dixit, *à die vacationis*, at vero nec eſſet noua ſanctio, nec de aliquo ſeruiret, ſi deberet tẽpus currere à die notitiæ, & ſic iam olim vidi litigatum & iudicatum, licet nunc cogitandum relinquo. 42

Et hanc opinionem † tenendo, non obſtant contraria: nam reſpondetur, quod iura in contrariũ adducta, loquũtur in Collatoribus & Electoribus, in quibus eſt differens ratio, vt ſatis abunde dictum eſt. 43

Auctores vero † plures ex eis loquuntur per tranſennam, alii vero, vt Lapus & deciſiones Rotæ, & Paulus Æmilius Verallus loquũtur in beneficiis vacan- 44

 tibus

tibus de iure ſolum, ob ſectetam reſignationem, de aliis vero non eſt cutandum, quia contra iura expreſſa, & in maximum Eccleſiarum damnum reſponderunt.

45 Ad confirmationem † etiam dupliciter reſpondetur, primo, quod procedit, quãdo tempus ſimpliciter fuit aſſignatum, tunc enim curret à die ſcientiæ, ſi vero aſſignatũ eſt hoc modo, quod currat à tali tempore, eſt cõtinuum, & curret ignorantibus, & ita dicit Rebuffus, *vbi ſupra* & hoc etiam colligitur ex allegatis à Signor. *conſil. 81.* & à Mandoſ. *d. Reg. 34 quæſt. 65. num. 3. & 10.*

Secundo reſpondetur, quod in caſi-
46 bus † notatis à Doctoribus allegatis in dicta confirmatione, tempus currit in odium negligentis, & nõ in alicuius fauoré, nimirum, ſi non currat ignorantibus, at vero in caſu præſenti currit in fauorem Eccleſiarum, & ideo currit ignorantibus, vt dictum eſt.

47 Limitandæ tamen eſt hæc † reſolutio dupliciter: primo, quod tũc habeat locum, quando beneficium vacaret de iure & de facto, & non de iure ſolum, puta ob ſecretam reſignationem, & ita procedunt, quæ Lapus, & Paulus Æmil. & Lambertin. *vbi ſupra*, notarunt: pro qua limitatione faciunt verba, *cum vacauerit*, & verba, *à die vacationis*, nam debent intelligi de vera & perfecta vacatione, ad excludendum Patronum, ex Lambertino, *vbi ſupra*, & verba debent intelligi naturaliter & proprie, *ex l. fin.* vbi Dd. *C. de his, qui veniam ætatis impetrauerunt*, & debent intelligi in potiori ſignificato, *ex l. 1. in fin. ff. ſi ager vectigalis vel Emphyteoticarius petatur*, & quia quãdo verba patiuntur duplicem intellectum, debent intelligi in eo caſu, ex quo euitetur damnum, *ex l. marito, ff. pro ſocio.*

48 Vnde licet Pattoni † poſt vacationem de iure ſolum poſſint præſentare, ſi eſt ſibi nota vacatio, *argumen. text. in cap. licet Epiſcopus de præbend. in 6.* notat Lambert. *in d. tract. 1. part. 2. lib. art. 9. ſexta quæſtionis principalis*: tamen ſi hæc vacatio de iure ſit abſcondita aut intricata, poterunt expectare tempus vacationis de facto, quia hæc vacatio eſt, & in ea poſſunt verificari dicta verba, quod ſingulare eſt, & à nullo tactum, & colligitur ex Lapo, *in d. allegatione 78.* & eleganter declarat Lambertin, *in d. 1. quæſt. 20. art. libr. 2. part. 2.* vbi dicit, quod quando eſt, quid oppoſitum contra vacationem ſcilicet non vacationem, non currit Patronis tempus, quia non tenentur diuinare.

Secundo limitatur; quando † vaca- 49
tio eſſet ſua pte natura ſecreta, ita quod impoſſibile, vel quaſi impoſſibile eſſet deuenire in notitiam Patronorum, vt puta, quia poſſeſſor beneficii mortuus eſt in mari, vel in bello inter infinitos, aut in valde longinquis partibus, vt puta vltra mare, tunc enim, licet ex mero iuris rigore tempus currat Patronis ignorantibus, tamẽ reſtituuntur ex clauſula generali, ratione tam iuſtæ ignorãtiæ, ex notatis in aliis caſibus, per gloſſ. Bar. Iaſ. Socyn. & alios, *in l. cum filios familias, §. in hac, ff. de verborum obligatio. & in l. Æmilius ff. de minor.* & per Franciſcum Balb. *in tract. præſcrip. part. 4. quæſt. 29. per totum* quod ſi verum eſt, (quod mihi videtur) notandum eſt: ex quibus remanet expedita hæc quæſtio.

Additio ad quæſtionem.

Poſt hanc quæſtionem † finitam me- 50
mini, quod in diſcurſu huius quæſtionis dixi, quod ad præſumendam ſcientiam vacationis erat neceſſarium, quod eſſet nota in loco beneficii, *per d. Clement. 1. de conceſſione præbend.* poſtea & hoc non ſufficere, ſolum probaui, & eſſe ſpeciale, *in d. tex.* dico non me contradixiſſe, intelligo enim quod vacatio debet eſſe nota in loco beneficii, ad præbendarum ſcientiam, alias erit ſecreta, non tamen hoc ſolum ſufficere ad probandam ſcientiam, ſi Ordinarius cauſas ignorantię probauerit, & in Ordinariis non ſolum pręſumitur ſcientia, *ex d. notitia*, ſed quia tenetur ex officio inquirere, vt ſupra dictum eſt.

Item in quarta † declaratione dixi, in 51
particularibus præſumi ſcientiam, ex

con-

coniecturis dictis in dicta declaratione, non dixi, an ſine illis præſumatur, ad hoc dico, quod non ſtantibus illis coniecturis, ſi vacatio ſit nota in loco beneficii, præſumitur contra eos, ex dictis in prima declaratione, ſed hæc præſumptio eſt leuis, & cum iuramenro ignorantiæ, aut ſaltem aliis adminiculis tolleretur in eis, non in aliis.

52 Vlterius in fine † corporis quæſtionis, dixi tempus currere Patronis ignorantibus, & quod ita iudicarem, habita notitia in loco beneficii vacationis, dico: quod hoc intelligitur, etiamſi non eſſet habita, dummodo vacatio non eſſet ſecreta, ita quod intra quadrimeſtre potuit venire in notitiam Patronorum.

53 Aduerte etiam, quod in dicta quæſtione non eſt dictum, an ad præſumendam ſcientiam ſit neceſſaria appoſitio edicti ex parte Ordinariorum, dico: quod in iure non reperitur ſtatutum, ad quod ſit neceſſaria hæc appoſitio, ad præſumendam talem ſcientiam, neque appoſitio edicti eſt neceſſaria in beneficiis ſimplicibus collatiuis, & nō de iure patronatus, vt determinat gloſ. *in cap. fin. verſ. obſeruari, de electione in 6.* quam inibi ſequuntur, Archidiac. Ioan. And. Domini. Fran. & alii. Sequitur etiam, & dicit communem Cæſar Lamber. *in d. tract. 2. part. lib. 2. quæſt. 6. principali, arti. 3. num. 3.* quam (exceptis beneficiis curatis, & patrimonialibus,) ſemper de conſuetudine videmus ſeruari, quæ conſuetudo valet, etiamſi de iure requireretur appoſitio edicti: vt declarauit Rota coram Puteo, *deciſio. 306. libr. 1.*

55 In beneficiis † vero iuris patronatus requiritur appoſitio edicti, alias prouiſio & inſtitutio erit nulla, vt cum pluribus determinat dictus Cæſar Lambertinus, *vbi ſupr. quæſt. 6. art. 2. à nu. 1.* licet contrarium voluerint plures per eum allegati, & contrarium voluit Ægidius Bellamera, quē Lambertin. non allegat, *deciſione. 619.* ſed opinio Lambertini ſeruatur in Rota, vt per Puteum, *vbi ſupra*, niſi conſuetudo ſit in contrarium, vt per eundem Puteum, *vbi ſupra*, Lamb. *dict. quæſt. 6. art. 14.*

Hoc tamen † intellige; quando Patronus ipſe præſentat: quando vero lapſum fuit tempus præſentandi, vt in precedēti quæſtione, & Epiſcopus iure deuoluto cōfert beneficium, tunc quia iure Ordinario cōfert, & vt vna perſona & dignitas, & non plures repræſentando, & quia vnico actu collationis prouidet Eccleſiæ, nec requiritur, quod ipſe præſentet ſibi ipſi loco Patroni priuati, & poſt cum diſcurſu temporis inſtituat, ſua inſtitutio vel collatio habet vim meræ & ſimplicis collationis, & non requiritur appoſitio edicti, vt per Lamberti. qui ſic declarat, *d. quæſt. 6. art. 5.* & melius per eundem, *in d. tract. part. 3. libr. 2. quæſtion. 2. principali, artic. 19. numer. 15.* 56

Intellige etiam, quod † quando Epiſcopus prouidet ſimplici beneficio, nullo præſentante, non tenetur edictum apponere, & ſic non caſſabitur eius prouiſio, per viam nullitatis, vt per Lamberti. *in d. tract. par. 3. lib. 2. 2. quæſt. principali, art. 2. num. 27. & 28.* quia non tenetur Patronum vocare, ex quo inferes, quod prouiſus habebit titulum colloratum, & lucrabitur fructus, Patrono tamen infra vel intra quadrimeſtre comparente, reuocabitur prouiſio per viam iniuſtitiæ. 57

Tunc non collatio † Ordinarii, ſpreto Patrono, eſt nulla ipſo iure, tunc etiam tenetur ponere edicta, quando cōparet aliquis intra quadrimeſtre, cum præſentatione vel alicuius ex Patronis, quando ſunt plures, vel Patroni vnici, ſi non habeat alium Eccleſia. 58

Et appoſitio † edicti operabitur effectum, quia ſi Patronus intra terminum edicti non ſe opponat, probata eius ſcientia, & iam intra quadrimeſtre, amittit ius pro illa vice, & ſi ſe opponat, & non contradicat collationi, etiam amittet, ſi vero ignoret, & compareat intra quadrimeſtre, auditur, vt per Lamb. *vbi ſupra, num. 29. & 30.* ſi poſt quadrimeſtre, non auditur, vt per eum *ibi*. Poteſt enim Ordinarius abbreuiare tempus Pa- 59

60 tronis datum † ad præſentandum, per appoſitionem Edicti, contra ſcientem & negligentem, non contra ignorantem & impeditum, vt per eundem. *part. 2. libr. 2. quæſt. 1. principali, artic. 28. per totum*, ex Garzia, tamen reintegra, etiam poſt lapſum quadrimeſtre, poſſet eos admittere, vt per eum, *in dict. quæſt. 27. artic. 1.*

61 Et pręſentatio debet fieri † actualiter ipſi Ordinatio intra quadrimeſtre, vt per eum. *22. art.* neque poteſt Patronus purgare moram, vt per eum, *artic. 26.* Rochum, *d. tract. verbo, honorificum, numer. 92.* & ſi præſentatio fiat per Procuratorem, requiritur mandatum ſpeciale, vt per Lambertin. *vbi ſupra, 21. artic. & in prima parte libr. 2. quæſtion. 4. artic. 4.*

62 Obiter tamen, & † ſi Lambertinus non tangat, notandum eſt, ad ſupradicta, ꝙ non nocebit Patronis, ſi pręſentatus ab eis tacite aut expreſſe conſentiat collationi factæ in aliũ, ſpretis Patronis, nam, licet acta cũ præſentatis ſit quæſtio, an præiudicent Patronis, & aliqui tenent, ꝙ præiudicent eis ſcientibus, in poſſeſſione præſentandi: Couar. vero tenet contrarium, *in ſuis practicis, cap. 14. num. 4. per totum*: tamen in hoc caſu, ob negligentiam præſentati, abſque dubio non nocebunt, vt colliges, ex late traditis, per Ludouicum de Molin. *lib. 4. de primogen. Hiſpan. cap. 8. nu. 7.* Et licet iſti loquantur in ſententia, in actis & geſtis idem eſt; nam cui non nocet ſententia, non nocent acta, vt per eundem Molin. late tradentem, *vbi ſupra, num. 5.*

63 Vltimo pro † complemento notandum eſt: quod ea, quæ dicta ſunt in pręcedenti quæſtione de Patronis laicis, ꝓcedunt etiã in Eccleſiaſticis, ex Lamber. *d. art. 8.* nõ ex eo, ꝙ ipſi habeant ius patronatus ex gratia, & ſint incapaces (quia non ſunt) ſed quia, *dictum caput eam te, & cum propter*, in omnibus loquuntur, quod ex declarationibus præcedentibus verum eſt, ex quibus remanet perfecte abſoluta hæc quæſtio.

QVÆSTIO IV.

DE Executoribus gratiarum Apoſtolicarum, qui eſſe poſſint, & de eorum poteſtate, & de poteſtate ſuper Executorũ in defectum Priorum, quos vulgo vocamus (De la rigurosa,) *& de aliis ſcitu dignis in materia Executorum dictarum gratiarum: Et diuiditur in quatuor partes & §§. 1. agit de his, qui poſſunt eſſe Exequutores. 2. Quando teneantur partes audire & citare. 3. De poteſtate Exequutorum. 4. De Superexequutoribus.*

SVMMARIA.

2 *Executores mixti, debent eſſe conſtituti in dignitate, non meri.*

4 *Subexecutor quis poſſit eſſe? & ibi de clauſula cæterum & ſtylo.*

5 *Auditor Cameræ eſt generalis executor omnium gratiarum.*

6 *Vicarius generalis Epiſcopi, poteſt eſſe executor & quid ſi habeat plures Vicarios, num. 7. & nu. 8. infertur ad quoſdam Vicarios Complutenſem, & Matritenſem, num 9. & 10.*

11 *Vicarii à Capitulo nominati, ſede vacante, poſſunt eſſe executores.*

12 *Vicarii nominati ab inferioribus habentibus iuriſdictionem Epiſcopalem, & declaratur ibi, num. 13. & 14. & 15. & 16.*

17 *Archipræsbyteri an poſſint eſſe executores?*

18 *Guardiani fratrum minorum & Priores, an poſſint eſſe executores?*

19 *Executor cum clauſulis denotantibus monitionem; an teneatur aſſumere partes Iudicis, & citare partes, nu. 19. 20. 21. & 22. quod tenetur, ſi Tertius ſit in poſſeſſione niſi ſit Notorium, quod ſit intruſus: num. 23. 24. & 25. quomodo debeat conſtare de intruſione, & num. 26. de executore cum clauſula, ſi tibi conſtite.*

rit, & ibi nu.27. & 28. & ibi, quid de executore in fauorem reſignatarii, opponendo ſe executioni reſignantis, & late de hoc, n.30.

30.33. Executor cum clauſulis ſonantibus cõditionem (ſi tertius compareat,) & cum clauſula (vocatis vocandis) an teneatur aſſumere partes Iudicis, & quid ſeruetur in Gallia & in Hiſpaniis, n.34. & 35. & n.36. de vſu & ſtylo hodierno nu.38. quid ſi cõſtet de mẽte Pontificis in cõtrariũ, & n.39. & 40. quid de executore cũ clauſula, abſq; vitio ſpolii, et de executore Breuis ad capiendam poſſeſſionem, nomine Cameræ Apoſtolicæ.

41 Executor Breuis nõ poteſt ſpoliare, habentẽ titulũ coloratũ, & quis ſit intruſus, ibi.

43 Executor merus nominatus ab Auditore Cameræ, quando teneatur aſſumere partes Iudicis, & an poſſit recuſari, n.43.

44 Executor cum clauſula amoto quolibet detentore q̃ iuriſdictionem habeat, & n.45. & quando põt procedere, ſpreta appellatione ibi. & quis dicatur intruſus, n.46. & 47. & ſi intruſio eſt excuſabilis, ꝙ debet audiri nu.48. & de prouiſo, de beneficio vacante in menſe reſeruato, ibi. num.49. & an Sede Pontificali vacante ceſſet reſeruatio & alternatiua? num.51.

52 Intruſus debet audiri in duobus caſibus, n.52. & 53. & an executor cognoſcat de ſubreptione Breuis, nu.54. & quid poſſit allegare intruſus? n.55. & num.56.57. & an poſſit dare obiectus? num.58.

59 Executor an habeat iuriſdictionem contra contradicentem de iure?

60 Executor cum clauſula inducentes, quam iuriſdictionem habeat, & de vſu Galliæ, nu.61.62. de iure Hiſpaniæ, & quid de iure communi, n.63. & quid de executorib. cum clauſula cæterum, num.64.

65 Executor nominatus in defectum primi negligentis, quid poſſit. & nu.66. de pluribus executoribus.

67 Executor gratiæ, an poſſit ſubdelegare? & nu.68. de habente conſcientiam oneratã, & n.70.71. & 72. quando dicatur primus negligens vel non, & poſſit ſubdelegare, & quibus debeat committere?

72 Executor ad prouidendum poteſt inhibere Ordinario; & an ſit illi tẽpus præfixum? nu.73. & an eius commiſſio duret mortuo Papa? num.74.

75 Epiſcopus an exequatur gratias directas ſuo prædeceſſori?

QVÆSTIO hæc † non eſt tam ſubtilis, quam aſſidua & neceſſaria, & quotidie in praxi contingens: & quia in pluribus locis eſt ſparſa, decreui colligere vtiliora, & magis ad praxin conducibilia, impertinentibus omiſſis, & eam per concluſiones expedire, *§.1. qui poſſunt eſſe executores.* 1

Prima concluſio, licet † in puncto iuris executores mixti, qui conſtituuntur, qui poſſunt eſſe delegati cum clauſula, vocatis vocãdis. vel cũ aliis clauſulis denotantib. generalẽ indagationẽ & iudicialem, debeant eſſe cõſtituti in dignitate, ſecundum formam tex. *in c. ſtatutũ, de reſcript. in 6.* Exequutores vero meri, qui non aliud ex forma gratiæ debebãt facere, q̃ conferre & mittere in poſſeſſionẽ, etiamſi narratorum aliquã extraiudicialem informationem deberent facere, poterunt eſſe ſimplices Clerici; quemadmodum compulſores, de quib. Mandoſ. *in tractatu commiſſionum, fol. 65. q.7.* Hodie tamen de ſtylo Rotę, ſemper debent eſſe conſtituti in dignitate, ſecundum formam dicti capituli, quia, vt infra dicetur, poſſunt aſſumere partes Iudicis, & aliquando tenentur, vt colligitur *ex deciſ. Rotæ de officio delegati in Antiquis deciſione 1. & de reſcriptis deciſ.31. & 32. & deciſione 30. de reſcript. in Nouis & Antiquis, de conceſſ. præbend. deciſi.55.* Ægidius de Bellamera, *deciſ.9. & deciſ.7. de reſcriptis in Antiquioribus,* late Nauarr. *in cap. cum contingat, cauſa 2. nullitatis per totam.* Aufredius, *deciſ.12. num.4. Capellæ Toloſanæ.* Rebuff. *in repetit. cap. nulla, quæſt.9. de conceſſion. præbend.* idem Rebuff. *in praxi beneficiali in forma Nouæ prouiſionis, quarta parte Bullæ, folio 218.* Staphilæus, *in tractatu de literis gratiæ & iuſtitiæ, in octaua forma mandati de prouidendo, numero, octauo, & idem folio ſeptuageſimo, in paruis.* 2 3

Secunda concluſio. Subexecutor,

4 qui † nominatur ab Auditore Cameræ,
admittendum in poſſeſſionem & exe-
curionem ſui mandati, vel ab Ordina-
rio, qui ex tenore gratiæ, eam exequi-
tur, vel ab alio quocunque principali
executore gratiæ Apoſtolicæ, eſt nudus
Miniſter, & in rotum merus executor,
& per conſequens, poteſt eſſe ſimplex
Clericus, quemadmodum generalis
compulſor. Ita colligitur, *ex deciſionibus
Rotæ, ſupra citatis*, & ex aliis Auctoribus
allegatis, & ex Puteo, *deciſione 192. libr. 3.*
& ita de ſtylo quotidie ſeruatur, vt vide-
re eſt in Proceſſibus, cum clauſula, *cæte-
rũ*, & aliis, quos quotidie mittunt Audi-
tores Cameræ Apoſtolicæ, *Omnibus &
Singulis, &c.*

5 Concluſio tertia. Auditor † Cameræ
eſt generalis executor omnium gratia-
rum beneficialium, quæ expediuntur
in Curia Romana, & in earum executi-
one poteſt præuenire Ordinarios, qui-
bus diriguntur, vt conſtat ex Octauia-
no Veſtrio, *in ſua praxi Romanæ Curiæ, tit.
de Auditore Cameræ.* Melius per Quin-
ctilianum Mandoſium, *in tractat. de Mo-
nitoriis, quæſt. 60. à num. 16.* & hodie quan-
do prouiſi de beneficiis vacantibus exi-
ſtunt in Romana Curia, ſemper ad eum
recurrũt pro executione gratiarum A-
poſtolicarum, quando vero exiſtunt in
partibus, recurrunt ad Ordinarios, qui-
bus diriguntur.

Quarta concluſio. Vicarius genera-
6 lis † Epiſcopi poteſt eſſe executor ha-
rum gratiarum, *ex text. in Clementi. & ſi
principalis de reſcript. in 6.* notat Menoch.
conſil. 51. num. 33. Cenſetur enim propter
præeminentiam Officii habere quaſi
dignitatem, licet proprie non habeat
dignitatem, ex eodem Mandoſio, cum
pluribus per eum allegatis, *in prima parte
regularum Cancellariæ, regul. 24. quæſt. 6. per
totam.* Vicarius vero Foraneus, prout
ſunt Vicarii, quos Epiſcopi ponunt in
aliquibus Villis, Oppidis vel Locis, non
poſſunt executores eſſe, *ex d. Clemen. Etſi
principalis in fine.*

7 Ex quibus infertur, quod † de mero
iuris Rigore, ſi Epiſcopus habeat plures
Vicarios in diuerſis Ciuitatibus, & Lo-
cis principalibus ſui Epiſcopatus, ſolũ
Generalis & Principalis eſſet capax ha-
rum executionum. Ex quo ſe quaeretur,
quod † Vicarii Compluteñſes, Matriden- 8
ſes & alii, quos habet Archiepiſcopus
Toletanus, non eſſent capaces, quia nõ
ſunt generales & principales Vicarii,
ſed ſolum qui Toleto præeſt, ex Cardin.
& Imol. *in d. Clement. Etſi Principalis per il-
lum text.* licet ob præeminentiam Offi-
ciorum, & quia præſunt Locis princi-
palibus, & habent Oppida ſuæ Iuriſdi-
ctioni ſubdita: contrarium ſæpiſſime in
praxi admittitur, & quotidie commiſ-
ſiones eis diriguntur. Idque etiam de
Rigore † iuris procederet, ſi eſſent æque 9
principales, prout ſunt Vicarii, quos ha-
ber Epiſcopus Palentinenſis, Valliſole-
ti, & Palentiæ, ex Cardinal. & Imol. *vbi
ſupra.*

Atque ſine † dubio etiam procedet, 10
quando Epiſcopus habet duos Vicari-
os generales, prout Archiepiſcopus
Burgenſis.

Quinta concluſio. Prouiſores † ſeu 11
Vicarii generales à Capitulo nominati,
ſede vacante, poſſunt etiam eſſe Iudices
delegati aut executores harum gratia-
rum, licet non ſint Vicarii principales
Epiſcopi, ſed inferiores ab Epiſcopo,
nec in eis verificantur verba text. *in dict.
Clemen.* quia tamen ſunt Vicarii Epiſco-
palis Iuriſdictionis, & repræſentant Vi-
carium principalem Epiſcopi, eius na-
turam ſortiuntur, in exequendis his de-
legationibus, vt tenent Cardinal. & I-
mol. licet aliqui Antiquorum contradi-
xerint, & ita praxis ſeruat, & faciũt, quæ
de his Vicariis notat Mandoſi. *in 1. part.
regularum, regul. 14. quæſt. 6. à num. 9.* licet
contrarium teneat Hieronymus Pau-
lus, *in praxi Cancellariæ, folio 86. in par-
uis.*

Sexta concluſio. Vicarii † nominati 12
a Prælatis inferioribus habentibus Epi-
ſcopalem & ordinariã Iuriſdictionem,
non ſunt capaces delegationum, neque
harum executionum, quod patet: quia
officiũ Vicariatus de Rigore non eſt di-
gnitas, *vt ſupra dictum eſt*, & concludit
Menoch. cum pluribus, *vbi ſupra*: ſi igi-
tur

tur non eſt dignitas, nec Perſonatus,
neque Canonicatus, non verificantur
in eo verba tex. *in d. cap. ſtatutum*, neque
id poſſunt prætendere, *ex diſpoſitione d.
Clementina, Etſi principalis*; quia loquitur
ſolum in Vicariis principalibus Epiſco-
porum: & cum ſit exorbitans, non eſt
extendenda: vt ibi gloſſ. & omnes exi-
ſtimant. Quibus rationibus moti, hanc
concluſionem cum aliis Antiquioribus
firmant Imol. & Cardinal. *vbi ſupra*, licet
contrarium tenuerint Mattheus, & alii
Antiqui per eos allegati.

14 Ego tamen, ſi meum † licet interpo-
nere iudicium, id limitatem in Prælatis,
Abbatibus, Archidiaconis, & aliis ha-
bentibus Epiſcopalem iuriſdictionem
in Parrochos & Parrochianos, & qui
habent ſuum diſtrictum, & faciũt Syn-
odum, & vtuntur ambabus legibus
Diœceſana, & Iuriſdictionali priuatiue
ad Epiſcopum, intra cuius Diœceſis li-
mites ſunt: iſti enim vere ſunt Prælati
& Ordinarii: prout eſt Abbas ſancti
Facundi, ex Abb. *in capit. dilectus, de offi-
cio Ordinarii & in cap. fin. de offic. Archi-
diac. & in cap. auditis, de præſcriptio.* Et cum
ſint Ordinarii, in omnibus æquiparan-
tur Epiſcopis, & eorum Vicariis in illo
diſtrictu, & eadem ratio erit in eis, quæ
in Vicariis Epiſcoporum. Vnde etiamſi
dicta Clement. eſſet correctoria, ex idẽ-
titate rationis, debet ad eos extendi: vt
per Felyn. *nu. 14. & 15.* Decium & alios,
in c. tranſlato, de conſtitut. Iaſon. *in Authen.
quas actiones C. de ſacroſanct. Eccleſ. & in l. de
quibus, ff. de legibus.*

15 Præterea dicta Clemen. † locuta eſt
de principalibus Vicariis Epiſcoporũ,
ratione frequentioris vſus: quia cõmu-
niter Epiſcopi ſoli habent Vicarios, &
ſuos diſtrictus cum dicta Iuriſdictione,
& quando lex loquitur de aliquo ratio-
ne frequentioris vſus, extenditur ad a-
lios eandem rationem habentes, vt per
gloſ. *in Clem. 1. verbo præſidentes, de reſcrip.*
quæ declaratur ab Abb. *in Clemen. 1. de
ſupplenda negligen. Prælatorum.* Latius Fe-
lyn. *in capit. coram, de Offic. deleg. in princip. à
num. 1.*

16 Tum etiam, quando lex † vel Canon
loquitur de Epiſcopo, aut Diœceſano,
extenditur ad quemlibet Ordinarium;
ſi ratio conueniat ambobus: vt per Abb.
in cap. cum olim, notabili. 4. de Præſcriptio.
quem ibi Felyn. ſequitur: at vero in præ-
ſenti caſu, vt notum eſt, ratio ambobus
conuenit; quia cum Vicarius Abba-
tis ſit Ordinarius, & habeat diſtrictum,
& ſit vt Vicarius Epiſcopi, eſt principa-
lis Vicarius, & habet præeminentiam
Officii; vnde in eo etiam debet intelli-
gi dicta Clementina, & ſic iam vidi eos
conſeruatores, & Iudices delegatos in
aliquibus reſcriptis, licet vt in pluribus
ex ſtylo Romanæ Curiæ, & tribunalis
Nuntiorum Apoſtolicorum, à commu-
niter accidentib⁹, non ſoleant eis huiuſ-
modi literæ dirigi. Sed hoc ideo accide-
re credo: quia non exiſtimant eos ita
Ordinarios, & quia ſolent inter eos, &
Epiſcopos eſſe litis pendentiæ, quibus
nolunt præiudicare.

Septima concluſio. Archipreſbyteri
Ciuitatenſes † Eccleſiæ Cathedralis 17
poſſunt eſſe delegati & executores;
quia habent dignitatem, ex Abb. *in cap.
1. de officio. Archipræsbyteri*, late Meno-
chius, *conſ. 52. à nu. 28. & à num. 175. & à nu.
120. lib. 1.* Boer. *in titul. de auctoritate magni
Conſilii, à num. 72.* Selua *in tract. de benefi-
ciis, part. 1, quæſt. 2, fol. 19.* Cardinal. *conſil. 33.*
Archipræsbyter vero ruralis, qui per
Vicos, aut alia Loca particularia con-
ſtituitur, non habet dignitatem, neque
eſt capax harũ delegationum, ita Hie-
ronymus Paulus, *in praxi Cancellariæ, fol.
26 in paruis*, & Archipræsbyteratus *de
Medina del Campo*, eſt dignitas ruralis.
Puteus, *deciſ. 378. lib. 2.* Imol. & Cardinal.
vbi ſupra, & additio Abb. *in cap. ad hac, de
Officio Archidiac.* qui loquuntur in De-
cano rurali; & ſic de conſuetudine iudi-
cari & exiſtimari videmus: at vero con-
ſuetudo tribuit dignitatem, vt per Se-
luam, *vbi ſupra*, Felyn. *in Rubrica de maio-
ra. & obedien. numero octauo.* An vero Ar-
chipreſbiteratus ſit dignitas, vide Ro-
tam, *de Officio Archipræsbyter. in Antiquis
deciſ. 1.*

Octaua & vltima concluſio. † Guar- 18
diani fratrũ Minorũ, & Priores Prædi-
cato-

catorum, & aliorum conuentualium, ſunt capaces harum delegationum, ex Imol. & aliis, *vbi ſupra*, & ex Felyn. *in cap. cum olim in princ. de maiorita. & obedientia.* de aliis nō eſt dubium: quia ſunt dignitates, & eas nominat Hieronymus Paulus, *vbi ſupra*, & ideo de eis non agimus.

¶. 2. *Quando executor debeat citare & audire partes.*

19 Prima concluſio. Executor † gratiæ Apoſtolicæ, cum clauſulis ſiue denotātibus monitionem, prout ſunt clauſulæ, quæ de iure intelliguntur, etiamſi in gratia nō eſſent expreſſę, prout eſt clauſula, *Si eſt idoneus, Si eſt Sufficiens, Si eſt Dignus, & ſimiles*, ſiue cum clauſulis denotantibus conditionem, *vt Si eſt Doctor, Si eſt de tali Vico, Si Beneficium vacat, Si Reſignans habet vnde viuere poſſit, Si habet congruam Suſtentationem; & ſimiles*, tenetur, priuſquam exequatur, facere aliqualem informationem & verificationem narratorum. In hoc tamen eſt differentia, quod in primis, ſi non faciat, nō erit ipſo iure nulla executio, ſed veniet annullanda, ſi poſtea prouiſus reperiatur Indignus. In 2. vero erit ipſo iure nulla, tanquam non obſeruata forma mandati, vt per Abb. & Felyn. *num. 28. in capit. fin. de præſumptio.* idem Abb *in Clement. 1. de Officio delegat. & in cap. 1. de re iudic.* allegat Innocen. *in cap. inter dilectos, de exceſſibus Prælatorum*, & hæc informatio eſt extraiudicialis & non iudicialis.

20 Vnde licet † ſit executor alicuius Collatoris non habentis Iuriſdictionem, poterit eam facere, quod non negarunt Abb. & Felyn. *vbi ſupra*, & ad propoſitū clauſulæ, ſi beneficium vacat, idem vult Innocen. *in cap. de cætero, de re iudicat.* Menoch. *de arbitra. iud. lib. 1. quæſtio 38. numero 4.*

21 Secunda † concluſio. Executor, etiamſi ſit datus non ſolum cum clauſulis ſonantibus conditionem, & per verba, *Si tibi conſtiterit, Si per diligentem informationem, vel aliis ſimilibus*, non tenetur aſſumere partes Iudicis, & citare partes ſi non vult, ſed poteſt extraiudicialiter procedere: niſi in caſibus, de quibus in diſcurſu quæſtionis, vt per Abb. *vbi ſupra*, & Felyn. *num. 18. & conſtat ex deciſ. 4. de Sententia & Re iudicat. in Antiquis Dominorum de Rota, & de reſcript. deciſione 7.* etiamſi ſit ei onerata conſcientia, vt per gloſſ. *in d. Clement. vnica, de Officio delegat.* & cum Bald. Alex. Alciat. & aliis Menoch. *in dict. tractat. lib. 1. quæſt. 17. num. 14.*

Tertia concluſio. Si † aliquis tertius ſit in poſſeſſione, etiam de facto executor tenetur aſſumere partes Iudicis, & eum citare & audire, *argum. text. in capit. licet Epiſcopus, de præben. in 6.* Innocen. *in d. cap. ſi.* idem *in cap. propoſuit, de conceſſio. præbend.* & cum pluribus Nauar. *in d. c. cum contingat, tertia nullitatis cauſa, per totam*, Euerhardus, *conſ. 114. num. 2.* Celſus, *conſ. 80. num. 4.* Quinctilianus Mandoſius, *in regula 34. quæſt. 42. nu. 3. 2. parte regularum*, Abb. *vbi ſupra*, Felyn. *in dict. capit. final. num 24.* 22

Quarta concluſio. Si † executori conſtat, quod poſſeſſor eſt notorie iniuſtus aut intruſus, non tenetur citare eum, vt per Celſ. *vbi ſupra*, & colligitur ex his, quæ de intruſo notat Lancellottus, *in tract. de attentatis. 1. parte. c. 3. à num. 69. cum ſequentibus*, & de intruſo non reſtituendo, Menoch. *in tract. de recuperanda vel retinenda poſſeſ. remedio 15. à nu. 463.* & Gomezius, *in regula de triennali poſſeſ. q. 10. fol. 235. in paruis.* 23

Ex quo infertur, quod † ſi intruſio non ſit ita notoria vel ſit intricata & excuſabilis, quod citandus eſt, vt per Celſ. & Lancellott. *vbi ſupra*, ſecutius tamen puto, quod in vtroque caſu citetur, alias facilitet per ſupremos Iudices Regios declaretur vim fieri: nam poſſet allegare aliquot cauſas, ex quibus offuſcaret ipſam intruſionem. 24

Si tamen Iudex † abſque citatione procedat, debet conſtare in proceſſu de notoria intruſione, alias non valetet acta, vt per Rotam *deciſione 7. de iudic. in Nouis.* 25

Quinta concluſio. Executor † gratiæ cum clauſula, *Si tibi conſtiterit*, vel alia ſimili, 26

ſimili, ſi gratia directe tendat in præiudicium alicuius intrinſecum, non extrinſecum, appello intrinſecum, quando directe gratia ipſa aufert illi Ius, vel declarat auferendum, aut ablatum quod habet, vel habere poteſt, vel prætendit in poſſeſſione & proprietate, vt puta dicta clauſula, *Si poſſeſſor tale delictum commiſerit, ex quo veniat priuandus*, vel, *Si habet duo incompatibilia*, vel, *Si Collator negligens fuit*, vel, *Si fuit Symoniacus*, vel, *Si eſt Indignus prouiſus*, & ſimiles, & extrinſecum appello, *quando auffert illi gratia Ius maxime remotum*, vt poſt mortem alicuius; vel, *auffert illi Ius generale*, puta, conferendi pro illa vice, ſine aliquo delicto, & vel, *auffert illi ſolum Ius in proprietate:* quia ad poſſeſſionem nullum Ius habet: tandem intrinſecum præiudicium appello, quod gratia ipſa directe, & ex verbis tertio facit, ob aliquam culpam, vel delictum in poſſeſſione & proprietate, & extrinſecum, quod accidit per accidens, extra verba gratiæ. Item intrinſecum appello, quod dependet ex facto tertii in gratia declaratum, extrinſecum e contra.

27 Vel melius, recolligendo † omnia ſupra dicta, & moderando & declarando ea, poteſt dicere, quod intrinſecum præiudicium eſt illud, quod ex ipſis verbis gratiæ manifeſte colligitur, vt in exemplis ſupra poſitis, extrinſecum vero, quod venit per accidens, non ex verbis gratiæ, non faciendo differentiam; an præiudicium cauſetur in poſſeſſione aut in proprietate.

28 Executor † igitur huiuſmodi gratiæ, & cum dicto intrinſeco præiudicio tenetur aſſumere partes Iudicis, & citare partes: ita Abb. *in dicta Clementina, & in dicto capit. final.* & Felynus, *in dicto capit. final. numero vigeſimo quinto*, Auguſtinus Veroius. *in cap. conquerente, num. vndecimo, de reſtitutione ſpoliatorum*, & ita etiam ſentit Caualcan. *deciſione vigeſima ſecunda, numero tertio, prima parte*, & ſic debent intelligi, quæ de clauſula, *Si tibi conſtiterit*, notabat Lap. *allegatione decima quinta*, & Pariſ. *conſilio trigeſimo primo, numero 33, libr. 4.* Alexand. & alii, & Mandoſ. *in tractat. de monito. quæſtione 60. num. 35.* quæ alias falſa forent, nam, vt ſupra concluſum eſt, nulla eſt differentia inter clauſulas ſonantes monitionem, & clauſulas ſonantes conditionem ad aſſumendas partes Iudicis, ſi Tertius non ſit in poſſeſſione; vel ſibi directe ex gratia præiudicium non infeatur.

Ex qua concluſione † infertur, quod 29 executor gratiæ, in fauorem Reſignatarii, etiam cum clauſula: *Si Reſignanti maneat, vnde commode viuere poſſit*, non tenetur citare Reſignantem ad verificationem, neque aſſumere partes Iudicis, tum; quia Reſignans non eſt Poſſeſſor: quia per reſignationem admiſſam, dimiſit poſſeſſionem; tum; quia gratia non parat illi intrinſecum præiudicium, cum in ea non diſputetur de facto, aut non factum eius, licet poſſet parare extrinſecum præiudicium, vt in propriis terminis concludit Caualcan. *dicta deciſione vigeſima ſecunda, num. 6.* & cum caſus de facto accidiſſet, & quidam executor ſummarie, & abſque citatione Reſignantis gratiam verificaſſet, & executus eſſet, non audito Reſignante comparente, & de ſuo extrinſeco præiudicio allegante, vtpote reſignationem fuiſſe meticuloſam, & non remanſiſſe illi congruam ſuſtentationem, de quibus directe non agebatur in gratia, & ad Cancellariam Valliſoletanam negotium delatum eſſet in gradu violentiæ, declaratum eſt, vim non fieri, & remiſſum negotium dicto executori, non ob aliud, niſi: quia gratia non directe præiudicabat, nec tractabat de facto tertii, ob quod executor debebat gratiam exequi, & reſignationem, quæ iam erat facta, & per Pontificem admiſſa, nec ſuper ea aliquid reſtabat agendum ab executore; tum etiam; quia iam conſenſerat Reſignans, ex quo amiſit Ius ad poſſeſſionem, & exceptiones dictæ ſolum tangebant proprietatem, ſine cuius præiudicio, poterat gratia exequi, licet poſtea in iudicio proprieta-

prietatis obtinuerit Reſignans, me exi-
30 ſtente Aduocatore. Et quod † Reſi-
gnans per reſignationem & gratiam
verificatam amittat Ius & poſſeſſioné,
tenet Puteus, *deciſione 468. lib. 2.* idem, *de-
ciſione, 371. lib 3. & deciſ. 175. lib. 3.* & licet *in
deciſ. 158. lib. 3.* videatur dicere contrariũ,
intelligendus eſt in fauorem eius, con-
tra Tertium & quãdo gratia adhuc nõ
fuit ſortita effectum, nec verificatæ
clauſulæ, contra quem Tertium, vſque
dum ſortiatur effectum gratia, nõ amit-
tit poſſeſſionem, & poteſt agere poſſeſ-
ſorio, ſi ſpolietur, cõtra vero Reſignata-
riũ, vel habenté cauſam ab eo ſtatim li-
teris expeditis, & cõſenſu in Curia pſti-
to, amittit. Intelligo tamé quod admiſ-
ſa reſignatione ſolum habet detẽtatio-
né: ratione cuius reſtituitur cõtra Ter-
tium, non contra Reſignatarium: hæc
tamé poſſeſſio aut detentatio, ſi poſtea
non ſortiatur effectum, reſignatio con-
uertitur in poſſeſſionem legitimam, et-
iam contra eum, & quod admiſſa reſi-
gnatione, ius aliquod non remaneat a-
pud Reſignantem; notat Paulus Æmi-
lius Verallus, *deciſ. 81. in prin. lib. 3.* Melius
Caſſiadorus, *de Renunciation. deciſio. 2. nu.
3.* elegantet *additi. ad deciſionem 4. Rotæ, de
Renunciatio. in Nouis.* vbi Gomezium &
alias Rotæ deciſiones allegat, ſic etiam
intelligendum eſt, quod breuiter & cũ
Crecentino notauit Lancellott. *in tra-
ctat. de attentatis 3. part. cap. 29. num. 9.* ele-
ganter etiam declarat idem Lancellot.
poſt hæc ſcripta viſus, *in d. tract. 3. part. c.
24. quæſt. 7. per totam*; præcipue *num. 2. &
num. 17.* Eſt tamen attente legendus,
quia quando concedit remedia reſtitu-
toria, *Vnde vi, & attentatorum renuncianti
Spoliato*, loquitur contra Tertium, non
cõtra Reſignatarium, & ſic probant iu-
ra, & Dd. & deciſiones per eum allega-
tæ, ratione cuiuſdam ſtatus, & ſic loqui-
tur, *in d. num. 90.* contra vero ipſum Re-
ſignatarium, non admittit talem reſti-
tutionem, vt per eum, *in dict. num, 17.* qui
loquitur in caſu fortiori; Igitur ex his
vides, quod præiudicium Reſignantis
ex gratia, eſt extrinſecum, & ipſe non
iudicatur Poſſeſſor aduerſus Reſigna-
tarium; ideo citandus non eſt, vt ſupra
concluſum eſt.

Sexta concluſio. Executor † gratiæ, 31
ſiue cum clauſulis ſonantibus monitio-
nem, ſiue cum clauſulis ſonãtibus con-
ditionem, ſi Tertius compareat ante
perfectam executionem, tenetur eum
audire, ſaltem in via ſummaria, & aſſu-
mere partes Iudicis, Abb. *in d. Clem. in fi.*
Felyn. *in d. c. fin. n. 27.*

Septima concluſio. Executor cum
clauſula, *Vocatis † vocandis*, ſemper tene- 32
tur aſſumere partes Iudicis, & citare
partes, Abb. & Felynus, *vbi ſupra, nu-
mero, 23.*

Octaua concluſio. Executor † gra- 33
tiæ, ſiue cum clauſulis ſonantibus mo-
nitionem, ſiue conditionem, ſi vult, po-
teſt aſſumere partes Iudicis, & citare
partes & audire. Rota, *de reſcript. in An-
tiquioribus, deciſ. 7. & in Antiquis de con-
ceſsione præbend. num. 4. deciſ. 55.* Felyn. *vbi
ſupra, num. 16.* Mandoſius, *in tract. de moni-
toriis, quæſt. 60. num. 16. & in d. reg. 34. quæſt.
42. per totam.* In Francia tamen hoc non 34
admittitur. quia ex concordatis, *in titul.
de cauſis*, executores non habent cauſæ
cognitionem, ſed ſolum executionem
puram: cauſæ vero cognitio remittitur
Ordinariis: vt per Franciſcum Marcũ,
deciſi. 159 part. 1. & 1157. num. 3. eadem par-
te docet etiam cum pluribus Rebuff. *in
forma Nouæ prouiſionis, verbo contradictores,
& verbo, & defendant inductum, & in gloſſa
ad dictas concordantias in forma mandati,
fol. 644. & 645. in paruis, & in cap. nulla, de
conceſsione præbendæ, vigeſima nona, & tri-
geſima & trigeſima prima clauſulis manda-
torum.* Menoch. *de retinẽda vel recuperan-
da poſſeſſ. Remedio. 1. à num. 85. cum ſequen-
tibus.*

In Hiſpania † tamen, licet habeant 35
cauſarum cognitionem, & poſſint aſſu-
mere partes Iudicis. & ita praxis obſer-
uet: tamen intelligo in quantum id eſt
neceſſarium ad exequendam gratiam,
vel ſuſpendendam eius exequutionem,
non tamen ad cognoſcendum ordina-
rie & integre de iuribus Partium, &
proferendam ſententiam diffinitiuam,
hoc enim ſolum Iudicibus ordinariis
compe-

Digitized by Google

competit in prima inſtantia, ſecundum determinationem *ſacroſancti Concilii Tridentini ſeſſion. 24. cap. 20. de reformatione*, cuius protector eſt noſter Rex Philippus, & eius Regale Conſilium, quotidie ſe intromittit, circa eius obſeruationem.

36 Quare fere ſemper hodie † hæ executiones committûtur Ordinariis, qui poſſunt cognoſcere ex poteſtate ordinaria & delegata: vt per Felyn. *in cap. cum ex officio de præſcriptio.* Rebuff. *ad concordantias Franciæ, titul. de forma mandati, fol. 638. in paruis*, licet Rota, *de conceſſione præbendæ 19. in Nouis*, exiſtimauerit, quod, quia ſunt delegati, non vtuntur Iuriſdictione ordinaria: allegat quædam iura, ſed tamen intelligenda eſt dicta deciſio, quod quoad executionem non vtuntur Iuriſdictione ordinaria, & in ea procedunt, vt delegati, ſed nihil impedit, quin poſſint cognoſcere de cauſa, etiam vt Ordinarii, ſi illis ſit neceſſarium, ad euitandos circuitus, & partib. iuſtitiam miniſtrandam: vnde ex iuriſdictione ordinaria poterunt plene de iuribus partium diſputare, & ſententiam diffinitiuam ferre.

37 Eſſetque neceſſarium ſic † ſemper fieri: ſed tamen multoties executiones ſimiles committuntur, aliis Ordinariis, aut non Ordinatiis, & tunc quia partes appellant, & in gradu appellationis deducunt omnia iura ſua (tum, quia cauſæ committuntur ſtylo Rotæ, & Tribunalis Nuntii vna cum toto negotio principali, & ſic etiam non iuſtificata appellatione, remanet apud Iudices delegatos, qui poſſunt cognoſcere de negotio principali) & quoad delegatos à Papa, & cauſas in Curia Romana introductas, probat late dicens: eſſe ſtylum; Lancellottus *de attentatis 2. par. cap. 10. nu. 4. & 9.* Et quoad delegatos à Papa, & à Nuntio iuſtificata appellatione, vna cum toto negotio principali: late Couat. *in pract. c. 9. & per totum*, tum etiam: quia a collatione, & alio grauamine extraiudiciali, licite appellatur, late Francus, *in c. 1. de appellatio. & in c. bona, num. 18. eod. titu.* notant Dd. *in cap. concertationi, de appellat. in 6.* remanet fruſtrata prima inſtantia Ordinarii.

Limitatur tamen hæc † concluſio: 38 quando conſtat de mente Pontificis, ex verbis gratiæ, quod voluit excludere cognitionẽ cauſæ, & remouere omnes exceptiones, tunc enim nõ poteſt executor partes Iudicis aſſumere, vt per Abb. & Felyn. *vbi ſupra*, Caual. *in d. deciſ. 21. num. 4. & 5. par. 1.*

Ex quo infertur, quod † executor da- 39 tus cum clauſula: *abſque vitio ſpolii & attentatorum*, quia conſtat ex illa clauſula de voluntate Põtificis, iudicatur vt merus executor, & contra eum non datur remedium, neq; appellationis, nec reſtitutionis, ſi ſpoliet, vt conſtat, ex Paul. Æmil. Verall. *deciſ. 180. lib. 3.*

Ex quo etiam † infertur, quod exe- 40 cutor Breuis ad capiendam poſſeſſionem alicuius beneficii, nomine Cameræ Apoſtolicæ cum clauſula (*citra vitiũ ſpolii, & attentatorum*) attẽta aliqua reſeruatione, non tenetur, neque poteſt citare partes, neque aſſumere partes Iudicis: tenetur tamen ſummariè verificare, quæ in Breui narrantur. Si vero Tertius compareat & alleget ſurreptionem Breuis, vel litem pendentem, ſuper eius ſurreptione, ſiue motã ex parte impetrantis ſuper iactationibus aduerſarii dicentis: *Breue ſurreptitium*; ſiue ex parte aduerſarii, hoc caſu tenetur partes ſummarie audire: alias ſi Breue nullam contineat ſurreptionem, omniaque expedientia ſint narrata Pontifici: tunc executor tenetur exequi, non obſtantibus, quibuſcunque exceptionibus: quia conſtat de mente Pontificis, qui voluit gratiam facere, & iura derogare, ob dictam reſeruationem: vt hæc omnia late & cõfuſe cum pluribus Rotæ deciſionibus, notat Lancellottus, *de Attentatis, 2. par. cap. 4. in præfatione, à numero 394. vſque ad numerum 448. & in prima parte cap. 3. num. 66. & in d. c. limitatione 12. per totam, & in d. 2. part. cap. 12. limitatione 30.*

Ex quo etiam † infertur, quod ſi duo 41 litigarent in Rota ſuper aliquo beneficio reſeruato, & Tertius aliquis, qui non

E erat

erat in lite prouiſus à Papa, haberet poſſeſſionem, executor Breuis non poſſet eum non auditum ſpoliare, dummodo haberet titulum coloratum; quia tunc bene conſtat eſſe ſurreptitium, & defenderetur in Regali Conſilio in ſua poſſeſſione, ſi tamen titulus eſſet habitus ab Ordinario, vel lite pendente in Rota ſuper eo, vel ſtante reſeruatione beneficii, qua durante vacauit (vtputa in mēſibus reſeruatis, neq; Ordinarius habuerit aliquam iuſtā aut coloratam rationem prouidendi, non obſtante reſeruatione, vt quia eſt de iure patronatus Laicorum.) tunc prouiſus erit notorie intruſus, & abſq; eius citatione poteſt executor exequi dictum Breue, nec iudicatur ſurreptitiū, vt infra latius dicetur, & conſtat ex traditis de ſpoliato à beneficio reſeruato non reſtituēdo, à Mandoſio, *in 1. par. regularum Cancellariæ, Regul. 1. q. 3. per totam*, & beneficiis iuris patronatus Laicorum, quæ non cadunt ſub reſeruationibus ab eod. *d. Reg. 1. q. 10. per totam.*

42 Nona concluſio. Executor † merus nominatus ab Auditore Cameræ ad faciendam collationem & dandam poſſeſſionem beneficii, licet de mero iuris Rigore nec poſſit Partes Iudicis aſſumere, nec poſſit alios audire, qa omnino merus executor eſt, ex Abbat. & Felyn. *vbi ſupra*, tamen de æquitate, ſi Tertius compareat, & oſtendat eſſe poſſeſſorem beneficii, & poſſidere cum titulo colorato, ſeq; nunquam citatum & auditum, graueq; ſibi damnum iminnete ex ſpoliatione, præcipue, ob diſtantiam Romanæ Curiæ, vt in his Regnis contingit, tenetur eum audire, ſaltem ad effectum ſuperſedendi in executione, reſcribendo aut remittendo dicto Auditori, vel alias Iudici competēti, quod iam vidi factum & declaratum vim fieri, ſi id non fiat: & certe ſi nō fieret, plures abſq; cauſa & ratione ſpoliarentur ſuis beneficiis: quod conſtat ex late traditis a Nauarro & doctoribus, *in capit. ſi quando, de reſcript.* & ab Abb. & aliis, *in c. paſtoralis, §. quia vero, de offic. delega.* & per Marantam, *in ſuis diſputationibus, diſputatione 1. per totam*, & faciunt, quæ de Nuntio dato ad exequendum, qui debet ſuperſedere, quando noua cauſa ſuperuenit, quæ ſi iudicanti cognita eſſet, etiā ipſe ſuperſederet, & quando notoria eſſet exceptio, & damnum eſſet irreparabile, cum Fely. Abb. & aliis, *in d. §. quia vero*, & cum Abbate, Felyn. & aliis, *in capit. de cætero, de re iudicat.* notat Menoch. *in tractat. de arbit. iud. lib. 1. quæſt. 38. à num. 21. cum ſequentibus*, & faciunt, quæ ipſe, *in num. 11.* notat de Iudice requiſito ad exequendum ſententiam alterius, coram quo exceptiones opponuntur, faciunt etiam, quæ de Tertio oppoſitore & poſſeſſore, qui ſe opponit coram Iudice requiſito, ad defendendam ſuam poſſeſſionem, quia Iudex requirēs longe diſtat, notat Couatt. *in ſuis Practicis, capit. 16. numero 5.* Acebed. *in l. 6. titul. 17. num. 7. libr. 4. Recompilat.* vbi dicit, quod merus executor poteſt audire de notoria iniuſtitia.

Ex quo infertur, quod † iſte executor poteſt recuſari a poſſeſſore ſe opponente, quod non poſſet, ſi non haberet aliquam cauſæ cognitionem, ſaltem ad dictum effectum: vt conſtat ex his, quæ de compulſore & executore notat Lancellottus, *in tractat. de attentatis, 2. part. capit. 6. à numero 12.* vbi dicit, quod poſſunt recuſari ex eo, quod habent aliquam cauſæ cognitionem, & latius de compulſore, Quinctilianus Mandoſ. *in tractat. Commiſſionum, Commiſſio. 26 11. quæſt. Ex his finitur, §. ſecundus, de iuriſdictione Executorum.* 43

§. 3.

Prima concluſio. Executor † gratiæ cum clauſulis (*amoto quolibet illicito Detētore & Contradictore, &c.*) habet ſolum iuriſdictionem contra eos, qui de facto, & non de iure contradicunt, vtpote intruſos, quos per Cenſuras compellere poteſt ad dimittendum beneficium, & reſtituendos fructus, non tamen habet iuriſdictionem contra eos, qui de iure contradicunt & poſſident, ſaltem cum titulo colorato, in quorum fauorem tenetur in executione ſuperſedere 44

&

& cauſam temittete, licet ipſi raro faciant, vt per gloſſ. *in capit. pro illorum, verbo, Contradictores, de præbend.* & ibi Innocen. Abb. & omnes, late Nauarr. *in capit. cum contingat, in octaua cauſa nullitatis per totam, de Reſcript.* Rebuff. *in ſua praxi beneficiali, in forma Noua prouiſionis,* verbo; (*amoto quolibet illicito Detentore.*) Staphilæus, *in tractat. de literis gratiæ & iuſtitiæ, tit. de vi & effectu clauſularum, fol. 170. nu. 4. in paruis,* notat Puteus, *deciſ. 271. num. 6. lib. 3.*

45 Poteritque etiam † Executor, ſi hi ſint intruſi, & de facto contradicāt, procedere contra eos, ſpreta eorum appellatione, nam ab executore gratiæ non excedente, nō datur appellatio; ſaltem ad effectum ſuſpenſionis, vt colliges, *ex deciſione Rotæ de appellat. 45. in Nouis,* & ex Franciſc. Marco, *deciſione 100. prima part. num. 1.* Pariſ. *conſ. 28. num. 12. lib. 4.* late Lācellottus, *in tract. de attentat. 2. part. capit. 12. num. 37.* idem *à nu. 22.* Et facit; quia intruſus non eſt reſtituendus; nec tuendus in ſua poſſeſſione, vt ſupra dictum eſt cum Menoch. & aliis, notat Felyn. *in cap. cum olim, num. 11. de re iudicat.* & Pariſ. *conſil. 47. num. 32. lib. 4.* & intruſus non poteſt dare obiectus, & non auditur appellans, vt late per Lancellottū, *in d. tractat. de attenta. 1. par. cap. 3. à num. 60. cum ſequentibus.* Et intruſus is dicitur, qui pro-
46 uiſus eſt ab † Ordinario de beneficio, quod vacauit in menſe vigore alternatiuæ Papę reſeruato, vel qui prouiſus eſt ab Ordinario de alio beneficio reſeruato, neque etiam iſte eſt citandus de ſtylo Rotæ, *vt in deciſione 18. de reſtitutione ſpol. in Antiquis.* niſi intruſio ſit excuſabilis, vt per Mandoſ. *in reg. 1. quæſtio. 3. per totam.* intruſus etiam dicitur, qui habet titulum beneficii ab eo, qui ſibi dare nō poteſt; vt late per Rotam, *deciſio 13. de cauſa poſſeſſion. & proprietat. in Antiquis.* Innoc. & Dd. *in cap. nihil eſt; de electione.* Gutierrez. *conſil. 10. num. 11.* Mandoſ. *in regul. 20. quæſt. 4. & de monitoriis quæſt. 6. à num. 37.* Lancellottus, *vbi ſupra,* & intruſus eſt, qui lite pendente intrat poſſeſſionem rei, ſuper qua litigatur. Caſad. *deciſ. 9. de cauſa poſſeſſion. & propriet.* Et etiam eſt intruſus, qui cum ſola ſignatura capit poſſeſſionem beneficii. Rebuff. *in titul. de pacificis poſſeſſoribus, numero 51.* & quis dicatur intruſus ponit Selua, *in tractat. de beneficiis 3. part. quæſtion. 12. in quinta qualitate:* Gomez. *in regula de triennali poſſeſſion. quæſtio 27. & 47. & 48.* ponit etiam Maſcard. *de probat. 2. par. concluſio. 937.*

Obiter tamen † aduerte, quod non 47
eſt intruſus habens titulum ab eo, qui dare poteſt, licet de viribus tituli diſputetur, vt per Pariſ. *conſil. 125. num. 25. lib. 4.* & ideo Executor nō poteſt contra eum procedere, neque eum ſpoliare, & ſua appellatio operabitur effectum ſuſpenſiuum, vt per Lancellottum, *vbi ſupra,* quia tunc Executor excedit à forma mandati, & ab executore excedente bene appellatur, *vt in l. ab executore, ff. de appellation. & in l. ab executione, C. quorum appellationes non recipiantur;* & notant Dd. *in dict. capit. cæterum,* & ſic quotidie praxis obſeruat; & Iudices ſupremi ſolent declarare, fieri vim ab executore exequente in poſſeſſoris titulati præiudicium.

Nota etiam, quod † ſi intruſio ſit in- 48
tricata & nō clara, propter aliquas cauſas coloratas eam excuſantes, tunc intruſus debet audiri; & executor nō poteſt contra eū procedere, ſpreta appellatione, ex his, quæ de intruſione offuſcata, notat Lancellottus, *in locis ſupra allegatis.*

Præterea aduerte, quod † prouiſus 49
ab Epiſcopo de beneficio vacante in menſe reſeruato, per alternatiuā dicitur intruſus, ſi alternatiua ſit ab Epiſcopo acceptata: nam nō operatur effectū ſuū, abſque acceptatione Epiſcopi: vt conſtat ex omnibus alternatiuis; Pii, Gregorii, & Sixti, & aliorum Pontificum in fin. & colligitur ex his; quæ de gratia non acceptata notat Puteus, *deciſio. 339. lib. 2.* quia per dictam alternatiuam fuit facta reſeruatio octo mēſium, cum clauſula decreti irritantis, & ſic Epiſcopus in illis non poteſt conferre, & prouiſus eſt intruſus, *ex ſupra dictis.*

Tum etiam aduerte; quod † dicta 50

gratia loquitur ſolum in fauorem Epi-
ſcoporum, & Archiepiſcoporum, &
Primatum,& non aliorum. Cæteri Col-
latores, etiamſi Ordinarii ſint, non ha
bebunt amplius,quam quatuor menſes
ad conferendum, qui non reſeruantur
in dicta alternatiua, qui ſunt, Martius,
Iunius, December, & September, in a-
liis vero, quia reſeruatis, ex dictis alter-
natiuis conferre non poſſunt.

51 Nota etiam,quod † Sede Pontificali
vacante,extinguitur dicta reſeruatio &
alternatiua. Et Epiſcopus poterit con-
ferre ex poteſtate ſibi data à iure com-
muni, vt elegantiſſime notat Æmilius
Verallus, quidicit ſic deciſum in Rota,
deciſio. 214. à num. 3. lib. 2 & faciunt, quæ
de alternatiua notat Quinctilianus
Mandoſ. *in regulis Cancellariæ, regul. 27.
quaſt. 16. & regula. 11. quaſt. 11.* vbi etiam di-
cit, quod Epiſcopus non poteſt vti gra-
tia alternatiuæ, niſi poſt acceptatio-
nem,& literarum expeditionem, ex his
igitur conſtabit, quis ſit vel non ſit in-
truſus ad effectum executionis, ſpreta
appellatione, de qua agimus in hac
concluſione prima.

52 Quæ tamen limitatur † duobus mo-
dis admodum neceſſariis, primo, in ca-
ſibus, in quibus diximus, executorem
non teneri aſſumere partes Iudicis: tūc
enim, ſi poſſeſſio ſit vacās, non excedit;
& ideo ab eo non poteſt appellari, & fa-
cit; quia Tertius non poteſt impedire
executionē ſententiæ, ſi ipſe non poſſi-
deat, & poſſeſſio ſit vacans, *ex l. is à quo,
ff. de rei vendicatione*, & cum Couarruuia
& aliis, *deciſio. Peruſina vigeſimaſexta, à nu-
me. 12.*

53 Secūdo limitatur; niſi † reſcriptum,
aut gratia ſit ſurreptitia,& intruſus alle-
get de ſurreptione,tunc debet audiri;&
executor non poteſt procedere contra
eum,nec eum ſpoliare: vt colligitur ex
notatis per Compoſtellanum, *in capit.
mandatum, verſiculo ſed pone, de reſcript.*
quod confirmatur; quia ſurreptio vitiat
ipſo iure gratiam & dationem executo-
ris & inficit eius iuriſdictionem, vt per
Felyn. late, *in capit. ad audientiam. 2. de re-
ſcript.* & cum Abbate, Felyn. & aliis, late
Nauarr. *in dict. capit. cum contingat prima
nullitatis cauſa, à numero 1. & per totam*, &
ipſe executor cognoſcit de ſurreptione
ad effectum ſuperſedendi: vt per eun-
dem Felyn. *vbi ſupra, & in cap. paſtoralis, §.
quia vero, numero 6. de officio delegat. & in d.
capit. final. numero 36.* Menoch. *in dicto
tractat. de arbitra. iud. lib. 1. quæſtione 38. in
fine.*

Et non ſolum intruſus † poteſt alle- 55
gare de ſurreptione, ſed etiam de non
iure impetrantis, dummodo non ſit ob-
ſcurum & intricatum, ſed clarum, licet
non clariſſimum vel notorium, & per
conſequens etiam de iure Tertii claro
excluſiuo iuris agentis, ad effectum ob-
tinendæ abſolutoriæ, & non Canoni-
zationis ſui tituli, quod nullum eſt, ex
doctrina Bartol. *in l. ſecunda, de exceptione
rei iudicatæ*, & ita iudicat Rota: vt per
Caſſador. *deciſione ſecunda de ſentent. & re
iudicata, numero ſecundo & tertio*, & eſt e-
legans deciſio Rotæ in Antiquis, *de re-
ſtitutione ſpoliatorum, 18. in fin.* & ita etiam
iudicauit Rota coram Puteo, *deciſione
366. libro 1. per totam*, & cum Abbate, An-
charan. & aliis his non relatis Quin-
ctilian. Mandoſ. *regul. 27. quaſt. 13. num. 3.
& 4.* vbi, quod ſola ſupplicatio ſignata
alicuius Tertii, licet Literæ non fuerint
expeditæ, ſufficit ad docendum de iure
Tertii, & excludendum agentem, &
quod ita iudicauit Rota, tum etiam ſola
collatio & immiſſio executoris in poſ-
ſeſſionem alicuius Tertii ſufficit, licet
non conſtet de verificatione gratiæ &
proceſſu executoris: vt per Puteum, *vbi
ſupra*, & ſi ſufficit allegare de iure Tertii,
& ad id admittitur intruſus, *vt per ſupra
dicta*: multo magis ad allegandum non
ius ipſius impetrantis, ob defectum ali-
cuius ex diligentiis neceſſariis, vt col-
ligitur ex his, quæ notat Caſſadorus, *vbi
ſupra.*

Neque obſtat, quod † ſupra diximus 57
cum Lancellotto & aliis, quod intruſus
non poteſt dare obiectus ad excluden-
dum agentem: nam ipſe, & per eum al-
legati loquūtur de intruſione facta, lite
pendente, in odium attentantis contra
formā Capituli, ſi hi, contra quos, vt lite
penden-

pendente *libr. 6.* & ſic diſtinguit deciſio Rotæ, *vbi ſupra.*

58 Et an intruſus † ſpolians poſſit dare obiectus, notatur etiam *in capit. in literis, de reſtitutione ſpoliat.* & colliges ex late in beneficialibus notatis per Menoch. *in tractat. de recuperand. poſſeſſion. remed. 15. à num. 43. & a numero, 443. cum ſequentt.* & à Lancellott. *in tractatu de attentatu, 3. parte, cap. 24. quæſtion. 1. a numero, 1. cum ſequentibus, & cum aliis quæſtionibus ſequentib.* Et communiter concluditur, quod exceptio incapacitatis & notorii aut clari, non iuris petentis reſtitutionem beneficii obſtat illi: ſolum eſt ſpeciale in caſu dicti capituli, *ſi hi, contra quos,* quę omnia notabis, quia ſingularia ſunt.

59 Aduerte etiam, quod † licet ſupra dictum ſit, quod executor non habet iuriſdictionem contra contradicentem de iure, id intelligitur, quoad effectum procedendi ad exequendam gratiam in præiudicum illius, qui de iure contradicit, non tamen negamus, quin eam habeat, quoad effectũ cognoſcendi de iuribus partium, & ſuperſedendi in executione, videns iuſtitiam contradicentis: prout ſupra in aliis concluſionibus affirmaui.

60 Secunda concluſio. Executor † gratiæ cum clauſula (*inducentes & defendentes inductum*) non ſolum habet iuriſdictionem ad ponendum in poſſeſſione beneficii impetrantem, & faciendum ei reſponderi de fructibus, ſed etiam ad defendendum eum poſt immiſſionem, ſi ab aliquo Tertio moleſtetur, & hæc poteſtas anno durat: vt per text. & ibi Abb. & Felyn. *in cap. quærenti, de officio delegat. numero, 10.* & hanc etiam concluſionem affirmant Menoch. Rebuff. & alii per me allegati in hac quæſtione, ſ. *2. concluſion. 8. à numero 33. cum ſequentibus.*

61 In Gallia tamen † hæc concluſio non practicatur: quia facta executione, executor functus eſt officio ſuo, & poſtea tota iuriſdictio Ordinariorum eſt, & qui turbatur in poſſeſſione, coram Ordinario conqueri debet, per cōcordantias de cauſis ſupra allegatis, & ita notarunt Rebuff. Marcus, & Menoch *in d. 8. concluſione citati.*

62 In Hiſpania † etiam ex Bullis conceſſis in fauorem Potentiſſimi Regis noſtri Philippi à Summis Pontificibus felicis recordationis Pio Quinto & Gregorio Decimotertio, quibus, eum dicti ſacroſancti Concilii Tridentini protectorem faciunt, credo, quod ſeruaretur idem, quod in Gallia, & quod cauſa contra turbantem, remitteretur Ordinariis, & ſuper hoc darentur reſcripta in ſupremo Conſilio.

63 Et de iure † communi Abb. & Ioannes Andreas, *in dict. cap. quærenti,* exiſtimabant, quod perfecta executione, ſi aliquandiu pacifice poſſidebat impetrans, erat extincta iuriſdictio delegati aut executoris, non obſtantibus dictis clauſulis, ob quas moti fuerunt omnes ſupra dicti, & etiam ſeruare Curiam affirmat Staphilæus, *in dict. tract. de literis gratiæ & iuſtitiæ, tit. de vi & effectu clauſularum, fol. 180. in paruis.*

64 Ex quibus infertur, quod † meri executores cum clauſula, *cæterum,* (qui ſolent de ſtylo dari penſionario, in reſeruatione penſionis, vel præſentantibus gratias coram Auditore Cameræ) in hoc Regno ſtante forma dicta, Sancti Concilii, de qua ſupra, non poterunt poſt perfectam executionem iuriſdictionem exercere, licet in fauorem pẽſionarii, contrarium aliquando de facto obſeruatur, id tamen intelligo contra contradicentes de iure, contra quos in prima inſtantia debet recurri ad Ordinarios: contra vero turbantes de facto, non erit inconueniens, ſi procedant ad extraiudicialem compulſionem, quando clauſula ſonat perpetuitatem.

65 Tertia concluſio. Executor † deputatus in defectum primi, nõ poteſt exequi gratiam, & date titulum, collationem & poſſeſſionem impetranti, niſi prius requiſierit primum Ordinarium, & ei terminum competentem aſſignauerit ad exeſequendum, & eum citauerit & audiuerit, & ſi ipſe primus executor aliquas rationabiles cauſas alleget,

ob quas non potuit gratiam exequi, differtur executio, & tenetur eum audire, & ſuperſedere in executione, & ſi aliter faciat, nulliter procedit: Etiam ſic conſului dum caſus in facto accidiſſet, & vidi cauſam remiſſam primo executori, quia ſecundus ſine ratione in ea ſe intromiſerat & inhibuerat, ita notat Felyn. *in capit. fin. de præſumption. circa finem*, notant Innocen. & Abb. *in dict. Clement. 1.* notant etiam Dd. *per text. ibi, in capit. ſi Capitulo, de conceſſione præbendæ, in 6. facit text. & ibi*, late Abb. *in cap. accepimus, de ætate & qualitate.* notat Staphilæus, *in dict. tract. in 4. forma mandatorum, de prouidendo à nu. 1. fol. 9.*

66 Confirmatur: quia † quando dati ſunt plures executores ad exequēdam gratiam, vnus in defectum alterius, non poteſt aliquis ex eis procedere, vſque dum conſtet de impedimento alterius, & ad hoc quod conſtet de impedimento, debet requiri primus etiam trina requiſitione, vt cum Ægidio & aliis exiſtimat additio *ad deciſionem 5. de officio delegat. in Nouis.* Rota allegat gloſ. *verbo, requiſierunt, in Clement. dudum de ſepulturis*, facit deciſio Rotæ prima, *de probationibus in Antiquioribus, & deciſio 7. de officio deleg. in Nouis.*

67 Quarta † concluſio. Executor gratiæ poteſt committere examen, & alia pertinentia ad executionem, vt per Rotam, *de conceſſion. præbendæ, deciſion. decima octaua. in Nouis, & in Antiquis deciſ. 63. eiuſdem tituli, textus expreſſus in Clementin. Iudices de officio delegat.* etiam ſi eius ſit onerata conſcientia, vt per Rotam, *de ſententia & re iudicat. deciſione quarta, numero 4. in Antiquis*, quod eſt notandum ad gloſſam, & ibi notata *in Clementin. 1. verbo, oneramus, de iurepatronatus.* Tene-

68 tur tamen ſequi boni † viri arbitrium, ex dicta gloſſa, & ex Menochio cum aliis, *in dicto tractatu libr. 1. quæſtione octaua, num. 40.*

69 Neque obſtat text. † *in cap. fin. §. cæterum, de officio deleg.* Nam procedit in delegato ad nudum actum facti, in quo induſtria perſonæ requiritur, vt eſt prædicare, confiteri, legere & ſimilia: tunc enim omnino videtur electa induſtria perſonæ, vt per Abb. & Felyn. ibi, & Veroius, *in cap. quoniam Abbas à num. 111. de officio delega.* & tunc etiamſi per alium æque idoneum adimpleretur mādatum, ſufficeret, vt colligitur ex traditis per Doctores, *ibi, & in l. inter artifices, ff. de ſolution.* & ſupra dicta de noſtro executore confirmat Felyn. *numero ſecundo, in dicto capit. final. §. is autem, de officio delegat.*

Et in tantum hoc eſt † verum, quod 70 licet Summus Pontifex dederit ſecundum executorem in defectum primi vel plures executores, non eſt locus recurſui, ſi primus executor ob impotentiam, vel alias occupationes per alium adimpleret mandatum & ſuam executionem, *vt per dict. Clementin. Iudices*, determinat Rota, *de officio deleg. in Nouis, & ibi additio.*

Debet tamen, quando † delegat ex- 71 amen, aut aliam cauſæ cognitionem committere perſonis conſtitutis in dignitate, ſecundum formam *d. cap. ſtatutum*, vt diximus, *in §. 1. concluſ. 1. huius quæſtionis.*

Quinta concluſio. † Executor ad 72 prouidendum de beneficio poteſt inhibere Ordinario procedenti, & idem de ſuperexecutore, ita Lapus *allegat. 60.* Mandoſius *in tractat. de inhibition. quæſtio. 55.*

Sexta concluſio. Executori † non eſt 73 a iure præfixum tempus ad prouidendum, niſi in gratia ſibi ponatur, vt per Dd. præcipue Rebuff. *in cap. 2. de conceſſione præbend.* idem Rebuff. *ad concordantias Franciæ, titul. de forma mandati, folio 643. in paruis.* Staphilæus, *in tractat. de literis gratiæ & iuſtitiæ, titul. quibus modis expirent literæ ad beneficia, folio 210. numero quinto.*

Septima concluſio. Poteſtas † Exe- 74 cutoris dati ad prouidendū, etiāſi poſſit aſſumere partes Iudicis, reintegra durat mortuo Papa, quemadmodum ipſa gratia: datus vero cū clauſula, *vocati vocandis*, quia eſt Iudex delegatus, non durat reintegra, quemadmodum, neq; alterius ad lites delegati, vt per Rotam,

in ti-

In titul. de officio delegat. deciſione. 12. in Nouis.

75 Octaua & vltima concluſio. Epiſcopus ſucceſſor, etiam non conſecratus, exequitur gratias directas ſuo prædeceſſori, ratione dignitatis, Rota *de officio delegati, deciſio. 17. in Nouis, & ibi additio & in Antiquis de reſcipt. deciſio. 30.* Ægidius Bellamera, *deciſione 14.* Et cum his temanet expedita hæc quæſtio, in qua ſolum tractauimus de his, quæ frequentius in hac quæſtione & materia ſolent contingere nouiter practicantibus, quod fuit neceſſarium, quia materia inter Auctores eſt admodum diſperſa, & in praxi ſæpius in ea errant hi, qui in cauſis Eccleſiaſticis, & ſtylo Curię parum ſunt verſati.

QVÆSTIO V.

VTrum minor, qui ſucceßit maiori, (qui cum alio litigabat, & lis eius tempore concluſa eſt, ad ſententiam diffinitiuam, quo mortuo, lata eſt ſentẽtia, & intimata eius Procuratori, qui effectus fuit dominus litis) reſtituatur aduerſus ipſam ſententiam, vel aduerſus tempora lapſa ad appellandum & præſentandum ſe in gradu appellationis, & an pendente ipſa reſtitutione, poßit exequi ſententia ipſa, quæ iam tranſacta erat in rem iudicatam.

SVMMARIA.

1 *Minor reſtituitur contra ſententiam, & quomodo, & corã quo Iudice petenda ſit, & quid debeat probare minor, nu. 3. & 4. & quod eo reſtituto, reſtituitur aduerſarius, nu. 5.*

6 *Minor reſtituitur aduerſus lapſum termini, & coram quo ſit petenda reſtitutio, num. 7. & non eſt neceſſaria probatio, num. 8. etiamſi litigauerit per Procuratorem, num. 8. col. 3. & num. 3. & 10.*

11 *Minor poteſt petere reſtitutionem aduerſus ſententiam, etiamſi appellauerit Procurator*, & de intellectu legis ſi minoris, ff. de adminiſtratio. Tutor. *& num. 12. 13. & 14.*

15 *Minor ſuccedens maiori, an reſtituatur*, & de intellectu l. Æmilius, de minor. & aliarum legum, *& nu. 16. & 18. & an in iudictis, quaſi contrahatur, num. 20. & quid ſi lis fuit agitata per Procuratorem prædeceſſoris, num. 21.*

22 *Declaratio* ad d. l. Æmilius, *num. 23. 24. 25. 26.*

27 *Declaratio tex.* in l. 2. C. ſi aduerſus venditionem, *num. 28. 29. 30 31.*

32 *Declaratur tex.* in §. in hac. l. cum filius, de verborum obligatio.

33 *Amplius declaratur* d. l. Æmilius, *nu. 34.*

35 *Declaratio* ad l. 10. tit. 17. lib. 4. Recompilatio.

36 Ad gloſſ. in d. §. in hac.

37 Ad l. etiam ei, ff. de minoribus, *nu. 38. & 19.*

40 *Minor reſtituitur aduerſus actum damnoſum ſuo tempore contingentem.*

41 *Et ſi dependeat à præterito.*

42 Ad §. in hac intellectus.

43 Ad l. ſane, C. de non numerata pecunia.

44 Ad l. ait prætor, ff. de minoribus, *& n. 45. & ibi*, ad §. idem ſcribit. *46.*

47 *Mandatũ Procuratoris confirmatur morte, & nu. 48.* vbi de praxi agitur.

49 *Reſtitutio an impediat executionem, plures authores citantur, & num. 50.*

51 *Reſtitutio habet effectum ſuſpenſiuum; vt appellatio, nec ea pendente, poteſt fieri nouitas, num. 52. nec eſt facienda, diffinitiua an requirat altiorem indaginem, vel nu. 53.*

54 *Declaratur Lancellot. an ſufficiat ſola petitio reſtitutionis.*

55 *Reſtitutio ſi fuit petita, poſt inceptam executionem, an eam ſuſpendat, & nu. 56. amplius, nu. 57.*

58 *Reſtitutio petita aduerſus tres cõformes, an impediat executionem, & num. 59.*

60 Re-

60 *Reſtitutio petita, contra Principis ſententiam, an habeat effectum ſuſpenſiuum, & de ſententia* de reuiſta, *num. 61. & de ſententia lata in gradu ſecundæ ſupplicationis, num. 62.*

63 *Reſtitutio an detur aduerſus duas conformes latas in iudicio poſſeſſorio, & ibi de ſententiis latis à Decurionibus, & declaratur* l. 7. tit. 18. lib. 4. Recomp. col. 3. & 4. *& n. 66:*

67 *Appellatio an permittatur à ſententia lata in articulo reſtitutionis, & ibi de ſententia lata ab Ordinario in gradu reſtitutionis, cõtra ſententiam Decurionum, num. 68. & 69.*

70 *Iudex reſtitutionis, an poſſit inhibere Iudici exequenti, ibi vſq; ad finem.*

71 *Reſtitutio incidenter petita, an habeat effectum ſuſpenſiuum.*

72 *Reſtitutio ad appellandum aut contra lapſum Fatalium, per viam exceptionis, an impediat executionem.*

73 *Reſtitutio petita aut oppoſita contra ſententiam, an impediat, & quid iure Regio ſeruetur, ponuntur duæ opiniones, & declaratur tex.* in l. 1. tit. 21. lib. 4. Recompil. *nu. 74. & 75.*

76 *Reſtitutio coram quo Iudice debeat proponi, & num. 77. & 78.*

§. 1. De præmiſſis ad quæſtionem.

1 QVÆSTIO hæc admodum vtilis † eſt, & quæ iam mihi contigit in facto, in qua conſului, pro quibuſdam minoribus, & obtinui, & diuiditur in 4. §§. in Primo de præmiſſis agitur: in Secundo de quæſtione: in Tertio de executione, pendente reſtitutione: in Quarto de reſtitutione petita per viam exceptionis.

2 Pro cuius † introductione & perfecta declaratione, poſt Sfortiam Oddum, qui hanc quæſtionem plena (more ſuo) tetigit manu, in integro de reſtitutione tractatu, *part. 2. quæſtio. 68. per totam*, præmitto Primo, quod minor reſtituitur contra ſententiam, probata læſione, *vt in l. minor, & l. ſi ex cauſa, & in l. vicauſa. 2. §. fin. cum duabus legibus ſequentibus, ff. de minoribus, & in toto tit. C. ſi aduerſus rem iudicatam*, & concordat *l. 1. & 2. tit. 25. part.* 3. facit Chaſſa. *deciſio. 1. de reſtitutione*, Capella Toloſan. *deciſ. 55. & ibi Aufrerius.*

Et hæc reſtitutio † poteſt peti, vel ob probationem omiſſam, & tunc minor non ſolum reſtituitur aduerſus ſolã ſententiam, ſed etiam aduerſus totam cauſam & proceſſum, & poterit nouas probationes facere: vel ob iniuſtitiam eius, quæ conſtat ex eiſdem actis, & tunc retractatur ipſa ſententia, & ex eiſdem actis poteſt alia dari, vt per gloſſ. magnã, & ibi Bald. Salyc. & Paul. *in l. 1. C. ſi ſæpius in integrum reſtitut. poſtuletur, & in l. fin. C. ſi aduerſus rem iudicatam*, notat etiam Anton. Gomez. *in 2. tomo de contractibus cap. 14. num. 4.* & latius Ioannes Garzia, *in tit. de nobilitate, gloſſa 6. §. 2. à nu. 1. cum ſequentibus*, quem de hac materia videre potes, & infinitos Antiquos & Modernos allegat. 3

Præterea reſtitutio † hæc poteſt peti coram Iudice, qui tulit ipſam ſententiã: *vt per ſupradictos, & ex l. 3. dict. tit. 25. part. 3.* Caldas. *in l. ſi Curatorem habens, verbo, Implorandum, à num. 17. cum ſequentibus, C. de in integrum reſtitutione*, eleganter Rebuff. *in 2. tomo ad leges Gallicas, tit. de reſtitutione, in præfatione, à nu. 16. & 17. cum ſequentibus*, nouiſſime Ioannes Botta, *conſil. 8. à num. 30. cum ſequentibus.* 4

Et reſtituto † minore aduerſus ſententiam, reſtituitur etiam aduerſus eius executionẽ, *ex tex. eleganti in l. ſi ex cauſa, ff. de minoribus.* 5

Secundo pręmitto, quod † minor reſtituitur aduerſus terminos ſibi lapſos ad appellandum, & ſe præſentandum, & aduerſus Fatalia lapſa, vt late per Acebed. *in l. 1. à num. 31. tit. 18. lib. 4. Recompilat.* Ioann. Garz. *de nobilitate, gloſſ. 6. §. 1. à nu. 51. cum ſequentibus*, Rebuff. *in d. 2. tom. tit. 1. de reſt. gloſſ. 2. art. 1. à num. 16.* Octauianum Veſtrium *in Praxi Romanæ Curiæ lib. 8. c. 3. à nu. 3.* facit text. *in l. Etſi ſine. §. item, ff. de minoribus & in l. 6. tit. 19. part. 6. & in l. 1. & 2. tit. 25. part. 3.* & ibi Gregor. 6

Et hæc reſtitutio † petẽda eſt coram Iudice à quo, ſi coram Iudice ad quem, 7

pars

Digitized by Google

pars adhuc ſe non præſentauit in gradu appellationis: *vt per ſupra dictos*, & per Rebuff. *vbi ſupra, in præfatione, num. 16. & 17.* & Cald. *vbi ſupra*, facit deciſ. Rotæ. *de dol. & contumacia ſecunda, in Nouis.*

8 Tunc etiam in hac † reſtitutione cõcedenda, nõ eſt neceſſaria probatio læſionis, vt eſt magis vera & communis opinio, quę in praxi quotidie admittitur, vt per Acebed. Veſtrium, Rebuff. Ioan. Garz. & alios, *vbi ſupra.*

9 Quod obtinet † etiamſi Procurator ſit ſoluẽdo, & minor litigauerit per Procuratorem, vt in noſtris tribunalibus admittit Praxis, ſecundum Acebed. & Ioann. Garz. *vbi ſupra*, allegant, *d. l. 6. tit. 19. part. 6.* licet de iure communi id fuerit controuerſum, *vt per ſupra dictos.*

10 Tertio præmitto, † quod etſi minor litiget per Procuratorem, ſi tamen damnũ reſultet minori, reſtituitur minor aduerſus actus geſtos cum ſuo Procuratore, probata læſione, *vt eſt text. in l. penul. ad fin. Cod. ſi aduerſus rem iudicatam, & ibi gloſſ. verbo, neceſſarium, & in l. fin. & ibi gloſſ. verbo, conſtat, eod. tit.* facit etiã tex. *in l. cum mandato, ff. de minorib.* notat Rebuff. *in d. tit. de reſtitutione, gloſſ. 2. art. 1. a nu. 4. & num. 21.* Acebed. *in l. 3. tit. 8. nu. 21 lib. 4. Recompil.* & ſic practicatur, vt per eundem, *vbi ſupra.*

11 Quarto præmitto, quod minor poteſt petere reſtitutionem aduerſus ſententiam, etiamſi ſuus Procurator appellauerit, *vt eſt gloſſ. elegans, verbo, conſtat, in d. l. fin. C. ſi aduerſus rem iudicatam*, quæ allegat *l. fin. minoris, ff. de adminiſtratione Tutorum*, & eam tacite videntur ſequi auctores *ibi*; maxime Paul. de Caſtro, ſed *d. l. minoris* nõ probat eius concluſionem, nam ibi non conſtat, quod Curatores dati minori, qui litigabant cum Tutoribus, qui antea fuerant minoris, appellauerint à ſententia in fauorem Tutorum lata, & quod poſtea minor petierit reſtitutionem in integrum contra illam ſententiam, imo ex illo tex. totum contrariũ colligitur, in quo apparet, quod Curatores, ob negligentiam in lite cõmiſſam, fuerunt condemnati in minoris fauorem; igitur non appellarunt: nam ſi appellaſſent, non fuiſſent negligentes, neque minor potuiſſet eos conuenire ante cauſam finitam: tunc etiam IureConſultus ibi nõ dicit, quod minor petiit reſtitutionem contra Tutores, ſed quod petere poteſt, & ideo cedere tenetur, præterea ſi Curatores appellaſſent à ſententia lata in fauorem Tutorum, fruſtra IurisConſul. laboraſſet, in inquirendo, an minor deberet eis cedere reſtitutionem contra Tutores, cum ipſi in gradu appellationis abſque reſtitutione omnia poſſent allegare & probare, quæ ſibi & minori competebant, & verbum, *prouocantes*, de quo in illo text. intelligitur de prouocatione facta à Curatoribus à ſententia contra eos lata, in fauorem minoris, & ſi ad ſaluandum gloſſ. dicas, quod ceſſio fuit neceſſaria, non ſolum ad petendum reſtitutionem, ſed etiam ad ſequendam appellationem, quod nos non affirmamus, ſed remittimus ad notata, *in l. 1. C. de tranſactio. & in leg. 1. §. fin. & penult. & antepenultimo, ff. de Tutelis, & rationibus diſtrahendis*, reſpondetur, quod adhuc manet ſcrupulus dictus, ſcilicet, quia non conſtat, quod Curatores appellauerint à ſententia lata in fauorem Tutorum, & conſtat de contrario, *vt dictum eſt*: verius igitur eſt ad illum text. quod ſi minor, aut eius Curator non appellat à ſententia lata pro Tutore, & poſſet minor damnum exigere à Curatore, nihilominus ſalua ſit illi reſtitutio aduerſus illam ſententiam, quam poteſt cedere, & hoc probat *dict. l. minoris*, & text. elegans & expreſſus, qui benę declarat dictam legem, *in leg. alterius, §. fin. ff. de Tutel. & ratio. diſtrahend.* vbi IurisConſul. ait, quod nõn eſt inutilis actio reſtitutionis, quam habent minores contra ſententiam latam pro Tutoribus, etiamſi Curatores illis condemnati ſint, & hanc cedere debent Curatoribus ſoluentibus pro Tutoribus oppoſita doli exceptione, & hic eſt verus & genuinus intellectus *d. l. ſi minoris.*

Nihilominus tamen † vera eſt opinio gloſſ. 13

catorum, & aliorum conuentualium, ſunt capaces harum delegationum, ex Imol. & aliis, *vbi ſupra*, & ex Felyn. *in cap. cum olim in princ. de maiorita. & obedientia.* de aliis nõ eſt dubium: quia ſunt dignitates, & eas nominat Hieronymus Paulus, *vbi ſupra*, & ideo de eis non agimus.

¶. 2. *Quando executor debeat citare & audire partes.*

19 Prima concluſio. Executor † gratiæ Apoſtolicæ, cum clauſulis ſiue denotãtibus monitionem, prout ſunt clauſulę, quæ de iure intelliguntur, etiamſi in gratia nõ eſſent expreſſę, prout eſt clauſula, *Si eſt Idoneus, Si eſt Sufficiens, Si eſt Dignus, & ſimiles*, ſiue cum clauſulis denotantibus conditionem, *vt Si eſt Doctor, Si eſt de tali Vico, Si Beneficium vacat, Si Reſignans habet vnde viuere poſſit, Si habet congruam Suſtentationem, & ſimiles*, tenetur, priuſquam exequatur, facere aliqualem informationem & verificationem narratorum. In hoc tamen eſt differentia; quod in primis, ſi non faciat, nõ erit ipſo iure nulla executio; ſed veniet annullanda, ſi poſtea prouiſus reperiatur Indignus. In 2. vero erit ipſo iure nulla, tanquam non obſeruata forma mandati, vt per Abb. & Felyn. *num. 28. in capit. fin. de præſumptio.* idem Abb *in Clement. 1. de Officio. delegat. & in cap. 1. de re iudic.* allegat Innocen. *in cap. inter dilectos, de exceſſibus Prælatorum*, & hæc informatio eſt extraiudicialis & non iudicialis.

20 Vnde licet † ſit executor alicuius Collatoris non habentis Iuriſdictionem, poterit eam facere, quod non negarunt Abb. & Felyn. *vbi ſupra*, & ad propoſitũ clauſulæ, ſi beneficium vacat, idem vult Innocen. *in cap. de cætero, de re iudicat.* Menoch. *de arbitra. iud. libr. 1. quæſtio. 38. numero 4.*

21 Secunda † concluſio. Executor, etiamſi ſit datus non ſolum cum clauſulis ſonantibus conditionem, & per verba, *Si tibi conſtiterit, Si per diligentem informationem, vel aliis ſimilibus*, non tenetur aſſumere partes Iudicis, & citare partes ſi non vult, ſed poteſt extraiudicialiter procedere: niſi in caſibus, de quibus in diſcurſu quæſtionis, vt per Abb. *vbi ſupra*; & Felyn. *num. 18. & conſtat ex deciſ. 4. de Sententia & Re iudicat. in Antiquis Dominorum de Rota, & de reſcript. deciſione 7.* etiamſi ſit ei onerata conſcientia, vt per gloſſ. *in d. Clement. vnica, de Officio delegat.* & cum Bald Alex. Alciat. & aliis Menoch. *in dict. tractat. lib. 1. quæſt. 17. num. 14.*

Tertia concluſio. Si † aliquis tertius 22
ſit in poſſeſſione, etiam de facto executor tenetur aſſumere partes Iudicis, & eum citare & audire, *argum. text. in capit. licet Epiſcopus, de præben. in 6.* Innocen. *in d. cap. fi.* idem *in cap. propoſuit, de conceſſio. præbend.* & cum pluribus Nauar. *in d. c. cum contingat, tertia nullitatis cauſa, per totam*, Euerhardus, *conſ. 114. num. 2.* Celſus, *conſi. 89. num. 4.* Quinctilianus Mandoſius, *in regula 34. quæſt. 42. nu. 3. 2. parte regularum*, Abb. *vbi ſupra*, Felyn. *in dict. capit. final. num 24.*

Quarta concluſio. Si † executori 23
conſtat, quod poſſeſſor eſt notorie iniuſtus aut intruſus, non tenetur citare eum, vt per Celſ. *vbi ſupra*, & colligitur ex his, quæ de intruſo notat Lancellottus, *in tract. de attentatis. 1. parte. c. 3. à num. 69. cum ſequentibus*, & de intruſo non reſtituendo, Menoch. *in tract. de recuperanda vel retinenda poſſeſ. remedio. 15. à nu. 463.* & Gomezius, *in regula de triennali poſſeſ. q. 10. fol. 235. in paruis.*

Ex quo infertur, quod † ſi intruſio
non ſit ita notoria vel ſit intricata & ex- 24
cuſabilis, quod citandus eſt, vt per Celſ. & Lancellott. *vbi ſupra*, ſecutius tamen puto, quod in vtroque caſu citetur, alias faciliter per ſupremos Iudices Regios declaretur vim fieri: nam poſſet allegare aliquot cauſas, ex quibus offuſcaret ipſam intruſionem.

Si tamen Iudex † abſque citatione 25
procedat, debet conſtare in proceſſu de notoria intruſione, alias non valerẽt acta, vt per Rotam *deciſione 7. de iudic. in Nouis.*

Quinta concluſio. Executor † gra- 26
tiæ cum clauſula, *Si tibi conſtiterit*, vel alia ſimili,

ſimili, ſi gratia directe tendat in præiudicium alicuius intrinſecum, non extrinſecum, appello intrinſecum, quando directe gratia ipſa aufert illi Ius, vel declarat auferendum, aut ablatum quod habet, vel habere poteſt, vel prætendit in poſſeſſione & proprietate, vtputa dicta clauſula; *Si poſſeſſor tale delictum commiſerit, ex quo veniat priuandus*, vel, *Si habet duo incompatibilia*, vel, *Si Collator negligens fuit*, vel, *Si fuit Symoniacus*, vel, *Si eſt Indignus prouiſus*, & ſimiles, & extrinſecum appello, *quando auffert illi gratia Ius maxime remotum*, vt poſt mortem alicuius; vel, *auffert illi Ius generale*, puta, conferendi pro illa vice, ſine aliquo delicto, & vel, *auffert illi ſolum Ius in proprietate:* quia ad poſſeſſionem nullum Ius habet: tandem intrinſecum præiudicium appello, quod gratia ipſa directe, & ex verbis rertio facit, ob aliquam culpam, vel delictum in poſſeſſione & proprietate, & extrinſecum, quod accidit per accidens, extra verba gratiæ. Item intrinſecum appello, quod dependet ex facto tertii in gratia declaratum, extrinſecum e contra.

27 Vel melius, recolligendo † omnia ſupra dicta, & moderando & declarando ea, poteſt dicere, quod intrinſecum præiudicium eſt illud, quod ex ipſis verbis gratiæ manifeſte colligitur, vt in exemplis ſupra poſitis, extrinſecum vero, quod venit per accidens, non ex verbis gratiæ, non faciendo differentiam; an præiudicium cauſetur in poſſeſſione aut in proprietate.

28 Executor † igitur huiuſmodi gratiæ, & cum dicto intrinſeco præiudicio tenetur aſſumere partes Iudicis, & citare partes: ita Abb. *in dicta Clementina, & in dicto capit. final.* & Felynus, *in dicto capit. final. numero vigeſimo quinto*, Auguſtinus Veroius, *in cap. conquerente, num. vndecimo, de reſtitutione ſpoliatorum*, & ita etiam ſentit Caualcan. *deciſione vigeſima ſecunda, numero tertio, prima parte*, & ſic debent intelligi, quæ de clauſula, *Si tibi conſtiterit*, notabat Lap. *allegatione decima quinta*, & Pariſ. *conſilio trigeſimo primo, numero 33, libr. 4.* Alexand. & alii, & Mandoſ. *in tractat. de monito. quæſtione 60. num. 35.* quæ alias falſa forent, nam, vt ſupra concluſum eſt, nulla eſt differentia inter clauſulas ſonantes monitionem, & clauſulas ſonanres condirionem ad aſſumendas partes Iudicis, ſi Tertius non ſit in poſſeſſione; vel ſibi directe ex gratia præiudicium non inferatur.

Ex qua concluſione † infertur, quod 29 executor gratiæ, in fauorem Reſignatarii, etiam cum clauſula: *Si Reſignanti maneat, vnde commode viuere poſſit*, non renetur citare Reſignantem ad verificationem, neque aſſumere partes Iudicis, tum; quia Reſignans non eſt Poſſeſſor: quia per reſignationem admiſſam, dimiſit poſſeſſionem; tum; quia gratia non parat illi intrinſecum præiudicium, cum in ea non diſputetur de facto, aut non factum eius, licet poſſet parare extrinſecum præiudicium, vt in propriis terminis concludit Caualcan. *dicta deciſione vigeſima ſecunda, num. 6.* & cum caſus de facto accidiſſet, & quidam executor ſummarie, & abſque citatione Reſignantis gratiam verificaſſet, & executus eſſet, non audito Reſignante comparente, & de ſuo extrinſeco præiudicio allegante, vtpote reſignationem fuiſſe meticuloſam, & non remanſiſſe illi congruam ſuſtentationem, de quibus directe non agebatur in gratia, & ad Cancellariam Valliſoletanam negotium delatum eſſet in gradu violentiæ, declaratum eſt, vim non fieri, & remiſſum negotium dicto executori, non ob aliud, niſi: quia gratia non directe præiudicabat, nec tractabat de facto tertii, ob quod executor debebat gratiam exequi, & reſignationem, quæ iam erat facta, & per Pontificem admiſſa, nec ſuper ea aliquid teſtabat agendum ab executore; tum etiam; quia iam conſenſerat Reſignans, ex quo amiſit Ius ad poſſeſſionem, & exceptiones dictæ ſolum tangebant proprietatem, ſine cuius præiudicio, poterat gratia exequi, licet poſtea in iudicio proprieta-

prietatis obtinuerit Reſignans, me exi-
30 ſtenre Aduocatore. Et quod † Reſi-
gnans pet reſignationem & gratiam
verificatam amittat Ius & poſſeſſionẽ,
renet Puteus, *deciſione 468. lib. 2.* idem, *de.
ciſione, 371. lib 3. & deciſ. 175. lib. 3.* & licet *in
deciſ. 158. lib. 3.* videatur dicere contrariũ,
intelligendus eſt in fauorem eius, con-
tra Tertium & quãdo gratia adhuc nõ
fuit ſortita effectum, nec verificatæ
clauſulæ, contra quem Tertium, vſque
dum ſortiatur effectum gratia, nõ amit-
tit poſſeſſionem, & põteſt agere poſſeſ-
ſorio, ſi ſpolietur, cõtra vero Reſignata-
riũ, vel habentẽ cauſam ab eo ſtatim li-
teris expeditis, & cõſenſu in Curia p̃ſti-
to, amittit. Intelligo tamẽ quod admiſ-
ſa reſignarione ſolum haber detẽratio-
nẽ: ratione cuius reſtituitur cõtra Tet-
rium, non contra Reſignatarium : hæc
rãmẽ poſſeſſio aut detentatio, ſi poſtea
non ſortiatur effectum, teſignario con-
uertitur in poſſeſſionem legirimam, et-
iam contra eum; & quod admiſſa reſi-
gnatione, ius aliquod non remaneat a-
pud Reſignantem; notat Paulus Æmi-
lius Verallus, *deciſ. 81. in prin. lib. 3.* Melius
Caſſiadorus, *de Renunciation. deciſio. 2. nu.
3.* eleganter *additi. ad deciſionem 4. Rota, de
Rennnciatio. in Nouis.* vbi Gomezium &
alias Rotæ deciſiones allegat, ſic etiam
intelligendum eſt, quod breuiter & cũ
Crecentino notauit Lancellott. *in tra-
ctat. de attentatis. 3. part. cap. 29. num. 9.* ele-
ganter etiam declatat idem Lancellot.
poſt hæc ſctipta viſus, *in d. tract. 3. part. c.
24. quæſt. 7. per totam*; præcipue *num. 2. &
num. 17.* Eſt tamen attenre legendus,
quia quando concedit remedia reſtitu-
toria, *Vnde vi, & attentatorum renuncianti
Spoliato*, loquitur contra Tertium, non
cõtra Reſignatatium, & ſic probant iu-
ra, & Dd. & deciſiones pet eum allega-
ræ, ratione euiuſdam ſtatus, & ſic loqui-
tur, *in d. num. 90.* contra vero ipſum Re-
ſignatarium, non admittit talem reſti-
tutionem, vt per eum, *in dict. num, 17.* qui
loquitut in caſu fortiori; Igitut ex his
vides, quod præiudicium Reſignantis
ex gratia, eſt extrinſeeum, & ipſe non
indicatur Poſſeſſot aduerſus Reſigna-
tarium; ideo citandus non eſt, vt ſupra
concluſum eſt.

Sexta concluſio. Executot † gratiæ, 31
ſiue eum clauſulis ſonantibus monitio-
nem, ſiue cum clauſulis ſonãtibus con-
ditionem, ſi Tertius compareat ante
perfectam executionem, tenetur eum
audite, ſaltem in via ſummaria, & aſſu-
mere partes Iudicis, Abb. *in d. Clem. in fi.*
Felyn. *in d. c. fin. n. 27.*

Septima concluſio. Executor eum
clauſula, *Vocatis † vocandis*, ſemper tene- 32
tur aſſumere partes Iudicis, & citare
partes, Abb. & Felynus, *vbi ſupra, nu-
mero, 23.*

Octaua concluſio. Executor † gra- 33
tiæ, ſiue cum elauſulis ſonantibus mo-
nitionem, ſiue conditionem, ſi vult, po-
teſt aſſumere partes Iudicis, & citare
partes & audire. Rota, *de reſcript. in An-
tiquioribus, deciſ. 7. & in Antiquis de con-
ceſſione præbend. num. 4. deciſ. 55.* Felyn. *vbi
ſupra, num. 16.* Mandoſius, *in tract. de moni-
toriis, quæſt. 60. num. 16. & in d. reg. 34. quæſt.
42. per totam.* In Francia tamen hoc non 34
admittitur quia ex concordatis, *in titul.
de cauſis*, executores non habent cauſæ
cognitionem, ſed ſolum executionem
putam: cauſæ vero cognitio remittitur
Ordinariis: vt per Franciſcum Marcũ,
deciſi. 159 part. 1. & 1157. num. 3. eadem par-
te docet etiam cum pluribus Rebuff. *in
forma Noua prouiſionis, verbo contradictores,
& verbo, & defendant inductum, & in gloſſa
ad dictas concordantias in forma mandati,
fol. 644. & 645. in paruis, & in cap. nulla, de
conceſſione præbenda, vigeſima nona, & tri-
geſima & trigeſima prima clauſulis manda-
torum.* Menoch. *de retinẽda vel recuperan-
da poſſeſſ. Remedio. 1. à num. 85. cum ſequen-
tibus.*

In Hiſpania † tamen, licet habeant 35
cauſarum cognitionem, & poſſint aſſu-
mere parres Iudicis, & ita praxis obſer-
uet: tamen intelligo in quantum id eſt
neceſſarium ad exequendam gtatiam,
vel ſuſpendendam eius exequutionem,
non tamen ad cognoſcendum ordina-
rie & integre de iuribus Partium, &
ptoferendam ſententiam diffinitiuam,
hoc enim ſolum Iudicibus ordinariis
compe-

competit in prima inſtantia, ſecundum determinationem *ſacroſancti Concilii Tridentin. ſeſſion. 24. cap. 20. de reformatione,* cuius protector eſt noſter Rex Philippus, & eius Regale Conſilium, quotidie ſe intromittit, circa eius obſeruationem.

36 Quare fere ſemper hodie † hæ executiones committũtur Ordinariis, qui poſſunt cognoſcere ex poteſtate ordinaria & delegata: vt per Felyn. *in cap. cum ex officio de præſcriptio.* Rebuff. *ad concordantias Franciæ, titul. de forma mandati, fol. 638. in paruis,* licet Rota, *de conceſſione præbendæ 19. in Nouis*, exiſtimauerit, quod, quia ſunt delegati, non vtuntur iuriſdictione ordinaria: allegat quædam iura, ſed tamen intelligenda eſt dicta deciſio, quod quoad executionem non vtuntur Iuriſdictione ordinaria, & in ea procedunt, vt delegati, ſed nihil impedit, quin poſſint cognoſcere de cauſa, etiam vt Ordinarii, ſi illis ſit neceſſarium, ad euitandos circuitus, & partib. iuſtitiam miniſtrandam: vnde ex iuriſdictione ordinaria poterunt plene de iuribus partium diſputare, & ſententiam diffinitiuam ferre.

37 Eſſetque neceſſarium ſic † ſemper fieri: ſed tamen multoties executiones ſimiles committuntur, aliis Ordinariis, aut non Ordinariis, & tunc quia partes appellant, & in gradu appellationis deducunt omnia iura ſua (tum, quia cauſæ committuntur ſtylo Rotæ, & Tribunalis Nuntii vna cum toto negotio principali, & ſic etiam non iuſtificata appellatione, remanet apud Iudices delegatos, qui poſſunt cognoſcere de negotio principali) & quoad delegatos à Papa, & cauſas in Curia Romana introductas, probat late dicens: eſſe ſtylum; Lancellottus *de attentatis 2. par. cap. 10. nu. 4. & 9.* Et quoad delegatos à Papa, & à Nuntio iuſtificata appellatione, vna cum toto negotio principali: late Couat. *in pract. c. 9. & per totum*, tum etiam: quia a collatione, & alio grauamine extraiudiciali, licite appellatur, late Francus, *in c. 1. de appellatio. & in c. bonæ, num. 16. eod. titu.* notant Dd. *in cap. concertationi, de appellat. in 6.* remanet fruſtrata prima inſtantia Ordinarii.

38 Limitatur tamen hæc † concluſio: quando conſtat de mente Pontificis, ex verbis gratiæ, quod voluit excludere cognitionẽ cauſæ, & remouere omnes exceptiones, tunc enim nõ poteſt executor partes Iudicis aſſumere, vt per Abb. & Felyn. *vbi ſupra*, Caual. *in d. deciſ. 21. num. 4. & 5. par. 1.*

39 Ex quo infertur, quod † executor datus cum clauſula: *abſque vitio ſpolii & attentatorum,* quia conſtat ex illa clauſula de voluntate Põtificis, iudicatur vt merus executor, & contra eum non datur remedium, neq; appellationis, nec reſtitutionis, ſi ſpoliet, vt conſtat, ex Paul. Æmil. Verall. *deciſ. 180. lib. 3.*

40 Ex quo etiam † infertur, quod executor Breuis ad capiendam poſſeſſionem alicuius beneficii, nomine Cameræ Apoſtolicæ cum clauſula (*citra vitiũ ſpolii, & attentatorum*) attẽta aliqua reſeruatione, non tenetur, neque poteſt citare partes, neque aſſumere partes Iudicis: tenetur tamen ſummarie verificare, quæ in Breui narrantur. Si vero Tertius compareat & alleget ſurreptionem Breuis, vel litem pendentem, ſuper eius ſurreptione, ſiue motã ex parte impetrantis ſuper iactationibus aduerſarii dicentis: *Breue ſurreptitium*; ſiue ex parte aduerſarii, hoc caſu tenetur partes ſummarie audire: alias ſi Breue nullam contineat ſurreptionem, omniaque expedientia ſint narrata Pontifici: tunc executor tenetur exequi, non obſtantibus, quibuſcunque exceptionibus: quia conſtat de mente Pontificis, qui voluit gratiam facere, & iura derogare, ob dictam reſeruationem: vt hæc omnia late & cõfuſe cum pluribus Rotæ deciſionibus, notat Lancellottus, *de Attentatis, 2. par. cap. 4. in præfatione, à numero 394. vſque ad numerum 448. & in prima parte cap. 3. num. 66. & in d. c. limitatione 12. per totam, & in d. 2. part. cap. 12. limitatione 30.*

41 Ex quo etiam † infertur, quod ſi duo litigarent in Rota ſuper aliquo beneficio reſeruato, & Tertius aliquis, qui non

erat in lite prouiſus à Papa, haberet poſſeſſionem, executor Breuis non poſſet eum non auditum ſpoliare, dummodo haberet titulum coloratum; quia tunc bene conſtat eſſe ſurreptitium, & defenderetur in Regali Conſilio in ſua poſſeſſione, ſi tamen titulus eſſet habitus ab Ordinario, vel lite pendente in Rora ſuper eo, vel ſtante reſeruatione beneficii, qua durante vacauit (vt pura in mẽſibus reſeruatis, neq; Ordinarius habuerit aliquam iuſtã aut coloratam rationem prouidendi, non obſtanre reſeruatione, vt quia eſt de iure patronatus Laicorum.) tunc prouiſus erit notorie intruſus, & abſq; eius citatione poteſt executor exequi dictum Breue, nec iudicatur ſurreptitiũ, vt infra latius dicetur, & conſtat ex traditis de ſpoliato à beneficio reſeruato non teſtituẽdo, à Mandoſio, *in 1. par. regularum Cancellariæ, Regul. 1. q. 3. per totam*, & beneficiis iuris patronatus Laicorum, quæ non cadunt ſub reſeruationibus ab eod. *d. Reg. 1. q. 10. per totam.*

42 Nona concluſio. Executor † merus nominatus ab Auditore Cameræ ad faciendam collationem & dandam poſſeſſionem beneficii, licet de mero iuris Rigore nec poſſit Partes Iudicis aſſumere, nec poſſit alios audire, qa omnino merus executor eſt, ex Abbat. & Felyn. *vbi ſupra*, tamen de æquitate, ſi Tertius comparear, & oſtendat eſſe poſſeſſorem beneficii, & poſſidere cum titulo colorato, ſeq; nunquam citatum & audirum, graueq; ſibi damnum imminere ex ſpoliatione, præcipue, ob diſtantiam Romanæ Curiæ, vt in his Regnis contingit, tenetur eum audire, ſaltem ad effectum ſuperſedendi in executione, reſcribendo aut remittendo dicto Auditori, vel alias Iudici competẽti, quod iam vidi factum & declararum vim fieri, ſi id non fiat: & certe ſi nõ fieret, plures abſq; cauſa & ratione ſpoliarentur ſuis beneficiis: quod conſtat ex late traditis a Nauarro & doctoribus, *in capit. ſi quando, de reſcript.* & ab Abb. & aliis, *in c. paſtoralis, §. quia vero, de offic. delega.* & per Marantam, *in ſuis diſputationibus, diſputatione 1. per totam*, & faciunt, quæ de Nuntio dato ad exequendum, qui debet ſuperſedere, quando noua cauſa ſuperuenit, quæ ſi iudicanti cognita eſſet, etiã ipſe ſuperſederet, & quando notoria eſſet exceptio, & damnum eſſet irreparabile, cum Fely. Abb. & aliis, *in d. §. quia vero*, & cum Abbate, Felyn. & aliis, *in capit. de cætero, de re iudicat.* notat Menoch. *in tractat. de arbit. iud. lib. 1. quæſt. 38. à num. 21. cum ſequentibus*, & faciunt, quæ ipſe, *in num. 11.* notat de Iudice requiſito ad exequendum ſententiam alterius, coram quo exceptiones opponuntur, faciunt etiam, quæ de Tertio oppoſitore & poſſeſſore, qui ſe opponit coram Iudice requiſito, ad defendendam ſuam poſſeſſionem, quia Iudex requirẽs longe diſtat, notat Couarr. *in ſuis Practicis, capit. 16. numero 5.* Acebed. *in l. 6. titul. 17. num. 7. libr. 4. Recompilat.* vbi dicit, quod merus executor poteſt audire de notoria iniuſtitia.

Ex quo infertur, quod † iſte executor poreſt recuſari a poſſeſſore ſe opponente, quod non poſſet, ſi non haberet aliquam cauſæ cognitionem, ſaltem ad dictum effectum: vt conſtat ex his, quæ de compulſore & executore notat Lancellottus, *in tractat. de attentatis, 2. part. capit. 6. à numero 12.* vbi dicit, quod poſſunt recuſari ex eo, quod habent aliquam cauſæ cognitionem, & latius de compulſore, Quinctilianus Mandoſ. *in tractat. Commiſſionum, Commiſſio. 26. 11. quæſt. Ex his finitur, §. ſecundus, de iuriſdictione Executorum.* 43

§. 3.

Prima concluſio. Executor † gratiæ cum clauſulis (*amoto quolibet illicito Detẽtore & Contradictore, &c.*) habet ſolum iuriſdictionem contra eos, qui de facto, & non de iure contradicunt, vt pore intruſos, quos per Cenſuras compellere poteſt ad dimittendum beneficium, & reſtituendos fructus, non tamen habet iuriſdictionem contra eos, qui de iure contradicunt & poſſident, ſaltem cum titulo colorato, in quorum fauorem tenetur in executione ſuperſedere 44

&

& cauſam remittere, licet ipſi taro faciant, vt per gloſſ. *in capit. pro illorum, verbo, Contradictores, de præbend.* & ibi Innocen. Abb. & omnes, late Nauart. *in capit. cum contingat, in octaua cauſa nullitatis per totam, de Reſcript.* Rebuff. *in ſua praxi beneficiali, in forma Noua prouiſionis*, verbo, (*amoto quolibet illicito Detentore.*) Staphilæus, *in tractat. de literis gratiæ & iuſtitiæ, tit. de vi & effectu clauſularum, fol. 179. nu. 4. in paruis*, notat Puteus, *deciſ. 271. num. 6. lib. 3.*

45 Poteritque etiam † Executor, ſi hi ſinr intruſi, & de facto contradicāt, procedere contra eos, ſpreta eorum appellatione, nam ab executote gratiæ non excedente, nō datur appellatio, ſaltem ad effectum ſuſpenſionis, vt colliges, *ex deciſione Rotæ de appellat. 45. in Nouis*, & ex Franciſc. Marco; *deciſione 100. prima part. num. 1.* Pariſ. *conſ. 28. num. 12. lib. 4.* late Lācellottus, *in tract. de attentat. 2. part. capit. 12. num. 37.* idem *à nu. 22.* Et facit; quia intruſus non eſt reſtituendus; nec tuendus in ſua poſſeſſione, vt ſupra dictum eſt cum Menoch. & aliis, notat Felyn. *in cap. cum olim, num. 11. de re iudicat.* & Pariſ. *conſil. 47. num. 32. lib. 4.* & intruſus non poteſt dare obiectus, & non auditur appellans, vt late per Lancellottū, *in d. tractat. de attenta. 1. par. cap. 3. à num. 69. cum ſequentibus.* Et intruſus is dicitur, qui pro-
46 uiſus eſt ab † Ordinario de beneficio, quod vacauit in menſe vigore alternatiuæ Papę reſeruato, vel qui prouiſus eſt ab Ordinario de alio beneficio reſeruato, neque etiam iſte eſt citandus de ſtylo Rotæ, *vt in deciſione 18. de reſtitutione ſpol. in Antiquis.* niſi intruſio ſit excuſabilis, vt per Mandoſ. *in reg. 1. quæſtio. 3. per totam.* intruſus etiam dicitur, qui habet titulum beneficii ab eo, qui ſibi dare nō poteſt; vt late per Rotam; *deciſio 13. de cauſa poſſeſſion. & proprietat. in Antiquis.* Innoc. & Dd. *in cap. nihil eſt, de electione.* Gutierrez. *conſil. 10. num. 11.* Mandoſ. *in regul. 29. quæſt. 4. & de monitoriis quæſt. 6. à num. 37.* Lancellottus, *vbi ſupra*, & intruſus eſt, qui lite pendente intrat poſſeſſionem rei, ſuper qua litigatur. Caſad. *deciſ. 9. de cauſa poſſeſſion. & propriet.* Etetiam eſt intruſus, qui cum ſola ſignatura capit poſſeſſionem beneficii. Rebuff. *in titul. de pacificis poſſeſſoribus, numero 51.* & quis dicatur intruſus ponit Selua, *in tractat. de beneficiis 3. part. quæſtion. 11. in quinta qualitate*: Gomez. *in regula de triennali poſſeſſion. quæſtio 27. & 47. & 48.* ponit etiam Maſcatd. *de probat. 2. par. concluſio. 937.*

Obiter tamen † aduerte, quod non 47
eſt intruſus habens titulum ab eo, qui dare poteſt, licet de vitibus tituli diſputetur, vt per Pariſ. *conſil. 125. num 25. lib. 4.* & ideo Executor nō poteſt contra eum procedere, neque eum ſpoliare, & ſua appellatio operabitur effectum ſuſpenſiuum, vt per Lancellottum, *vbi ſupra*, quia tunc Executor excedit à forma mandari, & ab executore excedente bene appellatur, *vt in l. ab executore, ff. de appellation. & in l. ab executione, C. quorum appellationes non recipiantur*; & notant Dd. *in dict. capit. cæterum*, & ſic quotidie praxis obſeruat; & Iudices ſupremi ſolent declarare, fieri vim ab execurore exequente in poſſeſſoris titulati præiudicium.

Nota etiam, quod † ſi intruſio ſit in- 48
tricata & nō clara, propter aliquas cauſas coloratas eam excuſantes, tunc intruſus debet audiri, & executor nō poteſt contra eū procedere, ſpreta appellatione, ex his, quæ de intruſione offuſcata, notat Lancellottus, *in locis ſupra allegatis.*

Præterea aduerte, quod † prouiſus 49
ab Epiſcopo de beneficio vacante in menſe reſeruato, per alternatiuā dicitur intruſus, ſi alternatiua ſit ab Epiſcopo acceptata: nam nō operatur effectū ſuū, abſque acceptatione Epiſcopi: vt conſtat ex omnibus alternatiuis, Pii, Gregorii, & Sixti, & aliorum Pontificum in fin. & colligitur ex his; quæ de gratia non acceptata notat Puteus, *deciſio. 330. lib. 2.* quia per dictam alrernatiuam fuit facta reſeruatio octo mēſium, cum clauſula decreti irritantis, & ſic Epiſcopus in illis non poteſt conferre, & prouiſus eſt intruſus, *ex ſupra dictis.*

Tum etiam aduerte; quod † dicta 50

gratia loquitur ſolum in fauorem Epiſcoporum, & Archiepiſcoporum, & Primatum, & non aliorum. Cæteri Collatores, etiamſi Ordinarii ſint, non habebunt amplius, quam quatuor menſes ad conferendum, qui non reſeruantur in dicta alternariua, qui ſunt, Martius, Iunius, December, & September, in aliis vero, quia reſeruatis, ex dictis alternatiuis conferre non poſſunt.

51 Nota etiam, quod † Sede Pontificali vacante, extinguitur dicta reſeruatio & alternatiua. Et Epiſcopus poterit conferre ex poteſtate ſibi data à iure communi, vt elegantiſſime notat Æmilius Verallus, qui dicit ſic deciſum in Rota, *deciſio. 214. à num. 3. lib. 2* & faciunt, quæ de alternatiua notat Quinctilianus Mandoſ. *in regulis Cancellariæ, regul. 27. quæſt. 16. & regula. 11. quæſt. 11.* vbi etiam dicit, quod Epiſcopus non poteſt vti gratia alternatiuæ, niſi poſt acceptationem, & literatum expeditionem, ex his igitur conſtabit, quis ſit vel non ſit intruſus ad effectum executionis, ſpreta appellatione, de qua agimus in hac concluſione prima.

52 Quæ tamen limitatur † duobus modis admodum neceſſariis, primo, in caſibus, in quibus diximus, executorem non teneri aſſumere partes Iudicis: tũc enim, ſi poſſeſſio ſit vacãs, non excedit, & ideo ab eo non poteſt appellari, & facit; quia Tertius non poteſt impedire executionẽ ſententiæ, ſi ipſe non poſſideat, & poſſeſſio ſit vacans, *ex l. is à quo, ff. de rei vendicatione*, & cum Couarruuia & aliis, *deciſio. Peruſina vigeſimaſexta, à nume. 12.*

53 Secũdo limitatur, niſi † reſcriptum, aut gratia ſit ſurreptiria, & intruſus alleget de ſutreptione, tunc debet audiri, & executor non poteſt procedere contra eum, nec eum ſpoliare: vt colligitur ex notatis per Compoſtellanum, *in capit. mandatum, verſiculo ſed pone, de reſcript.* quod confirmatur; quia ſurteptio vitiat ipſo iure gratiam & dationem executoris & inficit eius iuriſdictionem, vt per Felyn. late, *in capit. ad audientiam. 2. de reſcript.* & cum Abbate, Felyn. & aliis, late Nauarr. *in dict. capit. cum contingat prima nullitatis cauſa, à numero 1. & per totam*, & ipſe executor cognoſcit de ſurreptione ad effectum ſuperſedendi: vt per eundem Felyn. *vbi ſupra, & in cap. paſtoralis, §. quia vero, numero 6. de officio delegat. & in d. capit. final. numero 36.* Menoch. *in dicto tractat. de arbitra. iud. lib. 1. quæſtione 38. in fine.*

Et non ſolum intruſus † poteſt allegare de ſurreptione, ſed etiam de non iure impetrantis, dummodo non ſit obſcurum & intricatum, ſed clarum, licet non clariſſimum vel notorium, & per conſequens etiam de iure Tertii claro excluſiuo iuris agentis, ad effectum obtinendæ abſolutoriæ, & non Canonizationis ſui tituli, quod nullum eſt, ex doctrina Bartol. *in l. ſecunda, de exceptione rei iudicata*, & ita iudicat Rota: vt per Caſſador. *deciſione ſecunda de ſentent. & re iudicata, numero ſecundo & tertio.* & eſt elegans deciſio Rotæ in Antiquis, *de reſtitutione ſpoliatorum, 18. in fin.* & ita etiam iudicauit Rota coram Puteo, *deciſione 366. libro 1. per totam*, & cum Abbate, Ancharan. & aliis his non relatis Quinctilian. Mandoſ. *regul. 27. quæſt. 13. num. 3. & 4.* vbi, quod ſola ſupplicatio ſignata alicuius Tertii, licet Literæ non fuerint expeditæ, ſufficit ad docendum de iure Tertii, & excludendum agentem, & quod ita iudicauit Rota, tum etiam ſola 56
collatio & immiſſio executoris in poſſeſſionem alicuius Tertii ſufficit, licet non conſtet de verificatione gratiæ & proceſſu executoris: vt per Puteum, *vbi ſupra*, & ſi ſufficit allegare de iure Tertii, & ad id admittitur intruſus, *vt per ſupra dicta*: multo magis ad allegandum non ius ipſius impetrantis, ob defectum alicuius ex diligentiis neceſſariis, vt colligitur ex his, quæ notat Caſſadorus, *vbi ſupra.*

Neque obſtat, quod † ſupra diximus 57
cum Lancellotto & aliis, quod intruſus non poteſt dare obiectus ad excludendum agentem: nam ipſe, & per eum allegati loquũtur de intruſione facta, lite pendente, in odium attentantis contra formã Capituli, ſi hi, contra quos, vt lite penden-

pendente *lib. 6.* & ſic diſtinguit deciſio Rotæ, *vbi ſupra.*

58 Et an intruſus † ſpolians poſſit dare obiectus, notatur etiam *in capit. in literis, de reſtitutione ſpoliat.* & colliges ex late in beneficialibus notatis per Menoch. *in tractat. de recuperand. poſſeſſion. remed. 15. à num. 43. & à numero, 443. cum ſequent.* & à Lancellott. *in tractatu de attentatis, 3. parte, cap. 24. quæſtion. 1. à numero, 1. cum ſequentibus, & cum aliis quæſtionibus ſequentib.* Et communiter concluditur, quod exceptio incapacitatis & notorii aut clari, non iuris perentis reſtitutionem beneficii obſtat illi: ſolum eſt ſpeciale in caſu dicti capituli, *ſi hi, contra quos*, quę omnia notabis, quia ſingularia ſunt.

59 Aduerte etiam, quod † licet ſupra dictum ſit, quod executor non habet iuriſdictionem contra contradicentem de iure, id intelligitur, quoad effectum procedendi ad exequendam gratiam in præiudicum illius, qui de iure contradicit, non tamen negamus, quin eam habeat, quoad effectũ cognoſcendi de iuribus partium, & ſuperſedendi in executione, videns iuſtitiam contradicentis: prout ſupra in aliis concluſionibus affirmaui.

60 Secunda concluſio. Executor † gratiæ cum clauſula (*inducentes & defendentes inductum*) non ſolum habet iuriſdictionem ad ponendum in poſſeſſione beneficii impetrantem, & faciendum ei reſponderi de fructibus, ſed etiam ad defendendum eum poſt immiſſionem, ſi ab aliquo Tertio moleſtetur, & hæc poteſtas anno durat: vt per text. & ibi Abb. & Felyn *in cap. quærenti, de officio delegat. numero, 10.* & hanc etiam concluſionem affirmant Menoch. Rebuff. & alii per me allegati in hac quæſtione, *§. 2. concluſion. 8. à numero 33. cum ſequentibus.*

61 In Gallia tamen † hæc concluſio non practicatur: quia facta executione, executor functus eſt officio ſuo, & poſtea tota iuriſdictio Ordinatiorum eſt. & qui turbatur in poſſeſſione, coram Ordinario conqueri debet, per cõcordantias de cauſis ſupra allegatis, & ita notarunt Rebuff. Marcus, & Menoch *in d. 8. concluſione citati.*

In Hiſpania † etiam ex Bullis conceſſis in fauorem Potentiſſimi Regis noſtri Philippi à Summis Pontificibus felicis recordationis Pio Quinto & Gregorio Decimotertio, quibus, eum dicti ſacroſancti Concilii Tridentini protectorem faciunt, credo, quod ſeruaretur idem, quod in Gallia, & quod cauſa contra turbantem, remitteretur Ordinatiis, & ſuper hoc darentur reſcripta in ſupremo Conſilio. 62

Et de iure † communi Abb. & Ioannes Andreas, *in dict. cap. quærenti,* exiſtimabant, quod perfecta executione, ſi aliquandiu pacifice poſſidebat impetrans, erat extincta iuriſdictio delegati aut executoris, non obſtantibus dictis clauſulis, ob quas moti fuerunt omnes ſupra dicti, & etiam ſeruare Curiam affirmat Staphilæus, *in dict. tract. de literis gratiæ & iuſtitiæ, tit. de vi & effectu clauſularum, fol. 130. in paruis.* 63

Ex quibus infertur, quod † meri executores cum clauſula, *cæterum*, (qui ſolent de ſtylo dari penſionario, in reſeruatione penſionis, vel præſentantibus gratias coram Auditore Cameræ) in hoc Regno ſtante forma dicta, Sancti Concilii, de qua ſupra, non poterunt poſt perfectam executionem iuriſdictionem exercere, licet in fauorem pẽſionarii, contrarium aliquando de facto obſeruatur, id tamen intelligo contra contradicentes de iure, contra quos in prima inſtantia debet recurri ad Ordinarios: contra vero turbantes de facto, non erit inconueniens, ſi procedant ad extraiudicialem compulſionem, quando clauſula ſonat perpetuitatem. 64

Tertia concluſio. Executor † deputatus in defectum primi, nõ poteſt exequi gratiam, & dare titulum, collationem & poſſeſſionem impetranti, niſi prius requiſierit primum Ordinarium, & ei terminum competentem aſſignauerit ad exeſequendum, & eum citauerit & audiuerit, & ſi ipſe primus executor aliquas rationabiles cauſas alleget, 65

ob quas non potuit gratiam exequi, differtur executio, & tenetur eum audire, & ſuperſedere in executione, & ſi aliter faciat, nulliter procedit: Etiam ſic conſului dum caſus in facto accidiſſet, & vidi cauſam remiſſam primo executori, quia ſecundus ſine ratione in ea ſe intromiſerat & inhibuerat. ita notat Felyn. *in capit. fin. de præſumption. circa finem*, notant Innocen. & Abb. *in dict. Clement. 1.* notant etiam Dd. *per text. ibi, in capit. ſi Capitulo, de conceſſione præbendæ, in 6. facit text. & ibi*, late Abb. *in cap. accepimus, de ætate & qualitate.* notat Staphilæus, *in dict. tract. in 4. forma mandatorum, de prouidendo à nu. 1. fol. 9.*

66 Confirmatur: quia † quando dati ſunt plures executores ad exequendam gratiam, vnus in defectum alterius, non poteſt aliquis ex eis procedere, vſque dum conſtet de impedimento alterius, & ad hoc quod conſtet de impedimento, debet requiri primus etiam trina requiſitione, vt cum Ægidio & aliis exiſtimat additio *ad deciſionem 5. de officio delegat. in Nouis.* Rota allegat gloſ. *verbo, requiſierunt, in Clement. dudum de ſepulturis*, facit deciſio Rotæ prima, *de probationibus in Antiquioribus, & deciſio 7. de officio deleg. in Nouis.*

67 Quarta † concluſio. Executor gratiæ poteſt committere examen, & alia pertinentia ad executionem, vt per Rotam, *de conceſſion. præbendæ, deciſion. decima octaua. in Nouis, & in Antiquis deciſ. 63. eiuſdem tituli, textus expreſſus in Clementin. Iudices de officio delegat.* etiamſi eius ſit onerata conſcientia, vt per Rotam, *de ſententia & re iudicat. deciſione quarta, numero 4. in Antiquis*, quod eſt notandum ad gloſſam, & ibi notata *in Clementin. 1. verbo, oneramus, de iurepatronatus.* Tene-
68 tur tamen ſequi boni † viri arbitrium, ex dicta gloſſa, & ex Menochio, cum aliis, *in dicto tractatu libr. 1. quæſtione octaua, num. 49.*

69 Neque obſtat text. † *in cap. fin. §. ceterum, de officio deleg.* Nam procedit in delegato ad nudum actum facti, in quo induſtria perſonæ requiritur, vt eſt prædicare, confiteri, legere & ſimilia: tunc enim omnino videtur electa induſtria perſonæ, vt per Abb. & Felyn. ibi, & Verotius, *in cap. quoniam Abbas à num. 111. de officio delega.* & tunc etiamſi per alium æque idoneum adimpleretur mãdatum, ſufficeret, vt colligitur ex traditis per Doctores, *ibi, & in l. inter artifices, ff. de ſolution.* & ſupra dicta de noſtro executore confirmat Felyn. *numero ſecundo, in dicto capit. final. §. ii autem, de officio delegat.*

Et in tantum hoc eſt † verum, quod 70
licet Summus Pontifex dederit ſecundum executorem in defectum primi vel plures executores, non eſt locus recurſui, ſi primus executor ob impotentiam, vel alias occupationes per alium adimpleret mandatum & ſuam executionem, *vt per dict. Clementin. Iudices*, determinat Rota, *de officio deleg. in Nouis, & ibi additio.*

Debet tamen, quando † delegat ex- 71
amen, aut aliam cauſæ cognitionem committere perſonis conſtitutis in dignitate, ſecundum formam *d. cap. ſtatutum*, vt diximus, *in §. 1. concluſ. 1. huius quæſtionis.*

Quinta concluſio. † Executor ad 72
prouidendum de beneficio poteſt inhibere Ordinario procedenti, & idem de ſuperexecutore, ita Lapus *allegat. 60.* Mandoſius *in tractat. de inhibition. quæſtio. 55.*

Sexta concluſio. Executori † non eſt 73
a iure præfixum tempus ad prouidendum, niſi in gratia ſibi ponatur, vt per Dd. præcipue Rebuff. *in cap. 2. de conceſſione præbend.* idem Rebuff. *ad concordantias Franciæ, titul. de forma mandati, folio 643. in paruis.* Staphilæus, *in tractat. de literis gratiæ & iuſtitia, titul. quibus modis exſpirent literæ ad beneficia, folio 210. numero quinto.*

Septima concluſio. Poteſtas † Ex- 74
ecutoris dati ad prouidendũ, etiãſi poſſit aſſumere partes Iudicis, reintegra durat mortuo Papa, quemadmodum ipſa gratia: datus vero cũ clauſula, *vocati vocandis*, quia eſt Iudex delegatus, non durat re integra, quemadmodum, neq; alterius ad lites delegati, vt per Rotam, *in ti-*

in titul. de officio delegat. deciſione. 12. in Nouis.

75 Octaua & vltima concluſio. Epiſcopus ſucceſſor, etiam non conſecratus, exequitur gratias directas ſuo prædeceſſori, ratione dignitatis, Rota *de officio delegati, deciſio. 17. in Nouis, & ibi additio & in Antiquis de reſcipt. deciſio. 30.* Ægidius Bellamera, *deciſione 14.* Et cum his remanet expedita hæc quæſtio, in qua ſolum tractauimus de his, quæ frequentius in hac quæſtione & materia ſolent contingere nouiter practicantibus, quod fuit neceſſarium, quia materia inter Auctores eſt admodum diſperſa, & in praxi ſæpius in ea errant hi, qui in cauſis Eccleſiaſticis, & ſtylo Curiæ parum ſunt verſati.

QVÆSTIO V.

VTrum minor, qui ſucceſſit maiori, (qui cum alio litigabat, & lis eius tempore concluſa eſt, ad ſententiam diffinitiuam, quo mortuo, lata eſt ſententia, & intimata eius Procuratori, qui effectus fuit dominus litis) reſtituatur aduerſus ipſam ſententiam, vel aduerſus tempora lapſa ad appellandum & præſentandum ſe in gradu appellationis, & an pendente ipſa reſtitutione, poſſit exequi ſententia ipſa, quæ iam tranſacta erat in rem iudicatam.

SVMMARIA.

1 *Minor reſtituitur contra ſententiam, & quomodo, & corã quo Iudice petenda ſit, & quid debeat probare minor, nu. 3. & 4. & quod eo reſtituto, reſtituitur aduerſarius. nu. 5.*

6 *Minor reſtituitur aduerſus lapſum termini, & coram quo ſit petenda reſtitutio, num. 7. & non eſt neceſſaria probatio, num. 8. etiamſi litigauerit per Procuratorem, num. 8. col. 3. & num. 3. & 10.*

11 *Minor poteſt petere reſtitutionem aduerſus ſententiam, etiamſi appellauerit Procurator*, & de intellectu legis ſi minoris, ff. de adminiſtratio. Tutor. *& num. 12. 13. & 14.*

15 *Minor ſuccedens maiori, an reſtituatur*, & de intellectu. l. Æmilius, de minor. & aliarum legum, *& nu. 16. & 18. & an in iudiciis, quaſi contrahatur, num. 20. & quid ſi lis fuit agitata per Procuratorem prædeceſſoris, num. 21.*

22 *Declaratio* ad d. l. Æmilius, *num. 23. 24. 25. 26.*

27 *Declaratio tex.* in l. 2. C. ſi aduerſus venditionem, *num. 28. 29. 30 31.*

32 *Declaratur tex.* in §. in hac. l. cum filius, de verborum obligatio.

33 *Amplius declaratur* d. l. Æmilius, *nu. 34.*

35 *Declaratio* ad l. 10. tit. 17. lib. 4. Recompilatio.

36 Ad gloſſ. in d. §. in hac.

37 Ad l. etiam ei, ff. de minoribus, *nu. 38. & 39.*

40 *Minor reſtituitur aduerſus actum damnoſum ſuo tempore contingentem.*

41 *Et ſi dependeat à præterito.*

42 Ad §. in hac intellectus.

43 Ad l. ſane, C. de non numerata pecunia.

44 Ad l. ait prætor, ff. de minoribus, *& n. 45. & ibi*, ad §. idem ſcribit. *46.*

47 *Mandatũ Procuratoris confirmatur morte, & nu. 48.* vbi de praxi agitur.

49 *Reſtitutio an impediat executionem, plures authores citantur, & num. 50.*

51 *Reſtitutio habet effectum ſuſpenſiuum, vt appellatio, nec ea pendente, poteſt fieri nouitas, num. 52. nec eſt facienda, diffinitiua an requirat altiorem indaginem, vel nu. 53.*

54 *Declaratur Lancellot. an ſufficiat ſola petitio reſtitutionis.*

55 *Reſtitutio ſi fuit petita, poſt inceptam executionem, an eam ſuſpendat, & nu. 56. amplius, nu. 57.*

58 *Reſtitutio petita aduerſus tres cõformes, an impediat executionem. & num. 59.*

pars adhuc ſe non præſentauit in gradu appellationis: *vt per ſupra dictos*, & per Rebuff. *vbi ſupra, in præfatione, num. 16. & 17.* & Cald. *vbi ſupra*, facit deciſ. Rotæ. *de dol. & contumacia ſecunda, in Nouis.*

8 Tunc etiam in hac † reſtitutione cōcedenda; nō eſt neceſſaria probatio læſionis, vt eſt magis vera & communis opinio, quę in praxi quotidie admittitur, vt per Acebed. Veſtrium, Rebuff. Ioan. Garz. & alios, *vbi ſupra.*

9 Quod obtinet † etiamſi Procurator ſit ſoluēdo, & minor litigauerit per Procuratorem, vt in noſtris tribunalibus admittit Praxis, ſecundum Acebed. & Ioann. Garz. *vbi ſupra*, allegant, *d. l. 6. tit. 19. part. 6.* licet de iure communi id fuerit controuerſum, *vt per ſupra dictos.*

10 Tertio præmitto, † quod etſi minor litiget per Procuratorem, ſi tamen damnū reſultet minori, reſtituitur minor aduerſus actus geſtos cum ſuo Procuratore, probata læſione, *vt eſt text. in l. penul. ad fin. Cod. ſi aduerſus rem iudicatam, & ibi gloſſ. verbo, neceſſarium, & in l. fin. & ibi gloſſ. verbo, conſtat, eod. tit.* facit etiā tex. *in l. cum mandato, ff. de minorib.* notat Rebuff. *in d. tit. de reſtitutione, gloſſ. 2. art. 1. à nu. 4. & num. 21.* Acebed. *in l. 3. tit. 8. nu. 21 lib. 4. Recompil.* & ſic practicatur, vt per eundem, *vbi ſupra.*

11 Quarto præmitto, quod minor poteſt petere reſtitutionem aduerſus ſententiam, etiamſi ſuus Procurator appellauerit, *vt eſt gloſſ. elegans, verbo, conſtat, in d. l. fin. C. ſi aduerſus rem iudicatam*, quæ allegat *l. fin. minoris, ff. de adminiſtratione Tutorum*, & eam tacite videntur ſequi auctores *ibi*; maxime Paul. de Caſtro, ſed *d. l. minoris* nō probat eius concluſionem, nam ibi non conſtat, quod Curatores dati minori, qui litigabant cum Tutoribus, qui antea fuerant minoris, appellauerint à ſententia in fauorem Tutorum lata, & quod poſtea minor petierit reſtitutionem in integrum contra illam ſententiam, imo ex illo tex. totum contrariū colligitur, in quo apparet, quod Curatores, ob negligentiam in lite cōmiſſam, fuerunt condemnati in minoris fauorem; igitur non appellarunt: nam ſi appellaſſent, non fuiſſent negligentes, neque minor potuiſſet eos conuenire ante cauſam finitam: tunc etiam IureConſultus ibi nō dicit, quod minor petiit reſtitutionem contra Tutores, ſed quod petere poteſt, & ideo cedere tenetur, præterea ſi Curatores appellaſſent à ſententia lata in fauorem Tutorum, fruſtra IurisConſul. laboraſſet, in inquirendo, an minor deberet eis cedere reſtitutionem contra Tutores, cum ipſi in gradu appellationis abſque reſtitutione omnia poſſent allegare & probare, quæ ſibi & minori competebant, & verbum, *prouocantes*, de quo in illo text. intelligitur de prouocatione facta à Curatoribus à ſententia contra eos lata, in fauorem minoris, & ſi ad ſaluandum gloſſ. dicas, quod ceſſio fuit neceſſaria, non ſolum ad petendum reſtitutionem, ſed etiam ad ſequendam appellationem, quod nos non affirmamus, ſed remittimus ad notata, *in l. 1. C. de tranſactio. & in leg. 1. §. fin. & penult. & antepenultimo, ff. de Tutelis; & rationibus diſtrahendi*, reſpondetur, quod adhuc manet ſcrupulus dictus, ſcilicet, quia non conſtat, quod Curatores appellauerint à ſententia lata in fauorem Tutorum, & conſtat de contrario, *vt dictum eſt*: verius igitur eſt ad illum text. quod ſi minor, aut eius Curator non appellat à ſententia lata pro Tutore, & poſſet minor damnum exigere à Curatore, nihilominus ſalua ſit illi reſtitutio aduerſus illam ſententiam, quam poteſt cedere, & hoc probat *dict. l. minoris*, & text. elegans & expreſſus, qui bene declarat dictam legem, *in leg. alterius, §. fin. ff. de Tutel. & ratio. diſtrahend.* vbi IurisConſul. ait, quod non eſt inutilis actio reſtitutionis, quam habent minores contra ſententiam latam pro Tutoribus, etiamſi Curatores illis condemnati ſint, & hanc cedere debent Curatoribus ſoluentibus pro Tutoribus oppoſita doli exceptione, & hic eſt verus & genuinus intellectus *d. l. ſi minoris.*

Nihilominus tamen † vera eſt opinio 13
gloſſ.

gloſſ. & tenenda, propter auctoritatem
Accurſii, quæ confirmatur, quia, vt Pau-
lus dicit, *in d. l. fin.* in hoc caſu plenius
prouidet reſtitutio aduerſus ſenten-
tiam, quia excuſat minorem à fatiga-
tione expenſarum, quæ illi poſſunt ob-
uenire, ſi Iudicem appellationis forſi-
tan longinquum adiret: & quando re-
medium reſtitutionis plenius prouidet;
quam remedium ordinarium appella-
tionis, poſſunt ambo concurrere ex
eod. Paul. *ibi*, & notat late Bart. *in l. in pro-
uinciali, ff. de noui oper. nunc.* Capicius, *deci-
ſion. 97.* nouiſſime Vincentius Francus,
decíſ. 148. nu. 4. part. 2. & facit elegans de-
ciſio Rotæ, *de reſtitut. in Antiquis, deciſ. 4.
alias. 199.*

§. 2. De Quæſtione.

14 His ſic † præmiſſis, quæſtio ſubdiui-
ditur in duas partes principales, prima
eſt; an dicto minori concedatur dicta
reſtitutio; ſiue ad appellandum, vel ad
appellationem proſequendam, ſiue cō-
tra ſententiam ipſam? Secunda pars, an
pendente articulo reſtitutionis poſſit
exequi ſentētia lata contra anteceſſorē
minoris in rem iudicatam tranſacta, ſi-
ue reſtitutio principaliter & per viam
actionis ſit propoſita, ſiue vero inciden-
ter per viam oppoſitionis & exceptio-
nis ad impediendum ipſam executio-
onem iure communi & Regio.

Ad primam partem deueniendo, vi-
15 detur non † concedi dictam reſtitutio-
nem; quia minor ſuccedens maiori, non
reſtituitur aduerſus actus dependentes
à facto vel cōtractu maioris, etiamſi da-
mnum ſuo tempore perfectionem ac-
ceperit, tex. expreſſus, *in l. Æmilius Largi-
anus, ibi, pater, non ipſa contraxerat, ff. de mi-
noribus*, vbi ex ſententia I. Conſulti ad-
uerſus Imperatorem, minor non reſti-
tuitur aduerſus non ſolutionem pecu-
niæ debitæ, & commiſſum legis cōmiſ-
ſoriæ, in quod incurrerat, ob dictā non
ſolutionem; quia pater, non ipſa contra-
xerat, & in cōtractu ad eius obſeruatio-
nem appoſuerat pactum legis commiſ-
ſoriæ, tex. etiam expreſſus, *in l. 2. C. ſi ad-
uerſus venditionem pignoris*, vbi ſi creditor
ex pacto appoſito cū defuncto, ob non
ſolutionem debiti à defuncto contracti,
vendat pignus, licet id acciderit tem-
pore minoris, quia minor non ſolue-
rat, non reſtituitur minor aduerſus i-
pſam venditionem, facit etiam tex. iun-
cta gloſſ. *in l. cum filius, §. in hac, ff. de ver-
borū obligat.* Vbi minor abſens † & igno- 16
rans; ligatur ex pacto & contractu ſui
prædeceſſoris, licet ex ſua contrauenti-
one ignoranter facta, damnum ſibi ob-
uenerit, neq; reſtituitur iure minoris: vt
gloſſ. ibi ſentit, & fatetur, facit etiā tex.
in l. ſi inter, C. de non numerata pecunia, vbi
biennium, ad opponendam exceptio-
nē non numeratæ pecuniæ currit mino-
ri, abſque ſpe reſtitutionis, ex chyrogra-
pho; & confeſſione ſui prædeceſſo-
ris. Et aduertendum eſt, quod † tex. ille 17
loquitur de tempore legali, & non con-
uentionali, aduerte etiā, quod dicit, et-
iamſi pupillus ſit, & hanc opinionē te-
nuerunt Bart. & alii cū Iuris Conſulto.
ibi, contra Imperatorem; *in d. l. Æmilius,
& in l. etiam ei, ff. de minoribus*, Paul. Bald.
& Salycetus, *in l. vnica, C. ſi aduerſus vſuca-
pionem*; & cum Tiraquell. Balbo, Valle,
Rip. Natta, Mauritio, Antonio Gome-
zio, Menchaca, & aliis, late Ioann. Gar-
zia *in dict. tract. de nobilitate, gloſſ. 6. §. 1. à
num. 17.* & cum Ioſepho Ludouico, Au-
relio, Corbulo, & aliis infinitis; hanc
eandem opinionem ſequitur nouiſſi-
me Antonius Theſaurus *in ſuis Pedemon-
tanis deciſionibus*; *deciſione 103. à num. 1.
cum ſequentibus*; vbi dicit Senatum ita
iudicaſſe, & eam cum infinitis ſequitur
Caldas. Pereira, *in dict. l. ſi Curatorem, ver-
bo, ſua facilitate, à num. 49.* qui in fine nu-
meri id exiſtimat procedere, tam in ad-
ulto, quam in pupillo, & licet tex. *in d.
§. in hac*, in pupillo velit ſecus eſſe; id in-
telligit, quando pupillus læſus fuit ex ſo-
la ſua contrauentione & facto affirma-
tiuo, vt ibi gloſ. & omnes fatentur, at ve-
ro quādo læſus fuit, ex ſola negligentia,
parificatur adulto: quia actus incepit à
prædeceſſore, *ex d. l. 2. C. ſi aduerſus ven-
dit.* & hanc etiam opinionem tenue-
runt gloſſ. Bart. Alexand. Paulus, Ro-
man. Socyn. *nu. 19.* & Iaſ. *nu. 6. in d. §. in hac*
& in

& in terminis defenſoris, qui liti aſſiſtit ad coadiuuandum alium, quod non reſtituatur, etiamſi ſit minor aduerſus lapſum dilationis datæ principali litiganti, & quæ contra ipſum cœperat currere, & finita eſt, poſtquam hic Tertius ad cauſam venit, cum Iaſone, Valle, Afflicto & aliis, tenet Acebed. *in l. 3. num. 17. tit. 8. lib. 4. Recompilat.* contra Couarr. per eum allegatum.

18 Confirmatur: quia, *vt* † *ſupradicti* dicunt ex Edicto Prætoris, de quo, *in l. 1. ff. de minoribus*, minor reſtituitur aduerſus id, quod cum eo actũ vel geſtum eſt. Sed hic nihil cum minore, nec aliud eius nomine geſtũ eſt; igitur non reſtituitur.

19 Ex quo infertur, quod † ſi aliquid cũ eo geſtum eſſet, puta: quia eſſet admiſſus ad cauſam mortuo patre, vel aliquid ei eſſet notificatum, aut aliqua acta proceſſus cum eo geſta eſſent, quod tunc reſtitueretur, *ex d. l. Æmilius, in medio*, & notant Socin. & omnes, *in d. §. in hac.*

20 Confirmatur etiam, quia † in iudiciis quaſi contrahitur, *l. 3. §. idem ſcribit, verbo, contrahi, ff. de pecul. & ibi gloſſ. verbo, in iudicio contrahi*, vbi dicit, quod ſententia obligat ex quaſi contractu: at vero quaſi contractus contrahitur, ex litis conteſtatione. Igitur ſi litis conteſtatio fuit facta per prædeceſſorem minoris, ipſe videtur cõtraxiſſe, & quaſi conſenſiſſe ſententiæ ferendæ; igitur ſententia, vt dependens à dicto quaſi contractu, obligabit minorem, abſq; ſpe reſtitutionis.

21 Secundo & † vltimo pro hac opinione facit, quia lis fuit agitata p̃ Procuratorem prædeceſſoris minoris, qui fuit effectus Dominus litis, & cuius mandatum morte non ſoluitur, *vt in l. nulla dubitatio eſt, C. de Procurator.* & concordat tex. *in l. 23. ti. 5. par. 3.* late Octauia. Veſtrius, *in praxi Romanæ Curiæ, lib. 4. cap. 4. à num. 12.* Cum igitur Procurator fuerit Dominus litis effectus, cauſa eſt ſua, & nõ minoris; igitur minor nullatenus poteſt reſtitui, hæc ſunt, quæ pro parte negatiua vehementer nos conſtringunt.

22 Sed † eis non obſtantibus, maturius conſiderando, contraria opinio mihi verior videtur, imo, quod concedatur reſtitutio, & ſi non iure minoris, ſaltem ex clauſula generali, *ſi qua mihi iuſta cauſa eſſe videtur*, quæ opinio æquior eſt, & quæ in iudicando & conſulendo debet obſeruari, vt iam vidi factum, quod patet ex ſequentibus.

Primo † ex tex. expreſſo, *in d. l. Æmilius*, 23 vbi quia in tempus pupillæ incidiſſet commiſſum, mortuo iam patre, iudicauit Imperator pupillam ipſam reſtituendam aduerſus lapſum termini, motus etiam fuit, quia pactum legis commiſſoriæ erat odioſum, & quia damnum illud obuenerat pupillæ, culpa Tutorum, qui ſuſpecti pronuntiati eſſent.

Neq; obſtat, quod † Doctores ſupradicti dicunt, ſcilicet, quod ibi reſtitutio 24 non fuit conceſſa minori iure minoris, ſed ex dicta clauſula generali, nam quidquid ſit, habemus intentum, quod ſaltem ex clauſula generali reſtituitur minor æquitate attenta, tum etiam veriſimilius eſt, quod Imperator illi conceſſerit reſtitutionem iure minoris, & non iure maioris, quia lex illa collocata eſt *ſub tit. de minoribus*, & ſi iure maioris, ob iuſtam cauſam conceſſa eſſet reſtitutio, deberet collocari *in tit. ex quibus cauſis maiores.*

Vnde verius † exiſtimo (licet à nullo 25 tactum inueniam) quod, quia damnum non ſolum ex non facto minoris obuenerat, ſed etiam ex contractu prædeceſſoris reſtitutionem fuiſſe conceſſam, non ex ſola minoris ætate, ſed cũ ea ex aliis iuſtis cauſis, de quibus ibi, nec etiã ex aliis cauſis ſolum, ſed cum minoris ætate, quæ principalis cauſa fuit, ex illo text.

Ex quo vero intellectu poteſt inferri elegans † concluſio ad hanc reſtitutionis materiam, quod etſi minor contra 26 ſuum factum & negligentiam poſſit reſtitui, ſolum iure minoris, probata læſione, attamen quando reſtituitur cõtra factum vel non factum dependens ex contractu p̃deceſſoris, reſtituitur ex minori ætate, cõcurrente alia iuſta æquitatis cauſa, ex eo, quia ſi facilitet tũc reſtitueretur minor cõtrahens; qui cõtraxit cum

cum maiore, maximũ diſpendium pateretur ex nouo ſucceſſore.

27 Neque his obſtabit, *d.l.2.C.ſi aduerſus venditionem*, ex cuius concluſione viſus eſt arguere IuriſConſultus, *in d. l. Æmilius*, contra Imperatorem; nam, *in d.l.2.* ob ſolam ætatem petebatur teſtitutio aduerſus pignus vẽditum, quemadmodum etiam ob ſolam ætatem, & grande damnum minoris, ex venditione petebatur, *in l.1.eiuſdem tituli*, & etiam ex ſola ætate, ptopter grande damnum ex defectu rei petebatur, *in l.ſi ex cauſa, ff.de minoribus*, & ſuſpendi petebatut ex ſola ætate venditio, *in l. apud Iulianum, §.1. ff. quibus ex cauſis in poſſeſſio. eatur*, & ex ſola etiam ætate petebatur *in l.creditor, §. illud, ff.de diſtractione pignor.* & ex ſolo priuilegio militari, *in l.et, qui à patre, ff.de reſtitutione milit.* at veto Iuriſconſulti & Imperatores diſtinguunt & dicunt, quod quando contractus dependet ab ipſo minore, reſtituitur, probata læſione, quando vero à maiore, nõ teſtituitur, ſi tamen cum ætare & læſione concurrerent aliæ iuſtæ cauſæ, puta, abſentia, impedimentum, ignorantia, fraus alicuius tertii, vtputa Curatoris, tunc dictæ leges non loquuntur, ſed ſolum *d. l. Æmilius*, quæ ſingularis eſt.

28 Nec eſt mirum † minori concedi reſtitutionẽ iure minoris, & ob alias cauſas cum minore ætate, nam etiam in caſu dictatum legum ad reſtituẽdum minorem contra venditionem pignorum à ſe traditorum, exigitur grande damnum, quod in communi non requiritur; Leges enim iuſtæ & ſanctæ, licet minores reſtituant aduerſus ſuos contractus; nõ ita paſſim & faciliter eos debebãt reſtituere, ſed conſideratis circũſtantiis negotiorum, & bono publico, & quod magis commercio hominum expediens erat, vnde non in omnibus eos faciliter reſtituunt, ſi enim faciliter aduerſus venditionem pignorum reſtituantur, nullus cum eis vellet contrahere, neque pignus ab eis accipete, etſi hoc eſt difficile, & ideo grãde damnũ exigitur, magis difficile erit, quando contractus incepit à minote, & ideo concedenda eſt teſtitutio, vt bene aduertit I.Conſultus *in d.l. Æmilius.*

29 Neque obſtat, *d l.2.in fin.* vbi etiam Imperatot, nec propter dolum ctedicoris in vendendo, neque ob culpam Curatorum concedit minori reſtitutionem, ſed regreſſum aduerſus eos, cum ambo remedia concurrere potuiſſent, *ex ſupra dictis.*

30 Nam reſpondetur, quod in † caſu dictæ legis in fine, nõ erit neceſſaria reſtitutio minori, quippe qui minor ob dolum & fraudem crediroris vendentis, tutus ſit iure communi aduerſus ipſum creditorem, & aduerſus emptorem, ſi de fraude participauerit, *ex tit. C.ſi vendito pignore agatur*, quod remedium facilius, & ita pingue eſt, vnde non concurrit reſtitutio, *ex l.in cauſa. 2. de minoribus*, vbi auxilium ordinarium non concurrit, cum extraordinario, vt probatur, *in d.l.in prouinciali, §.1.* runc enim remedium reſtitutionis concurrir cum alio remedio, quando pinguius eſt remediũ reſtitutionis, de quo per Sfortiam, *de reſtitut.1.par.quæſt.16.*

31 Neq; etiã † in hoc caſu in ſubſidium denegaſſet Imperator reſtitutionem, ſi de illa principaliter ageretur, & à ſe quæſitum eſſet, vt non negauit *in dict.l. Æmilius.*

32 Neque etiã † obſtat tex. *in d.§.in hac*, nam ibi I.Conſultus, licet dixerit ſtipulationem committi, non negauit minori reſtitutionem aduerſus ſuum factum, neq; de reſtitutione verbum vllũ fecit, nec poſſet negare, *ex d.l.Æmilius*, quia iam factum minoris interceſſerat.

33 Vnde ad propoſitũ, † vnde digreſſi ſumus, deueniẽdo, *d.l.Æmilius*, facit pto hac 2. opinione & reſtitutione, quia in præſenti caſu vltra minorem ætatem, concurrebat etiam recens mors Anteceſſoris, & quod ipſe & minor erant abſentes, & in breui tempore lata eſt ſententia, poſſentque aliæ iuſtæ cauſæ concurrere, quæ etſi non cõcurriſſent, eſſet etiam in præſenti cauſa reſtitutio concedenda, *vt infra dicetur.*

34 Obiter tamẽ † aduerte *ad d.l.Æmilius*, quod ex intellectu, de quo ſupra, ſoluatur

tur

tur inconueniens, de quo Bart. ibi agebat, ſcilicet, quod petita fuit reſtitutio, ex cauſa minoris ætatis, & conceſſa fuit ex alia cauſa differenti, & ſic agens, ex vna cauſa obtinuit, ex alia contra iuris ſanctiones, quod ſoluatur mero iure, cõſiderando, quod ex cauſa minoris ætatis fuit petita reſtitutio, & etiã conceſſa cum aliis cauſis, neque eſt neceſſaria ſaluatio Bart. qui dicebat, ideo id fuiſſe permiſſum, quia ſententia fuit lata ab Imperatore, qui potuit cognoſcere ſola facti veritate inſpecta.

35 Sed quidquid ſit, vera † & ſingularis eſt Bart. reſolutio, ex qua infeces *ad d. l. 10. tit. 7. lib. 4. Recompil.* (Secundum quam hodie ſemper attenditur ad veritatem proceſſus, & non ad ſubtilitatem iuris,) vt habeat locum in hoc caſu, quod petita reſtitutione, ex capite minoris ætatis, poſſit concedi ex capite iuſtę cauſæ, licet non poſſet ex capite, ex quo actum eſt, & quod generaliter agens ex vna cauſa, poſſit obtinere ex alia priuata, dicit communem opinionem in terminis dictæ legis, & eam ſequitur Gutierrez, *in ſuis quæſtionibus practicis, libr. 1. quæſt. 100. per totam.*

36 Secundo † pro hac opinione facit gl. *in d. §. in hac*, quã ibi ſequuntur Dd. qui affirmant, quod, etſi minori non detur reſtitutio, iure minoris, ex contractu maioris datur ſibi reſtitutio, ex iuſta ignorantia, ex clauſula generali iure maioris, qui enim in ius ſuccedit, alterius iuſtam ignorantiæ cauſam cenſetur habere, cuius opinio eſt communis, *vt per ſupra dictos*, & pro ea iudicauit Senatus Pedemontanus, vt per Anton. Theſaur. *in d. deciſ. 103. à num. 6. & 7.* Et licet contra eam tenuerint quam plurimi, vt pote Socin. Iunior, Curtius, Natta, Ruynus, & alii per eum relati, tamen concurrenti probabili ignorantia, dicit non eſſe diſcedendum ab opinione gloſſæ & communis, & quod eam tanquã ęquam ſequi ſolet Senatus, nec cẽſetur lex impoſita verbis, quæ minori reſtitutionem negauit. Nam magna eſt differentia inter ambas reſtitutiones, quia quæ iure minoris conceditur, ſolum minorem ætatem & læſionem requirit, neq; conſideratur, an minor fuerit ſciens vel ignorans, & an habuerit vel non aliã iuſtam cauſam: quæ vero, vt maiori ex clauſula generali conceditur, exigit vltra læſionem iuſtam cauſam, vel impedimenti, vel probabilis ignorantiæ, & ſic poteſt lex, quæ denegat minori maioris ſucceſſori reſtitutionem ex minori ætate, effectum operari, ſi aliam iuſtam cauſam nõ probet, non q; erit impoſita verbis, ſed rebus.

Tertio facit † tex. ineuitabilis, *in l. etiam ei, ff. de minoribus*, vbi, poſthumo exiſtenti in vtero, cõceditur reſtitutio aduerſus vſucapionem, quæ currebat aduerſus eius patrem, & finita fuit eo mortuo, antequam ipſe naſceretur, & ſic reſtituitur aduerſus damnum ſuo tempore contingens, ex facto, ſeu negligentia ſui anteceſſoris, *ex qua l.* Bart. gloſſ. & omnes, ibi, *& in l. fin. C. in quibus cauſis in integrum reſtitutio non ſit neceſſaria, & in l. vnica, C. ſi aduerſus vſucapionem*, (vbi Paul. & alii) inferunt indiſtincte, ad minorem, quod præſcriptio cœpta contra prædeceſſorem, currit contra minorem ſucceſſorem, licet reſtituatur aduerſus tempus, quod ſuo tempore completum eſt, & omnes concorditer affirmant legem illam non eſſe correctam, *per dict. l. fin.* quæ loquitur, quando præſcriptio à minore incœpit, & cum ea ſit intellecta, concordat text. expreſſus, *in leg. 9. titul. 19. part. 6.* ibi, (*Pero podran demandar reſtitucion de el tiempo que contra ellos fueſſe corrido*) & eam late exornat cum pluribus Ioann. Garz. *in dict. tract. gloſſ. 6. §. primo, à numero 12.* Idque etiam cum pluribus tenet Caldas. *in dicta lege, ſi Curatorem, verſiculo, ſua facilitate, num. 46.* & Acebed. *in dict. l. 3. numero 21.* 37

Nec mirandum † eſt, cur de poſthumo locuta eſt illa lex, & non de alio, nam ideo de eo locuta eſt, quia in eo maior ratio dubitandi concurrebat, ſcilicet, quia cum non eſſet in re- 38

F

rerum natura, vel eſſet in vtero matris, tempore completæ præſcriptionis, non videbatur completa contra eam, ſed contra defunctam, & hereditatem iacentem, quæ eius locum repræſentat & etiam perſonam, & ideo non veniebat reſtituendus: ſed nihilominus eum, ex æquitate iudicauit reſtituendum IurisConſultus, quia pro nato habetur, in eius fauorem, *ex lege, qui in vtero, ff. de ſtatu homin.* Et ita iudicat Accurſius, Bart. Al' eric. & omnes ibi: quæ vera fuit dubitandi & decidendi ratio, ad illum tex. non plene ab ſcribentibus conſiderata.

39 Ex qua Socin. Iaſ. & † alii, *in dict. §. in hac*, & Acebed. Theſaurus, Ioann. Garz. & alii, infiniti per eos allegati inferunt, pro Regula generali, quod minor ſuccedens maiori, reſtituitur aduerſus dilationem iudicialem aut legalem, quæ incœpit currere tempore prædeceſſoris, & finita eſt ſuo tempore, dum tamen damnum reſultet ipſi minori, & cauſa ad illum ſpectet, ſaltem re ipſa, & ſic loquitur Couarr. allegatus ab Acebed. quem ipſe merito reprehendit.

40 Ex quo ad † noſtram quæſtionem etiam infertur, quod generaliter minor reſtituitur aduerſus actum damnoſum, ſuo tempore contingentem, vtputa, ſententiam de qua agimus, etiamſi dependeat ex facto, aut negligentia prætetita anteceſſoris, neque vlla maior ratio eſt in vno, quam in alio caſu, & ſic ineuitabiliter facit pro hac opinione, & hoc etiam ſenſit Imperator *in dict. leg. Æmilius, ibi, ſi damnum, &c.*

41 Et hanc † opinionem tenendo, non obſtant contraria, nam ad primum de *dict. leg. ſecunda*, iam ſupra reſponſum eſt, rum etiam reſpondetur, quod loquitur, quando damnum obuenit minori ex expreſſa conuentione ipſius maioris, cum alio, & non ex ſolo ſuo facto, aut negligentia: & ita reſpondent omnes ſupra allegati, ob rationem per me iam dictam *ad. §. in hac*, reſpondetur, quod ibi non negatur reſtitutio minori, imo conceditur *in dict. l. Æmilius*, quia factum erat aſſirmatiuum.

Ad text. † *in dict. l. intra*, reſpondetur, quod ibi clare text. loquitur de biennio lapſo, in vita ſui anteceſſoris, nam in prima parte loquitur text. de eo, qui moritur intra biennium, & dicit quod ſi ipſe in ſua vita non conqueſtus eſt de non numerata pecunia, poterit conqueri heres intra reſiduum tempus, ſi vero conqueſtus eſt, durat in perpetuum querela, ſi vero mortuus eſt, poſt tempus exactum, non poteſt heres de nouo conqueri. Igitur cum ibi Imperator prætendat caſus diuerſificare, ob diuerſas determinationes, & diuerſificet in eo, quod ſit vel non ſit tempus tranſactum, intelligendus eſt, quod ſemper loquitur in eiſdem terminis, ſcilicet, in tempore tranſacto, vel non tranſacto in vita defuncti, alias termini diuerſi eſſent: confirmatur; quia verba, *ſin vero*, de quibus *in fin. illius legis* ſunt coniunctiones aduerſatiuæ, & aduerſantur in his, quæ ſunt eiuſdem generis, vt per Iaſ. *in leg. hac verba, ff. de lega. primo, numero 24.* Et intelliguntur cum eiſdem qualitatibus rerum & perſonarum, vt per eundem *in l. re coniuncti, de leg. 3. num. 40. & in l. quominus, numero 11. & 12. ff. de fluminibus.* Vnde licet arguant diuerſitatem iuris & facti, intelliguntur in eodem genere, & cum eiſdem qualitatibus; igitur *in dict. l.* ſemper manet qualitas vitæ defuncti, licet varietur factum de tempore tranſacto, & non tranſacto. 43

Ad Edictum Prætoris reſpondetur, quod † IurisConſultus, *in l. ait Prætor, ff. de minor.* interpretatur non ſolum de vera geſtione & contractu, ſed etiam de ficta, ibi, qualitercunque, & in caſu negligentiæ minoris, fingitur, quod minor alienauerit, aut conſenſerit in id, in quo fuit negligens, vt gloſſ. & Bart. interpretantur, *in d. l. etiam*, & licet aliqui, *ex ſupradictis*, eum mordeant, ex eo, quia ſi in caſu illius text. minor conſentiendo finiri præſcriptionem, 44

ſcriptionem, cenſetur alienare præ-
ſcriptionem, abſque dubio reſtituere-
tur, in caſu *dicta legis Æmilius*, imo &
non curreret contra eum præſcriptio;
quia alienatio nulla eſt, contra *dictam
legem; & doctrinas ſupra dictas*, ſed non
cōſiderant iſti, ꝗ fictio obtinet ex ęqta-
te & ſimilitudine rationis, vnde licet ad-
mittatur fictio in caſu *dicta legis etiā*, non
ideo deberet admitti in alio caſu, quia
diuerſa ratio & æquitas verſantur, nec
eſt vera alienatio, & ſic in ea nō ſemꝑ ve-
rificātur leges de alienatione loquētes;
ſed in quantum æquitas poſtulat ad cō-
cedendam reſtitutionem: fictio enim ę-
quitati innititur ex notatis *in l. ſi is, qui*
46 *pro emptore, de vſucapionib*. Et codē † mo-
do reſpondetur ad tex. *in d. §. idem ſcribit*.
In iudiciis enim cōtrahi, ex fictione ꝓ-
uenit, & non ex rei veritate, vnde non
poſtular æquitas, vt hæc fictio in damnū
minoris extendatur, nec eſt in hoc caſu
eadem ratio veri contractus, in quo in-
iuria fieret creditori, qui cū maiori con-
traxit, & ficti, in quo nulla colligitanti a-
ctio fieret, quippe ꝗ non vere contraxit.
47 Ad vltimū † reſponderur, quod Pro-
curator nō eſt Dominus cauſæ, ſed in-
ſtantiæ, & ſua poteſtas durat, ſolum vſ-
que ad ſententiam ex Rota *de Procurato-
rib. in Nouis, deciſione 20. alias 281.* cauſa ve-
ro in totum, quoad commodum & da-
mnum, pertinet ad Dominū, vnde ſen-
tentia lata cōtra Procuratorem exhe-
redatur in bonis Domini, *vt in l. fin. tit.
5. par. 6.* igitur etiam pertinebit ad mi-
norem veri Domini ſucceſſorem, vnde
damnum ſiue accreſcit ex ſententia la-
ta contra Procuratorem, non mirum i-
gitur ſi contra eam reſtituatur.
48 In Francia etiam mortuo † Domino
exſpirat mandatū Procuratoris, & de-
nuo citantur heredes, aut exigitur ab
eis mandatum, ex Rebuff. *in 3. tomo ad le-
ges Gallicas, tit. de ſententiis, art. vltimo, gloſſ.
vnica, num. 7.* Et in his Regnis multoties
ſolet, etiā in praxi admitti. Et hæc quo
ad primam quæſtionem.

§. 3. De Executione pendente re-ſtitutione petita.

Ad ſecundam partem † quæſtionis 49
deſcendendo eam diſputarūt, Bart. Iaſ.
Alex. Rip. & alii, *in l. 4. §. condemnatum, ff.
de re iudic.* idem Bart. *in l. defendente, ff. de
autoritate Tutorum*, Bald. Paul. Riminald.
Meneſſ. & alii, *in l. ſi cauſa cognita, Cod. de
tranſactio.* & ex Modernioribus latiſſime
& melius quam alibi, Robertus Lancel-
lottus, *in tit. de attentatis, cap. 18. per totum;
tit. de attentatis reſtitutione pendente*, An-
tonius Theſaut. *deciſio. Pedemon. 181. per
totam*, Ioann. Garz. *in tract. de nobilitate,
gloſſ. 6. §. 2. à num. 18. cum ſequentibus*, Ioſe-
phus Maſcardus, *in tract. de probatio. part.
3. concluſio. 1275.* Vincent. Francus, *deciſio.
86. par. 1. à num. 7.* Puteus, *deciſio. 285. lib. 2.
& deciſio. 456. eod. lib.* Rebuff. *in 2. tomo, ad
leges Gallicas, titul. de reſtitutione, gloſſ. vlti.
artic. vltimo, à nu. 6.* Caldas. *in l. ſi Curato-
rē, verbo Implorandum, à n. 18. & 22.* Couar.
in practicis quæſtionibus, cap. 25. à num. 7.
& cum Xuarez & aliis, Acebed. *in l. 1.
num. 174. titul. 21. lib. 4. Recompil.* idem *in l.
4. n. 10. tit. 17. lib. 4.* idem etiā *in l. 2. n. 4. &
5. tit. 19. eod. lib. 4.* Octauianus Veſtrius, *in
praxi Romanæ Curiæ, libr. 8. cap. 3. à num. 15.
cum ſequentibus*, & iſti alios infinitos al-
legant.
Sed quia nimis † large & cōfuſe pro- 50
cedunt (& vix ex eorum dictis, & innu-
meris contradictionibus, deduces liqui-
de veras huius articuli reſtitutiones, in
puncto iuris cōmunis & Regii, & quan-
do reſtitutio ꝓponitur in iudicio prin-
cipaliter, & quando proponitur inci-
denter, & per viam exceptionis) decre-
ui, per cōcluſiones materiā declarare, vt
deinceps nullus pateat dubitādi locus.
Prima concluſio. Reſtitutio † princi- 51
paliter & per viam actionis inrētata, ſi-
ue contra ſententiam, ſiue ad appellan-
dum, ſiue cōtra lapſum Fatalium, antea
quam petatur ſentētię executio, habet
effectū ſuſpenſiuum: quemadmodū &
appellatio *ex l. Præſes, ff. de minoribus, & ex
l. ſi cauſa cognita, C. de tranſaction.* & ibi ſcri-
bentes omnes, *& ex l. defendente, ff. de au-
thorita. Tutorum*, qui etſi à Bart. & Dd. ad-
ducantur, iudicio meo id non probāt,
nā ibi de reſtitutione petita, nec de exe-
cutione attentata, verbum vllum, imo

magis probat, quod repudiatio Tutoris hereditatis patris, pupilli cenſetur facta, ex eo, quia requiſitus, vt ſolueret contenta in ſententia, quæ fuit lata cōtra pupillnm, & primos Tutores, dixit, abſtineo pupillum, non obſtante; quod Tutores antea, vt heredes patris litigaſſent, probatq; duo ſingularia, ptimum, non fuiſſe neceſſarium petere reſtitutionem, aduerſus tacitam aditionē Tutorum, quia nulla fuit. Secundum, quod ſolus Tutor litigando abſque pupillo, & eius præſentia, & abſque interpoſitione auctoritatis, poteſt eius nomine per viam exceptionis repudiare hereditatem ſibi delatam; aduerſus notata, *in l. Paulus*, alias incipit, *per Procuratorem, ff. de adquirend. hered.* ſed quidquid ſit, allegatur ab omnibus pto hac concluſione.

52 Ex qua concluſione † infertur, quod ea pendente, non poteſt fieti executio ſententiæ, neque aliquid aliud innouari, & ſi innouetur, reuocabitur per viam attentati: vt *in l. vnica C. in integr. reſtitutione poſtulat.* nihil noui fiat, & ibi gloſſ. Bart. Bald. Paul. Salycetus, & omnes, & late Robertus Lancellottus, *vbi ſupra.*

53 Infertur etiam, quod † nulla differentia eſt faciēda, an reſtitutio requirat altiorem indaginem, vel non; nam cum habeat effectum ſuſpenſiuum, quemadmodum appellatio ex dictis iuribus, impertinens eſt, quod requirat, vel non altiorem indaginem, *nec d. l. vnica diſtinguit*, ſed generaliter loquitur, & ita contra Bart. tenuerunt Ripa, Lancellot. Ioann. Garz. Caldas. & alii infiniti à ſupradictis allegati, licet Bart, *in d. §. condemnatū*, potius loquatur, quando reſtitutio opponitur incidenter, & per viam exceptionis ad impediendam executionem incœptam, de quo infra erit ſermo.

54 Aduerte tamen, quia † Lancellottus *in d. cap. 18. num. 24.* & ſi concedat, quod ad dictam ſuſpenſionem ſufficit ſola petitio reſtitutionis, etiamſi nō fuerit obtēta, *ex gl. in d. l. vnica*, tamē dicit eſſe neceſſarium probare læſionē, ſaltem ſummarie ad dictam ſuſpenſionem, aut offerre probationem in continenti: allegar Gozadin. Burſat. *deciſionem Pedemontana.* Oſaſci. & Iacobum, Philippum Portium, in locis per eum citatis, & etiam Cephal. quos omnes ego vidi, & nihil tale probant, ſed ſolum quod ad obtinendam reſtitutionem eſt neceſſarium ptobare læſionem, nec quando reſtitutio petitur aduerſus vnam ſententiam, tale in iure ſcriptum reperitur, tenenda tamen in praxi eſt eius opinio, ne detur fraudibus occaſio, & cauſa differendi petatur reſtitutio.

55 Secunda cōcluſio. Si † reſtitutio fuit principaliter petita, poſt iā petitam & incœptam executionem, tunc neq; ſuſpendit, neq; habet effectū ſuſpenſiuū, ex Puteo, & aliis, *vbi ſupra*, & notat Ioan. Andr. allegatus à Lancellotto, *vbi ſupra, nu. 7.* & ex Benedicto de Batzis, Bald. Alexand. Benintend. & aliis allegatis ab eodem, *nu. 116.* Et licet ipſe teneat contrarium, quando executio non erat perfecta, ſed perficitur poſt petitionem reſtitutionis, tamen eius opinio eſt contra communem, & contra Rotæ deciſiones, & eſt contra dictam Rubricam, *in integrū reſtitutione poſtulata*, ne quid noui fiat, vbi Impator reſtitutioni tribuit effectū ſuſpenſiuū, poſt eā poſtulatā, & nō antea, & in hoc differt ab appellatione.

56 Neque obſtat, quod † ſaltem innouatur, poſt petitionem executionis, in perfectione eius, vt Lancellottus adnotauit; nam reſpondetur, ꝙ illa perfectio eſt omnino dependens à petitione executionis, & ab his, quæ ante petitionem reſtitutionis facta fuerunt, & ideo non iudicatur, vt quid nouū, ſed vt quid antiquius, quod ipſe *in d. tract. 2. par. cap. 4. limit. 5. & cap. 12. limitatione 40.* in pluribus caſibus, verum eſſe exiſtimauit, putans: quod actus conſecutiui ad actus factos ante litem vel appellationem, etiamſi fiant poſt litem vel appellationem, non iudicantur, vt attentati; quia regulantur à principio licito: niſi Iudex reſtitutionis inhibeat, *vt per ſupra dictos*, & quia, qui declarat, nihil de nouo inducit, quia declaratio dependet ex primo actu, *ex l. heredes palam. §. ſed*

ſine-

Digitized by Google

ſi notam, ff. de teſtament. notat late ipſe Lancellottus, *in d. tract. 2. part. cap. 4. limit. 21. per totam*. vbi plura declaratione & actibus conſecutiuis, & ſemper concludit, quod eos faciens, non cenſetur attentare, & hoc clare ſentit Rip. *in dict. §. condemnatum, num. 30. in fin.* dum dicit, quod ſi reſtitutio opponatur poſt executionem petitam, obtinebit ſententia Bart. quam Dd. *vbi ſupra*, reprobarunt.

57 Aduerte tamen, quod † licet reſtitutio in hoc caſu non habeat effectum ſuſpenſiuum, ſi tamen ſit euidens, vel poſſit liquidari in continenti intra tempora executionis, poterit opponi per viam exceptionis, ad executionis perfectionem impediendam, ſi vero longam peteret diſcuſſionem, non poterit ex Bart. ſententia, *vbi ſupra, per textum in l. ait Pretor, §. Marcellus, ff. de iudiciis, & in l. 2. de de falſ.* per eũ allegatos, & hoc eſt, quod Ripa, *vbi ſupra*, voluit dicere.

58 Tertia concluſio. Reſtitutio † petita aduerſus tres ſententias conformes, dummodo in cõtinenti iuſtificetur per integrã probationem læſionis, ita quod omnino ceſſet præſumptio malitiæ, habet effectum ſuſpenſiuũ, & ea pendente, nihil poteſt innouari, vt cum Salycet. cõtra Bald. eſt magis communior & verior opinio, vt per Ioan. Garziam, Lancellot. Theſaurũ, bene intendunt Maſcard. & alios, *vbi ſupra*, nec text. *in Clemen. vt calumniis, de ſententia & re iudicata*, facit pro opinione Baldi, quippe, qui ſolum excludit nullitatem, & non reſtitutionem, vt omnes ſupra dicti fatentur, quæ opinio certe veriſſima eſt, ex regula generali *d. l. vnica, in puncto iuris comunis.*

59 Quarta concluſio. Si † reſtitutio petita aduerſus tres conformes, non iuſtificetur ex integra probatione læſionis, aut, etiamſi iuſtificetur, ex aliis circumſtantiis appareat de malitia petentis reſtitutionem, puta, quia in tempore potuit petere, & ob differendam litem, nõ oppoſuit, vel quod eam nunc opponit, cauſa morandi executionem, aut quantitas ſit parua: tunc non impeditur executio, ex notatis per Canoniſtas, *in cap. ſuſcitata, de in integrum reſtitutione*. Et aduerte, quod, vt omnes ſupra dicti fatentur, ſemper eſt præſumptio malitiæ contra petentem talem reſtitutionem.

Quinta concluſio. Reſtitutio † peti- 60
ta contra Principis ſententiam, non habet effectum ſuſpenſiuum, & ea non obſtante, mandatur executioni, ſententia data cautione, de qua *in Auth. quæ ſupplicatio, C. de precib. Imperatori offerendis*, quia ſemper eſt præſumptio malitiæ contra petentem, *ex d. c. ſuſcitata*, & ita concludit Lancellottus, *vbi ſupra. àn. 101.* quod tamẽ limitatur, niſi liquidiſſime appareat de læſione, vel ex actis proceſſus, vel per inſtrumẽta, vt perdocte adnotauit Antonius Theſaurus, *in d. deciſione 181. num. 4.* Ad id eſt elegans tex. *in l. ſi minor, §. 1. ff. de minoribus*, quam videas.

Sexta concluſio. Reſtitutio † petita 61
aduerſus ſententiam *de reuiſta* latam, in Regalibus Cancellariis, per Præſidentem, & Auditores earum, vel aduerſus ſententiam *de viſta*, in caſu, quod ſit cõfirmatoria aliarum duarum, & non ſit locus ſupplicationi ad impediendam executionem, vel in caſu, quo pars non ſupplicauerit, ſi in continenti per bonas probationes appareat de læſione, ita quod non ſit præſumptio malitiæ, habet effectum ſuſpenſiuum; & non poteſt exequi executoria, ſuper ea lata, vt breuiter affirmauit Ioann. Garz. *in dicta gloſſ. ſexta § ſecundo, in fine*, ſaltem, licet non clare dicat, id viſus eſt ſentire, id etiam in ſimilibus terminis defendit Antonius Theſaurus, *vbi ſupra*, neq; obſtat *lex ſecunda, titul. 17. libro quarto Recompil.* quæ dicit: (*que la ſentencia de reuiſta ſe execute ſin embargo de qualquiera oppoſicion, ò excepcion*) nam loquitur de exceptione, quæ opponitur ad impediendam executionem coram executore, vt aduertit Auendan. *in tract. de ſecunda ſupplicatione, num. 7.* neque etiam obſtat *l. 3. eiuſdem tituli*, quia ſolum tollit remedium ſupplicationis, & in puncto iuris, hæc opinio eſt verior, licet Acebed. *vbi ſupra*, non ſolum dixerit non habere effectum ſuſpenſiuum, ſed prorſus tolli remedium reſtitutionis, & quod ita

Digitized by Google

vidit practicari, quæ praxis, ſi vera eſſet, admodum rigoroſa eſſet, & ego eam intelligerem, quãdo vel læſio eſſet obſcura, & altiorem indaginem requireret, vel quando de ea nõ conſtaret, vel præſumeretur ex circumſtantiis malitiæ, aut ſaltem damnum ex denegatione eſſet paruum, alias, vt credo, totum contrarium practicaretur.

62 Septima concluſio. Aduerſus ſententiam † latam in gradu ſecundæ ſupplicationis, non habet locũ reſtitutio, nec ſuſpendit, nec impedit executionem, vt conſtat. *ex l. 2. ibi, (por via de reſtitucion) tit. 20. lib. 4. Recompilatio.* Et faciunt, quæ de ſententia Principis ſupra dicta ſunt: poteſt tamen Princeps, ſi appareat de notoria læſione & iniuſtitia, reſtituere minorem contra talem ſententiam, imo teneretur, ex dictis à Theſauro, *vbi ſupra*, ſed non haberet effectum ſuſpenſiuum, abſque eius reſcripto, vt in praxi iam admiſſum eſt.

63 Octaua † concluſio. Aduerſus duas † ſententias conformes latas in iudicio poſſeſſorio, ex legibus huius Regni, nõ admittetur reſtitutio, nec quoad effectum ſuſpenſiuum nec deuolutiuum, ex lege octaua, ibi, (*ni otro remedio ni recurſo alguno,*) vbi Acebedo id notat, *dicto titulo 20. libro quarto*, licet de iure communi, ſecus eſſet ex Lancellotto, *vbi ſupra, num. 47.*

64 Nona concluſio. Hiſce † caſibus ſecluſis, iure Regio reſtitutio petita contra ſententiam, habet effectum ſuſpenſiuum & deuolutiuum, neque ea pendente, poteſt aliquid innouari. Vt de iure communi erat diſpoſitum, *in dicta lege vnica, & ex l. 2. & 3. tit. 25. part. 3.*

65 Ex qua concluſione † infertur, quod ſentẽtia lata per Decuriones, intra ſummam decem millium marapetinorum, petita principaliter, & antea *in integrum reſtitutione*, contra eam non poterit exequi, vel executioni mandari: Nam aduerſus talem ſententiam competit reſtitutio minori, & aliis priuilegiatis: quia *l. 7. tit. 18. d. lib. 4. Recompil.* ſolum tollit remediũ appellationis & ſupplicationis, contra dictam ſententiam. Vnde non cẽſentur ſublata alia remedia: vt de nullitate dixit Auenda. *reſponſ. 26.* & Acebed. *in d. l. 7. num. 95 & num. 102. verſic. (appellacion o ſupplicacion* &c.) & per generalem excluſionem remediorum, non cenſetur excluſum remedium reſtitutionis: vt cum gloſſ. Didaco Perez, & aliis vult idem Acebed. *in l. 1 num. 21. tit. 6. lib. 4. Recompilatio.* Et quod impediatur executio talis ſententiæ per reſtitutionem, facit; quia in nullitate idem ſenſit Acebed. *in d. l. 7. in fin.* dum allegat Bart. *in d. §. condemnatum*, qui etiam eodem modo loquitur in reſtitutione, & quidquid ſit de Acebedo, ſufficiunt concluſiones ſupradictæ, quæ non ſunt ſublatæ, *in d. l. 3.*

Erit tamẽ † dicta reſtitutio, ſi quadraginta dies aſſignati his Iudicibus ſunt elapſi, proponenda coram Ordinario, ſi vero non coram ipſis, vt per Auend. *vbi ſupra, tit. 9. & 10.* licet contrarium teneat Acebedo, *in l. 2. num. 5. tit. 17. lib. 4. nouæ legum Compilat.* 66

Decima concluſio. A † ſententia lata, in articulo reſtitutionis, permittitur appellatio, quoad vtrumque effectum, & licet à nullo allegatorum id inueniatur tactum, eſt tamen concluſio vera in ſe, quia nullibi in iure reperitur prohibita, imo videtur permiſſa, *ex tex. in lege intra vtile, ff. de minoribus*, ibi aduerſario minoris permittitur, multo magis ipſi minori. 67

Ex quo † infertur, quod à ſententia lata in gradu reſtitutionis à Iudice ordinario, contra ſententiam Decurionum, poterit iterum appellari ad ipſos Decuriones, intra quantitatem permiſſam. 68

Infertur etiam, quod † etiam permittetur appellatio in omnibus caſibus, in quibus de iure permittitur, quia non inuenitur prohibita. 69

Vltima concluſio. Iudex † reſtitutionis poteſt inhibere Iudici exequenti, & ſic impeditur executio, vt per eundem Lancellottum, *vbi ſupra n. 138.* Menoch. *in tract. de adipiſcenda poſſeſſione, remedio. 4. n. 909.* melius Quinctilianus Mandoſ. ab eis non allegatus, *tract. de inhibitionibus, quæſt. 106. & quæſt. 126.* qui *in quæſtion. 126.* dicit, 70

dicit, quod ſi reſtitutio eſt commiſſa, prout de iure non poteſt Iudex inhibere, niſi in caſibus à iure permiſſis, & ideo moderanda eſt eius inhibitio, & ſi notorium eſt eſſe iniuſtam, poteſt, ea non obſtante, executio fieri: quod etiam locum habebit in Iudicibus, qui tenentur ſeruare iura, hi enim non poterunt inhibere, niſi in caſibus à iure permiſſis. Princeps tamen, aut eius conſilium ſupremum poterit ſimpliciter inhibere, & obtemperandum eſt, etiam in caſib. a iure prohibitis, ſi conſtet, quod in omnem euentum voluit inhibere, ſin minus, petenda eſt declaratio & moderatio inhibitionis.

§. 4. *De Reſtitutione per viam exceptionis petita.*

71 Prima concluſio. Reſtitutio † incidentet, & per viam exceptionis petita, ad impediendam executionem, non habet effectum ſuſpenſiuum, quia hoc nullibi reperitur, imo contrarium voluit Ripa. *vbi ſupra*, & cōtrarium dictum eſt in concluſione de executione petita, ante petitam reſtitutionem, de qua videatur Mandoſ. *in dicta quæſtione 106.* qui cum pluribus tenet, quod non impeditur executio ſentētiæ incœpta, ante petitam reſtitutionem: igitur minus impediet, ſi opponatur per viam exceptionis, quæ præſupponit iam incœptā executionem.

72 Secunda concluſio. Reſtitutio † petita ad appellandum, aut contra lapſum Fatalium per viam exceptionis, eſt legitima contra executionem; & eam impedit, ita tenet Ripa, *in dicto §. condemnatum, numero trigeſimo*, quod ex eo verum eſt, quia eſt in ſe euidens, & non requirimus altiorem indaginem, neque vllam extrinſecam probationem læſionis, ex ſupra adductis, *in §. primo*, & notat late *deciſion. Pedemontan. Oſſaſci. 157. per totam*, tum etiam; quia de ſtylo ſemper proponitur ſimul cum appellatione a ſententia, & ea propoſita, ſemper abſque aliqua Iudicis declaratione, ſuper articulo reſtitutionis, (dum tamen conſtet de minori ætate) iudicatur, vt legitima appellatio coram ſuperiore & remanet ſententia ſuſpenſa, & non tranſacta in rem iudicatam, & ſic non poteſt exequi, quæ rationes ſunt meliores, quam ratio Ripæ; *vbi ſupra*, qui dicebat ideo eſſe legitimam exceptionem, quia concludebat ſententiam non debuiſſe tranſire in rem iudicatam; nam hoc etiam concludit reſtitutio, quæ petitur aduerſus ſententiam, & non impedit executionem petitam.

Tertia concluſio. Reſtitutio † oppoſita per viam exceptionis, contra ſententiam tranſactam in rem iudicatam, ſi eſt euidens, aut in continenti poteſt liquidari, ita quod non requirat altiorem indaginem, neque adſit præſumptio malitiæ, impedit executionem, non per viam attentati & ſuſpenſionis, *vt dictum eſt*: ſed per viam exceptionis & iniuſtitiæ: ſi vero requirit altiorem indaginem, non impedit, vt Bart. Ripa, & omnes, *vbi ſupra*, fatentur, quorum opinio communis eſt, vt conſtat ex iuribus a Bar. allegatis, non quia ſpecifice caſum decidant, ſed quia faciunt ex magna ſimilitudine. 73

Quarta concluſio. Iure † noſtro Regio, exceptio reſtitutionis euidentis, aut de qua cōſtat, intra decem dies, oppoſitionis impedit executionem. Hanc concluſionem facilime concedent, qui putant omnes exceptiones legitimas poſſe opponi intra dictos decem dies, prout contra Auenda. tenuerunt Xuarez & alii relati ab Acebedo & alii, *in l. 1. numero 59. titul. 21. libr. 4. Recompilationis*; quos allegat Valdeſius, *in additionibus ad Rodericum Xuarez in repetitione legis, poſt rem iudicatam, numero 49. litera T. ff. de re iudicata, & in additionibus præcedentibus*, vbi infinitos allegat, & allegat eundem Acebed. & Gutier. non in loco, de quo infra, & ex profeſſo tractat idem Gutierrez. *in ſuis practicis quæſtionibus ad nouam Recompilationem, lib. 1. quæſtion. 111. per totam.* 74

Contrariam tamen † opinionem tenuit 75

nuit Auendan. *in declaratione ad l. 4. & 5. titul. de las exceptiones, num. 44.* & eum ſequitur in terminis Olanus, *in Antinomiis ad Villalobos, litera E, num. 24.* pro quibus facit expreſſa *lex 1 tit. 21. lib. 4. Recompilat.* quæ dicit, quod vltra quatuor exceptiones, vel ſex ibi declaratas, nulla alia exceptio vel defenſio admittatur, & excluſa defenſione, excluditur reſtitutio, vt per eundem Acebed. *in d. l. 4. num. 12.* cum Auendan. *vbi ſupra, verſic. Et ſi reſtitutio,* facit *l. 19. dict. tit. 21.* quæ ſe remittit ad dictam *l. 1.* & vocat legitimas exceptiones, ſecundum illam legem primam, & non obſtat *l. 2. illius tituli*, quia in quantum loquitur de legitimis exceptionibus, debet intelligi de approbatis à lege in via executiua, alias non erunt legitimæ, ſi contra legem, quæ loquitur de via executiua, ſunt. Vnde credendum eſt, quod illa lex appellauit legitimas illas, quæ erant ſecundum *d. l. 1.* alias in totum corrigeretur & deſtitueretur *dict. l. 1.* nec de aliquo ſtatuiret, nec nihil noui induxiſſet, imo illa lex ſecunda, expreſſe ſe refert ad *dictam l. 1.* quæ fuit facta & condita à Rege Henrico, & ſecundum eam dicit iudicandum eſſe, viſis verbis tam præciſis dictæ legis primæ, neſcio, quomodo in puncto iuris Regii poſſit defendi hæc concluſio, & in terminis ſimilis ſtatuti contra eam, cum Benedicto de Barciis, & aliis tenent dictus Robertus Lancellot. *in dicto tractat. capit. 18 numero 124.* ſed quidquid ſit, ſi reſtitutio ſit in totum euidens, aut intra decem dies liquidetur, & ita clare, quod non remaneat vllus ſcrupulus, & partes intra eos omnia adduxerunt, nec remaneat aliquid litigandum vel probandum, pro & contra, tenenda eſt dicta concluſio ad euitandos circuitus & lites, & ex æquitate, & in caſu euidentis reſtitutionis, eam tenet idem Auendan. *in 2. part. mandatorum Regalium, capit. 30. numero 8.* & etiam ad impediendam miſſionem in poſſeſſionem, *ex remedio l. final. C. de edict. Diui Adrian. tollend.* eam tenuit idem Menochius, *vbi ſupra, à numero. 910.*

Quinta concluſio. Reſtitutio † debet opponi coram Iudice, qui tulit ſententiam, vel eius ſuperiore, quãdo proponitur principaliter, & non coram inferiori, *ex l. præfecti, & l. minor autem Magiſtratus, ff. de minoribus*, quando vero proponitur incidenter (& dicitur incidenter, quando opponitur ad merita cauſæ, per modum exceptionis, ex late adductis à Menoch. *de arbitra. iud. lib. 1. quæſt. 45.* & à Ioan. Garzia, *in tractat. nobilitatis, à gloſſ. 1. à num. 20. cum ſequentibus*, ad impediendam executionem,) poteſt proponi coram Iudice inferiore executore, non vt iudicet ſuper articulo reſtitutionis, quia ad hoc eſt incompetens, ſed ad hoc, vt ſi exceptio ſit notoria, ſuperſedeat ab executione, & cauſam remittat ſuperiori, vt in exceptione nullitatis contra ſententiam concluſere Abb. Felyn. & omnes, *in capit. de cætero, de re iudicat.* Banzius, *in tractat. de nullitate titul. coram quo nullitas. numero 22.* & de nullitate & aliis iuſtis exceptionibus *per d. §. Marcellus,* probat Menoch. *in d. tractat. lib. 1. quæſt. 38. à num. 14* & ſentit Ioann. Garz. *ibi, ſupra*, & facit, quia ratione incidentiæ, efficitur quis competens in materia reſtitutionis, *vt in l. fina. in fin. C. vbi & apud quem.* Iaſ. & alii, *in leg. quoties. Cod. de Iud.* & reſtitutione allegata coram arbitro incidenter, late Caldas. *in dict. tractat. ad l. ſi Curatorem, verbo, implorandum, numero 25.* Et in omnibus caſibus exceptio præiudicialis incidenter oppoſita, coram incompetenti, ſi contradicat actioni inintentatæ, facit a iudicando ſuperſederi, licet ſuper ea Iudex non poſſit iudicare, vt notat Ioan. Garzia, *vbi ſupra,* Paul. late, *in l. 1. C. de ordine Iudiciorum, tex. in cap. tuam, de ordin. cognit.* & in materia nullitatis cum Ferrar. & aliis comprobat hanc concluſionem Aceb. *in l. 2. tit. 17. à nu. 1. cum ſequentibus, d. lib. 4.* 76

Intellige tamen, quod † non habet locum, nec poteſt practicari hæc concluſio in executore ſententiæ, aut Regalis Executoria, ex dictis in ſexta concluſione, & ex Auend. *in d. tractat. de ſecunda ſupplicatione, num. 7.* 77

Ex

78 Ex quibus remanet † reſolutum, quoad præſentem quæſtionem, de qua agimus, quod dicto minori competit reſtitutio, ab eo petita, contra ſententiam latam, cõtra eius patrem, eo mortuo, & ad appellandum, & ad perſequẽdam appellationem, ſi vult, & quod pendente petitione, aut lite ſuper reſtitutione, non poteſt exequi dicta ſententia, ſi antea non erat cœpta exequi, & ſi cœpta fuit, poteſt opponi per viam exceptionis, ad impediendam executionem vel eius perfectionem, ſi de læſione manifeſte appareat, aut poſſit apparere, intra dictos decem dies, ita quod non requirat altiorem indaginem, & ſic mihi videtur, ſalua melius ſentientis cenſura.

QVÆSTIO VI.

VTrum creditor ſecundus, qui exigit à debitore ſuum creditum, poſsit conueniri à creditore primo, ad reddendum id, quod exegit, maxime ſi ſit pecunia, quæ conſumpta fuit. Et an ipſe creditor in foro conſcientiæ exteriori, teneatur id reſtituere. Et an tuta conſcientia debitor poſsit ſoluere poſteriori, omiſſo primo, & de ordine ſoluendi creditoribus, in vtroq; foro.

SVMMARIA.

1 *Huius quæſtionis diuiſio.*

2 *Creditor perſonalis quis ſit, & an poſſit auocare ſolutum alii Creditori, & declaratio plurium legum, & quid ſi Creditor ſciuerit de primo. nu. 3. & quid de gratificatione, num. 4. declaratur.* l. ſi pupillus, ff. quæ in fraud. Creditorum, *quid in actione Tributoria, n. 5. & quid de Creditoribus priuilegiatis in perſonali, nu. 6. quid ſi exigat bona fide, n. 7. & quid ſi ſit Creditor ex cauſa lucratiua, nu. 8.*

9 *Creditor hypothecarius, an poſſit auocare ſolutum ſecundo Creditori, vbi declaratur, text.* in §. Etſi præfatam, *& quid ſi res deſiit extare, abſq; culpa poſſeſſoris, n. 10. Quid ſi habuit malam fidem, num. 11. & ſi eſt Creditor ex cauſa lucratiua, num. 12 & 13. & declaratur dictus textus* in §. Etſi præfatam. *& nu. 14. 15 16 17. & 18.*

19 *Creditor realis priuilegiatus, an poſſit auocare ſolutum, aut pecuniam ſolutam ſecundo,* & de intellectu legis ſi pecunia, C. de iure fiſci, *late ibi, & numer. 20. 21. & 22. & declaratur,* l. ſi filiusfamilias, ff. ſi cert. petat. *numero 23.*

§. 2.

1 *Debitor perſonalis, an poſsit cũ bona conſciẽtia ſoluere ſecũdo Creditori, in præiudicium primi perſonalis, & num. 2. limitatur 1. quando Creditor petit, nu. 3. & n. 4. Et 2. limitatur, ſi debitor per gratificationem ſoluat, num. 6. & quis dicatur ſoluere per gratificationem, ibi, n. 7. & quid de exigente per vim, nu. 8. & 9. & 10.*

11 *Debitor habens Creditores priuilegiatos in actione perſonali, ſi ſoluat mala fide ſecundo, an peccet, & teneatur ad reſtitutionem, & num. 12. & quid ſi habet bonam fidem, num. 13. & quid ſi à principio habeat bonã fidem, & poſt ſuperueniat mala, num. 14. & 15, & an peccet Creditor priuilegiatus, & debitor illi ſoluens, n. 16.*

17 *Debitor habens Creditores priuilegiatos, & non priuilegiatos, in foro conſcientia, quibus poſsit ſoluere primo, & quid ſi Debitor & Creditor habeant bonam fidem?*

18 *Debitor habens Creditores hypothecarios priuilegiatos, an poſsit ſoluere aliis non Realibus nec priuilegiatis?*

19 *Debitor poteſt ſoluere cum bona conſcientia Creditori chyrographario, aut qui ſolum probat per teſtes, ſi ſit prior, omiſſo alio qui habet ſcripturam publicam, & nu. 20. quod in foro conſcientiæ non præfertur probans numerationem per teſtes.*

21 *Heres*

21 *Heres cum beneficio inuentarii poteſt ſoluere primo venienti, numer. 21. & ibi, num. 22. infert Author contra Cayetan. valere ſtatuta municipalia contra ius commune, in ordine ſoluendi creditoribus.*

23 *Creditores hypothecarii, quando ſunt æquales in priuilegiis,* qui prior eſt tēpore, porior eſt iure, *& n. 24. quod etiam in foro exteriori præfertur probans hypothecam priorem per teſtes.*

§. 3.

1 *Author allegat infinitos authores de materia.*

2 *Creditorum, alii Perſonales, alii Reales.*

3 *Creditores, qui habent à iure tacitam hypothecā, latiſſime numerantur omnes, ibi, & nu. 4. 5. 6. 7. 8.*

9 *Creditores priuilegiati in hypothecis qui ſint, ibi, & nu. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17 18. 19. 20. 21. & 22.*

23 *Creditores, qui habent priuilegium in actione perſonali, latiſſime ibi, & num. 24. 25.*

26 *Quæ ſint priuilegia maiora & minora.*

27 *Creditorum habentium hypothecas priuilegiatas, eſt prima cauſa.*

28 *Hypotheca expreſſa anterior, præfertur tacitæ vel expreſſæ poſteriori, etiā priuilegiatæ.*

29 *Tacita prior, præfertur poſteriori.*

30 *Non priuilegiati ſuccedunt poſt priuilegiatos, & num. 31. de Domino cenſus, an præferatur aliis, & ibi, ſi ſit aliquis prior, habens bona generaliter obligata, num. 32.*

33 *Prior tempore potior eſt iure in hypothecariis. priuilegium non habentibus.*

34 *Creditor habens inſtrumentum publicū, præfertur habenti chyrographum.*

35 *Prioritas non præſumitur fauore dotis & fiſci, niſi in foro conſcientia, n. 36.*

37 *Creditorum pignus Iudiciale vel Prætorium prætendentium,* qui prior eſt tēpore, potior eſt iure.

38 *Perſonales ſuccedunt poſt hypothecarios.*

40 *Dominus bonorum extantium vel mercium præfertur omnibus Creditoribus.*

41 *Ordo, de quo in quæſtione, ſeruatur in foro conſcientiæ.*

42 *Heres cum beneficio inuentarii, quem ordinem ſeruare teneatur in ſoluendis Creditoribus, ibi.*

QVÆSTIO hæc † quotidiana eſt, & confuſe a Doctoribus tractatur, & in diuerſis locis, & ira membrarim & imperfecte: vt ſi eos legeris, ſemper in plurib. dubius remanebis. Ideo pro eius clara reſolutione, eam in tres articulos diuido. Primus de creditore primo, an poſſit reuocare a ſecundo, quod ſibi ſolutum eſt, maxime ſi ſit pecunia, & ea conſumpta ſit? Secundus, an debitor in foro conſcientiæ poſſit ſoluere poſteriori, omiſſo primo, & an creditor ipſe poſſit recipere, & teneatur ad aliquam reſtitutionem priori? Tertius, quis ordo in vtroque foro debeat ſeruari, in creditoribus ſoluendis. 1

Primus articulus, §. primus.

Prima concluſio. Creditor † perſonalis, id eſt, creditor, qui habet ſolam obligatam perſonam, & non bona debitoris, vt qui ſolum chyrographū, vel teſtes de ſuo debito haber, non poteſt auocare ſolurum poſteriori, etiā ſolam actionem perſonalem habenti, quia creditores perſonales non priuilegiati, ſunt pares in ſolutione, neque vnus præfertur alteri, etiamſi ſit prior tempore, & ille, qui primo occupat, petit & recuperat ſuum debitum, alteri præfertur in toto debito ſoluto, *text. & ibi gloſſ. in l. inter eos, ff. de re iudicat.* text. expreſſus, *in l. qui autem, §. ſciendum, ff. quæ in fraudem creditorum, & in l. ſi non expedierit, § 1. ff. de bonis auctorita. Iud. poſſiden. & in l. ſi pupillus, ff. quæ in fraudem creditor. concordat tex. in l. 11. tit. 14. part. 5. & in l. 9. tit. 15. eadem part.* 2

Ampliatur hæc † concluſio, etiam ſi creditor ipſe tempore ſolutionis ſciuerit, debirorem habere alios creditores perſo- 3

perſonales, & eum non eſſe ſoluendo omnibus, aut foro cedere velle, ita probat tex. expreſſus, *in d. §. ſciendum, & in d. l. ſi pupillus*, & Paulus de Caſtro, *in l. in ſumma, in fin. ff. de pecul.* licet contrarium tenuerit Burſatus, *conſil. 119. num. 32. lib. 1.* allegans Paulum, *vbi ſupra*, qui contrarium tenet, vt dictum eſt, & Bald. quem allegat, loquitur in debitore ſoluente & ſciente, in creditore enim ſciente, concordat cum noſtra ſententia, quam etiam limitat, niſi de licentia legis id fiat, at vero *d. l. 3. par.* expreſſam licentiam dat, ibi, *ama, &c.* & tacite eam dant, dictę leges iuris communis, cum id permittant creditoribus ſcientibus, & correlatiuorum eadē eſt natura, & iuris diſpoſitio, *vt per tex.* & ibi late Iaſ. *in l. 1. C. de indicta viduitate tollend.*

4 Limitatur tamen hæc † concluſio, non procedere, quando per gratificationem creditori eſſet ſolutum: *vt in d. l. ſi pupillus*, vel quando creditor per vim extorſerit, vt in dictis iuribus: & dicitur fieri gratificatio quando plures ſimul inſtant pro ſolutione ſuorum debitorum, vel acceperunt poſſeſſionem, ex primo decreto, & debitor vni ſoluerit, omiſſis aliis, tunc enim ſolutio cenſetur facta in fraudē creditorum, & reuocatur *per titul. ff. quæ in fraudem credit.* vt declarat *gl. in d. l. ſi pupillus*, vbi Barr. Ange. Imol. Cuman. & omnes.

5 Secundo limitatur † in actione tributoria, quæ datur mercatoribus, contra alios mercatores, pro debitis mercium ſuarum apothecatatū, in hac enim actione ob priuilegium mercaturæ, & ob fidem inter mercatores ſeruandam, neue ceſſet commercium, non ſeruatur hæc concluſio, ſed creditor, qui exegit debitum, tenetur communicare aliis creditoribus, textus expreſſus, *in l. ſi Procurator, §. ſed ſi plures, cum duabus legibus ſequentibus*, & ibi ſingulariter Paulus de Caſtro, *ff. de tributoria*, Beneuenut. Stracha, *in tract. de Mercatura, tit. de decoctorib. num. 34.*

6 Secunda concluſio. Si † creditores habentes perſonales, ſint priuilegiati in ipſis actionibus perſonalibus, aut aliquis ſit priuilegiatus, non poteſt creditor priuilegiatus auocare ſoluta creditori non priuilegiato, habenti ſolum actionem perſonalem, vel alio minus priuilegiato: hæc concluſio probatur; nam iſte non habet hypothecam; vnde non poteſt agere hypothecaria contra tertium poſſeſſorem, qui bona fide proceſſit, *argument. l. ſi à debitore, ff. quæ in fraudem creditorum*, & hanc opinionem videtur tenere Couarru. *in practi. q. capit. 29. numero 3. & 4.* licet contrarium teneat & defendat Capitius, *deciſione ſeptuageſima octaua, per totam*, eandem videtur ſequi Cephal. *conſil. octuageſimo ſexto, numero decimo ſeptimo, & vigeſimo ſecundo, lib. 1.* & videtur fuiſſe de mente Bartol. *in d. l. ſi pupillus, & gloſſ. in l. ſi pecunia, Cod. de iure fiſci*. Sed Capitii opinio eſt contra manifeſta iuris principia, & nullo iure probatur; nam *text. in l. ex facto, §. final.* quem allegāt, *ff. de peculio.* non eis fauet, ſolum enim dicit, quod, quādo Dominus ſoluit debita peculiaria, tenetur habere rationem creditorum, priuilegia habentium, & deducere eorum debita, aut ſaltem pro eis cautionem exigere à creditore exigente, & non dicit, ſi pecunia ſoluatur de facto, an poſſint creditores priuilegiati eam auocare, *& l. ſed an hic, ff. quod cum eo*, ſolum dicit, habendam rationem priuilegiatorum à patre ſoluente de peculio, & ſic tenenda eſt dicta concluſio contra eos.

Limitatur & declaratur † primo, vt procedat, quando creditor exegit bona fide; neſciens de aliis primis creditoribus, magis priuilegiatis, aut ſi de eis ſciebat, non ſciebat an debitor eſſet inops vel non, vel an volebat decoquere, vel non. Si vero haberet malam fidem, vtpote, quia hæc omnia ſciebat, tunc non haberet locum dicta concluſio, & creditor per actionem reuocatoriam, *quæ in fraudem creditorum*, tenetur reddere, quod accepit, ſi extat, & ſi non extat, extimationem; quia dolo deſiit poſſidere, & ſi eſt pecunia, etiam eam conſumptam tenetur reddere, quia genus nunquam perit, *argum. text.* 7

in d.

in d.l.qui à debitore, & ita procedunt quæ Bart. & Doctores, *vbi ſupra*, notant. Neque obſtat, quod, qui ſuum debitum receperat, non committit fraudem: *vt in d.l.qui autem, §.apud Labeonem.* Nam id verum eſt, quando non erat certioratus de aliis creditoribus, priuilegium habentibus, vel omnes creditores erant pares; ſi autem eſſet certioratus, debitor non poſſet ei ſoluere, abſq; cautione in eorum præiudicium, neque ipſe recipere, *ex tex.in d.l.ex facto, §.ſi.& in d.l.ſed an hic.*

Secundo limitatur. Si † hic creditor,
8 qui recuperauit, fuit creditor ex cauſa lucratiua, & res extat, etiamſi ſit pecunia, vel ſi conſumpta eſt, factus eſt ex ea locupletior (puta; quia cum ea emit prædium, vel ſoluit aliud debitum, vel aluit ſuam familiam, & non conſumpſit ſuam propriam pecuniam, ſed ideo integram habet) tunc enim etiamſi bona fide debitū recuperauerit, datur contra eum, primo & priuilegiario creditori, actio reuocatoria, *ex d. tit. ſi quis in fraudem creditorum, argum. tex. in l.qui autem, §.ſimili quoque modo, ff. quæ in fraudem creditor.* & ita procedunt, quæ Faber. Angel. Iaſ. Gomez. & alii notant, *in §. ſi quis in fraudem, inſtituta de action.* & quæ contra Couarru. notat Menoch. *conſilio 25. à num.13.& conſil.46.numero 2.libr.1.* & cum Grammatico, Fabro, & aliis, Cephal. *vbi ſupra.*

Tertia concluſio. Creditor † habens
9 obligata, ſiue hypothecata bona debitoris, ſiue generaliter ſiue ſpecialiter, ſiue tacite, ſiue expreſſe, ſi eſt prior tempore, & alias potior, & magis priuilegiatus, poteſt reuocare res aut pecunias ſolutas poſteriori creditori, & ſi extant, non eſt dubium, *textus expreſſus, in l.final. §. Et ſi præfatam, verſic.ſi vero.* & ibi Barto. & Angel. Bald. & Salycet. & Paul. Iaſ. Alexand. & alii, *C de iure deliberand.text. etiam in l.ſi fundum, §. in venditione. ff. de pignoribus*, melior text. & ibi Bartol. *in l. 1, ff.de diſtract.pign.* faciunt rationes traditæ à Matthæo de Afflictis, *deciſione 190. per totam*, & late fundat, & defendit Beneuenutus, *in tracta. de mercatura, tit.de decoctoribus, à numero 28. cum ſequentibus*, & hāc opinionem videtur tenere Paulus de Caſtro, *in dict.l.ſi pecunia, & in conſilio 169.libr.2.* & hi omnes ſecure exiſtimant, pecuniam extantem cadere in obligatione generali bonorum, de quo non eſt dubitandum, hāc etiam opinionem tenet Pariſ. *conſil. ſexageſimo nono, libr. 4. & cum pluribus deciſio Perufina 45. numero 4.& num. 20.* licet contrarium in non priuilegiatis videatur tenere Couarru. *vbi ſupra*, & contrarium etiam ex quadam æquitate videatur iudicaſſe conſilium Neapolitanum, vt per Afflictum, & Capi. *vbi ſupra*, & contrarium etiam cum eis tenuerit Cephal. *in conſil. 448.à n.29.lib.3.* quorum opinio ex æquitate procedit in caſibus, de quibus ſtatim dicemus, alias falſa omnino erit, & contra manifeſta iuris principia.

Limitatur tamen hæc † concluſio, vt 10
non procedat, quando res deſiit extare, abſque dolo poſſeſſoris, vel conſumpta eſt bona fide pecunia ſoluta, tunc enim creditor, qui ſuum debitum recuperauit, ad nihilum tenebitur priori creditori hypothecario, ex Bart. *in d.l.ſi pupillus, & ex tex. eleganti in d.l.1.ff.de diſtraction. pignorum*, & ibi Bartol. Quod confirmatur manifeſta ratione, quia actio perſonalis non datur contra tertium poſſeſſorem, realis vero etiam non datur, ſi res deſiit extare, abſque dolo poſſeſſoris, *vt in dicta l. 1.* & ibi gloſſ. & Bartol. *vbi ſupra.*

Si vero creditor † habuit malam fi- 11
dem, quia ſciuit de creditore hypothecario priori ſe, & in fraudem eius recuperauit debitum, ſciens debitorem nō eſſe ſoluendo, tunc reuocabitur ſolutio non per actionem hypothecariam, quę nulla eſt, ſed *ex d.tit.ff. quæ in fraudem creditorum, ex ſupra adductis*, & ſecundum hanc declarationem, & limitationem ſupra dictam, non erit opus recurrere ad æquitatem, de qua in *d.deciſione*; nam in puncto iuris vera eſt, ſi res hypothecata deſiit extare, aut pecunia ſit conſumpta, licet contrarium tenuerit Beneuenutus, *vbi ſupra.*

Tum etiamſi creditor, † cui ſolutum 12
eſt,

eſt, fuerit creditor ex cauſſa lucratiua;
etiam ſi res deſiit exſtare, vel pecunia
conſumpta bona fide, ſi factus eſt locu-
pletior, ex dicta ſolutione reuocabitur
ſolutio, *ex dict. tit. ex ſupra adductis*, neque
erit neceſſarium conſtituere ſpecialita-
tem, fauore dotis; vt conſtituebat Bar-
tol. *in dict. leg. prima, ff. de diſtractione pigno-
rum.*

13 Neque † obſtat *tex. in dict.* §. *Etſi præ-
fatam, verſicul. ſi vero creditores*, vbi Impe-
rator concedit vtilem actionem contra
creditorem ſecundum, qui recepit ſu-
um creditum ab herede, cum beneficio
inuentarii, omiſſo priori creditore: & i-
deo dicit dandam vtilem actionem;
quia res aut pecunia, quæ data fuit in ſo-
lutum, erat conſumpta, alias directa hy-
pothecaria, vt in prima parte text. Et ita
intelligunt illum text. plures ex autho-
ribus, ibi, & Beneuenutus, & alii ſupra
adducti; nam reſpondetur; quod intel-
lectus hic ad illum text. eſt aperte diui-
natorius; nam Imperator ibi de con-
ſumptione nullum verbum dixit, & i-
deo dixit dandam vtilem actionem, vel
conditionem ex illa lege: quia credi-
tori non erat ſolutum, ex rebus ipſis he-
reditariis, ſed ex earum venditione, vel
emptores, vel heredes ſoluerant. Vnde
non poterat dari actio hypothecaria,
quia in hypothecaria pretium non ſuc-
cedit loco rei, *ex dict. leg. prima.* Et licet
Bartol. ibi tenuerit contrarium, certe
mouetur ex quadam æquitate & fauore
dotis: & quia tertius habuit pretium ex
cauſſa lucratiua, licet ſi haberet ex cau-
ſa lucratiua, & factus eſſet locupletior,
de rigore per dictam actionem perſona-
lem, *quæ in fraudem creditorum*, teneretur
ille tertius ad reſtituendum pretium, vt
dictum eſt, & quod doctrina Bartol. pro-
cedat de æquitate, fatetur idem Bartol.
in dict. leg. qui a debitore, Iaſ. & Dd. *in l.
cum ſeruum, ff. ſi cert. petatur*, Dd. *in l. mater,
C. de rei vendicatione*, Fanus, *de pignoribus.
ſecunda part. membro 4. numero quinquageſi-
mo nono, & membro primo, numero 48.* &
fatentur Beneuenutus, Bartol. & alii, *vbi
ſupra.*

14 Igitur † ad propoſita, cum non poſſit
ad pretium dari hypothecaria priori
creditori, maxime, quia nunquam fuit
heredis, neque in eius poteſtatem ve-
nit, ſed emptor ſoluit creditori, neque
etiam poſſet dari actio perſonalis con-
tra tertium creditorem, ideo fuit neceſ-
ſaria dicta vtilis actio; vel conditio ad
pecuniam ſolutam, ex rerum venditio-
ne, atque ideo fuit data in fauorem he-
redis, qui fecit inuentarium, & vendi-
dit bona hereditaria, ad ſoluenda debi-
ta, ne ipſe nec ſuus emptor poſſint mo-
leſtari a priori creditore; non igitur cō-
ſtat *in d. l. ſi pecunia*, fuit vel non fuit con-
ſumpta, & certe ſi fuit conſumpta bona
fide ab ipſo creditore, iniquiſſimum eſt,
ſi forſan non fuit factus locupletior,
contra eum dari reuocatoriam actio-
nem, & eſſet infinitis litibus dari occa-
ſionem, & tunc deberet ſeruari dicta
deciſio Sacri Cōſilij Neapolitani, vt per
Afflict. & Capi. *vbi ſupra*, maxime, quia ſi
id procederet fauore heredis, vt Impe-
rator inſinuat, non eſſet ad alios caſus
trahendum.

Neque obſtat quod † dicebat Bart. 15
in l. ſi pupillus, quod pecunia nunquam
perijt, id enim intelligendum eſt reſpe-
ctu actionis perſonalis, non realis, quæ
ſequitur indiuiduum, ex materia ſigna-
ta conſtitutum, & non ſpeciem neque
genus.

Non tamen admitto, quod † Couar. 16
dixit, *vbi ſupra*, quod *tex. in d.* §. *Etſi præ-
fatam*, loquitur in herede compulſo: nō
enim tale conſtat, ex tex. imo totum
contrarium, nam ſemper loquitur de li-
bertate heredis in ſoluendo, vel credi-
toribus, vel Legatarijs, nullaque ineſ-
ſet illis libertas, ſi compulſus ſolue-
ret.

Remanet igitur verificata † dicta 17
concluſio, cum dictis limitationibus &
declarationibus, licet æquitate, etiam
quando eſſet ſoluta pecunia, de qua ſta-
tim non appareret, an extaret, puta, vel
quia de ea non fuit factum depoſitum,
vel quia iam multo ante ſoluta eſſet,
& celaretur, ob vitandas lites admitte-
rem deciſionem dicti Conſilij Neapo-
litani, contra communem, alias non.

18 Quarta concluſio. Creditor † habẽs hypothecam, aut obligationem bonorum priorem, & priuilegium prælationis, non ſolum poteſt auocare res ſolutas priori creditori, ſi extant, ſed etiam pecuniam ſolutam quantumuis conſumpta, & in fiſco id aperte inſinuat tex. *in dict. leg. ſi pecunia*, melior tex. *in leg. deferre, §. fin. ff. de iure fiſci.* Non tamen admitto, quod Accurſius ibi exiſtimat, ſcilicet, quod in caſu illius tex. neceſſariũ erat, quod fiſcus eſſet prior tempore, nam iura non diſtinguunt: at vero ſi creditor poſterior eſſet inops, nunquam eam practicarem, etiam fauore dotis, etſi ex diſpoſitione *dictæ legis, ſi pecunia, & dicto §. fin.* vera videatur: Si vero creditor eſſet diues, aut ex pecunia, etiamſi non extet, factus fuit locupletior, tunc eam practicarem in dote, & in alijs creditoribus, ita & eum tanto fauore priuilegiatis, & qui maximam iacturã paterentur, ex amiſſione ſui crediti, & tunc deberet fieri excuſſio bonorum debitoris, vt eleganter Menoch. notat, *in dicto conſi. numero 10.* Si vero creditor petens eſſet diues, & creditor recipiens damnum pateretur, eam nõ practicarem, etiam fauore dotis, niſi in caſibus in hac quæſtione dictis, ſcilicet, quando creditor ſecundus mala fide recepit & conſumpſit, vel pecunia extat recenter ſoluta aut depoſita, vel erat creditor ex cauſa lucratiua: quæ omnia arbitrio Iudicis dimitto, ex quo intelliges verbum *ex cauſa*, de quo *in dict. leg. ſi pecunia*, nam etiam fiſcus non debet paſſim auocare pecuniam ſolutam creditori, ſed ex cauſa, vt ſupra dictum eſt. Vnde debet æquus Iudex perpendere omnes circũſtantias iuſtitiæ & æquitatis.

21 Quibus omnibus penſitatis, † non male Fulgoſ. & Cuma. in caſu conſumptionis contra dictam concluſionem tenuerunt, & de ea male ſenſit Couar. *vbi ſupra*, licet non bene reſpondeat *ad dict. §. Etſi præfatam*, cui ſupra vltra eum congruum Reſponſum accommodauimus.

22 Nec pro eo † facit *lex. ſi filiusfamilias, ff. ſi cert. petatur*, quam ipſe adducit, vbi patri non datur certi condictio contra filii creditorem, qui ab eo recuperauit pecuniam, quæ erat patris & conſumpſit, tum ideo non datur, non quia conſumpta fuit, ſed quia certi condictio, de qua in toto illo titulo, tunc datur, quando ex aliqua datione haberet locum actio, ſi Dominium eſſet realiter translatum, vt in mutuo: ſi vero ex illa datione non adquiritur actio, ſed exceptio, vt in recipiente ſolutionem & ſoluente, nec Dominium translatum eſt, tunc non datur certi condictio, ſed forſitan daretur condictio indebiti, & ita inſinuat Iuris Conſul. ibi, *& in leg. certi condictio, ff. ſi certum petatur*, & de condictione indebiti, videtur textum eſſe expreſſum, *in leg. indebiti, §. ſed ſi nummi, ff. de condictione indebiti*, & ibi gloſſ. *verbo, vt vel, & in leg. Dominus teſtamento, ff. eodem titul.* Igitur ex his omnibus vides, quam ſuſpecta ſit dicta concluſio, ſed tamen tenenda eſt, propter auctoritatem communis, cum declarationibus tamen ſupra adductis, alias iniquiſſima erit, & cum his concluſionibus finitur hic articulus.

§. 2.

Et Articulus ſecundus de debitore & creditore poſteriore, an ſint in foro conſcientiæ tuti, vnus ſi ſoluat, alius ſi recipiat in præiudicium primi, & melioris creditoris.

Prima concluſio. Debitor † qui eſt 1
obligatus pluribus creditoribus perſonaliter, & non realiter, quia ſunt plures creditores habentes actiones perſonales, non priuilegiatas contra debitores, & non hypothecarias, poteſt ſoluere debitum vni creditori primo petenti, cum bona conſcientia, imo ad id tenetur, & etiam creditor recipere, etiamſi debitor & creditor ſciant, quod debitor ipſe non remanet idoneus aliis creditoribus, vel vult foro cedere aut fugere. Hæc concluſio probatur, ex pluribus iuribus adductis in prima concluſione, primi Articuli, quæ cum ſint diſpoſitiua, & iuſtam vim obtinent in foro con-

Digitized by Google

ro conſcientiæ, ex notatis per Abba. &
Canoniſtas, *in cap. primo, de conſtitutioni-*
bus, latiſſime Mexia, *in pragmatica taxæ*
panis, concluſione 6. a numero 99. & a numero
70. cum ſequentibus, Couar. *in 4. 2. part. cap.*
7. §. 7. numero decimo, & ex Theologis Di-
uus Thomas, *prima ſecunda, quæſtione 96.*
articulo 6. Scotus; *libro quarto ſententia-*
2 *rum, diſtinctione decima quinta.* Et † hanc
noſtram concluſionem in proprijs ter-
minis, tenet Nauarrus; *in ſuo Manuali*
Latino, capite decimo ſeptimo, a numero 47.
cum ſequentibus, & Petrus de Nauarra, *in*
tractatu de reſtitutione, tomo ſecundo, libro
quarto, cap. fin. in fine, Syluester, *in ſumma*
verbo reſtitutio 6. quæſtione 5. cum ſequenti-
bus. Angelus de Clauaſio, *in ſumma verbo*
reſtitutio 2. a num. 16. Medina, *de reſtitutio-*
ne, quæſt. 2. fol. 9. Et licet iſti, in locis alle-
gatis, alias quæſtiones tractent in mate-
ria ſolutionis creditorum, inter eas affir-
mant hanc noſtram concluſionem; &
quia non plures cartas implent, non al-
legatur numerus particularis, quia faci-
liter inueniri poteſt, niſi ad Petrum de
Nauarra, qui allegatur, *numero fin. octua-*
geſimo ſecundo, iſte enim longe extendit
habenas.

3 Limitatur tamen † hæc concluſio,
vt procedat, quando creditor petit de-
bitum a debitore, ſi vero debitor ipſe,
vel ex amicitia vel ex malitia, ſciens ſe
non poſſe ſoluere creditoribus, quærit
creditorem amicum, vt illi ſoluat, cre-
ditorque etiam ſciat debitorem habere
alios creditores, & non poſſe ei ſoluere,
tunc creditor & debitor violant leges
iuſtitiæ, ac proinde peccant mortaliter,
& tenentur ad reſtitutionem, ſaltem
creditor, qui accepit, & licet ſupra dicti
in ſpecie hunc caſum non tangant, ta-
men ſatis colligitur ex eorum dictis;
quando dicunt, quod debitor habens
plures creditores perſonales, tenetur
ſoluere omnibus; ſaltem in bonis, quæ
habet, ſi non ſufficiant omnibus pro ra-
ta, & Nauarra reprobat Medinam, qui
dicebat, quod debebat ſoluere priori
in tempore; quod eſt contra iura ex-
preſſa, de quibus *in l. priuilegia*, & ibi An-
gel. & Ripa. *ff. de priuileg. creditorum.*

Confirmatur, quia † iura tunc dant 4
licentiam creditori accipiendi, & debi-
tori ſoluendi; quando creditor ipſe eſt
diligentior alijs in exactione, alias non,
vt in dicta l. ſi Pupillus, & in iuribus ſupra al-
legatis: at vero iſte creditor nullam ha-
buit præ alijs diligentiam, ſed debitor il-
li ſponte ſoluit, vnde non habuit ius pr
occupationis: & amplius confirmatur,
quia hæc videtur quædam gratificatio,
aut acceptio perſonæ; quæ videtur re-
probata in dictis iuribus, vbi Zaſius ſub-
tiliter & eleganter de gratificatione
tractat.

Neque obſtat; † *dicta l. nona, titulo de-* 5
cimo quinto, part. quinta, ibi, *ama; &c.* quæ
videtur demonſtrare, quod ex amore
potuit debitor ſoluere creditori, nam
illa lex indiſtincte loquens, eſt intelli-
genda; ſecundum ſupra dicta; ſcilicet,
quod creditor fuit diligens in petendo,
& debitor ex amore etiam non compul-
ſus ſoluit, vt concordet *cum l. vndecima,*
titulo decimo quinto, part. quinta, & cum le-
gibus ſupra dictis, & iura iuribus con-
cordemus, ex notatis *in l. præcipimus, Cod.*
de appellat. & in Authent. *quas actiones; C.*
de ſacroſanct. Eccleſ. alias lex illa eſſet ma-
nifeſte iniqua, cum permitteret per-
ſonarum acceptionem contra iuſtiti-
am diſtributiuam.

Secundo † limitatur, niſi debitor per 6
gratificationem ſoluerit creditori; ipſo
ſciente de gratificatione, nam tunc am-
bo peccant mortaliter, & creditor te-
netur ad reſtitutionem; ſecundum ſu-
pra dictos, & dicitur ſoluere per gratifi-
cationem modo explicito; *ſupra, numero*
quarto, §. primo, & eleganter declarat An-
gelus & Zaſius, *vbi ſupra*, idem Zaſius,
in dict. l. ſi non expedierit, §. ſi pupillus, ff. de bo-
nis authoritate Iud. poſſidendis. qui ait, quod
dupliciter intelligi poteſt gratificatio.
Primo, quando creditores omnes vel a-
liqui ex eis petebant eodem tempore
iudicialiter, vel extraiudicialiter ſuum
debitum aut creditum, & debitor ſoluit
vni in præiudicium aliorum. Secundo,
quando creditor, qui exigit ſuum debi-
tum, fuit nimis ſolicitus feſtinans & im-
portunans, & propter ſuam importuni-

tatem ſoluit illi debitor: tunc enim dicitur per gratificationem exegiſſe, vt nimis cupidus; & teneretur ad reſtitutionem, vt colligitur, ex his, quæ Zaſius *vbi ſupra*, declarat.

7 Imo ego dico, quod † per vim videtur exegiſſe, quia importunæ preces æquipollent metui aut violentię, *ex leg. prima in fin.* & ibi Barto. Angel. & Imol. *ff. de extraordina. criminibus*, & ex notatis ab auctoribus; præcipue Curtio, Meneſſ. & Riminald. *in l. interpoſitas; Cod. de tranſactio.* & notatur *in libro primo, §. quæ onerande, ff. quarum rerum actio non datur.*

8 Ex quo † etiam infertur, quod idem a fortiori erit in exigente per vim, quia eſt doloſus & malitioſus, vt colligitur, *ex dict. leg. ſi pupillus*: non tamen tunc peccabit compulſus, quia fuit omnino inuoluntarius, ſi vis erat talis, quæ potuit mouere conſtantem virum: ſi tamen vis non eſſet talis, non cauſaret ſimpliciter inuoluntarium, & ſic peccaret, licet peccatum eſſet minus in ſua ſpecie.

9 Declarantur ſupra † dicta, ſcilicet, quod vis præciſa, a qua quis non potuit defendi, (vt quia creditor debitorem ligauit, vel alio modo abſtulit ſuum debitum, ſine facto aut voluntate debitoris) excuſat omnino a peccato; quia cauſat inuoluntarium ſimpliciter; vis vero non ita præciſa, a qua quis cum aliqua diligentia potuit defendi, non excuſat in totum, metus vero ſeu coactio, ex qua debitor ipſe ſoluit; ſi cadit in conſtantem virum, cauſat voluntarium ſimpliciter, reſpectu actus; & inuoluntarium ſecundum quid, ſcilicet, finem vltimum voluntatis; qui eſt bonum, & licet non excuſat a peccato, excuſat a tanto, vt colligitur ex Diuo Thoma *quodlibet. quinto, articul. decimo,* Syluest. *in verbo, metus, quæſtione ſeptima,* & Panormitã. *in capit. ſacris, de his, quæ vi metuſue cauſa fiunt.*

10 Intellige etiam quod † ſi creditor & debitor ſint bonæ fidei in ſoluendo & recipiendo, non haberent locum limitationes, vt infra dicetur.

Secunda concluſio. Debitor habens 11
† creditores priuilegiatos in actione perſonali, ſi ſoluit vni non priuilegiato; vel minus priuilegiato mala fide, quia debitor & creditor ſciebant, debitorem ipſum habere alios creditores priuilegiatos, & non ſufficere omnibus, ambo peccant mortaliter, & creditor tenetur ad reſtitutionem; patet; quia ambo violant legem iuſtitię, & ita concludunt Nauarrus, Nauarra, Medina, Syluester, & alij ſupra allegati.

Neque excuſabitur † a peccato, ex 12
eo, quod creditor ſit pauperior alijs, nam ex hoc non licet violare legem iuſtitiæ, neque vllibi tale inuenitur expreſſum, imo contrarium conſtat, *ex dictis, in §. 1. & ex dict. leg. ex facto, §. fin. ff. de pecul.* & ita docte contra Medin. aduertit Petrus de Nauar. *vbi ſupra.*

Ex quo infertur, quod ſi † ambo a 13
principio tempore ſolutionis haberent bonam fidem, puta, quia debitor non ſe exiſtimauit inſufficientem ad ſoluendum, quia habebat officium & lucrabatur, & habebat aliqua bona, & exiſtimabat (vt plures perſępe putant) paulatim ſoluere creditoribus, & creditor etiam eum videbat in bono ſtatu, abſque ſignis decoctionis, nec de omnibus creditoribus ſciebat: tunc nec ambo peccant, nec creditor tenetur ad reſtitutionem, *ex iuribus adductis*, & ita notant Theologi omnes, peccaret tamen qui malam fidem haberet.

Infertur etiam ex eadem † ratione, 14
quod ſi creditor haberet bonam fidem a principio, & poſtea ſuperueniret illi ſcientia inopiæ debitoris; & creditorum priuilegiatorum, nõ teneretur ad reſtitutionẽ; quia a principio accepit iuſte ſuum debitum, & poſt retinet, quod ſuũ eſt, & quod nulla actione poteſt ab eo auocari, vt diximus, *in d. §. 1.* igitur nulli facit iniuriam.

Neque obſtat, quod † accipiens alie- 15
num bona fide, & titulo habito a non domino, ſi poſtea comperiat rẽ eſſe alienam, afficitur malę fidei poſſeſſor in foro conſcientiæ, & peccat mortaliter detinendo, & tenetur ad reſtitutionem,

vt

vt per plures Theologos allegatos à Petro Nauarra, *in dict. tract. lib. 3. c. 4. a num. 181. cum ſequentibus*, & ſic videtur de detinente rem, quæ alij; vt potiori creditori, fuerat debita, quod ſi bona fide acceperat; & poſteà comperiar fuiſſe alij debitam; efficiatur malæ fidei, & teneatur ad reſtitutionē. Nam ad hoc reſpondetur, quod caſus ſunt nimis diſſimiles, nā in priori detinēs, detinet rē omnino alienam, & quæ ab ipſo poteſt auocari per remedia ciuilia; vnde tenetur ad reſtitutionem. In ſecundo vero caſu detinens, detinet rem ſuam. & ſibi debitam, & quæ ab illo nullo remedio auferri poteſt, & licet alias creditor habueritius ad eam, nunc non habet, quia tranſlata ad tertium poſſeſſorem, & ſic caſus ſunt diſſimiles.

16 Præterea etiam infertur, † quod licet creditor magis priuilegiatus in foro exteriori, poſſit rem auocare a creditore non priuilegiato, vel minus priuilegiato (ſemper loquimur in perſonalibus) habente cauſam lucratiuam, ſiue ſit bonæ, ſiue malæ fidei, ſiue conſumpſerit, ſiue non conſumpſerit ſolutum, *ex titulo ff. quæ in fraudem creditorum*, vt diximus, *in dicto §. primo.* In foro tamen conſcientiæ, debitor, qui bona fide ſoluit creditori lucratiuo, & ipſe creditor, qui recepit, non peccarunt, nec creditor tenetur ad reſtitutionem, paret; quia detinet quod ſuum eſt; & accepit bona fide non animo fraudandi creditores; & ſi poſtea ſciat de alijs creditoribus & de inopia debitoris, non etiam tenebitur, quia detinet quod ſuum eſt; & legitimo titulo debitum; vſque dum ſit condemnatus à Iudice: ſufficiat illi; ſi ſit paratus ſtare iuri cum aduerſarijs, nihilque moliatur in eorum fraudem; quia lex ciuilis, quæ in fauorem creditoris onerosi loquebatur in hoc caſu, non obtinet in foro conſciētiæ; in quo debet ſeruari Ius naturale; ex quo transfertur dominium ex domini voluntate; ſine obligatione reſtitutionis, & habens rem propriam, non tenetur alteri dare ſine iuſſu Iudicis; quod ſecus eſt in eo, qui in fraudem alterius accepit; quia hic contra Ius ipſum naturale fecit, & ita colligitur ex his, quæ in alio propoſito cum Caietano tradit Nauarra, *vbi ſupra*.

17 Tertia concluſio. Debitor † habens credirores perſonales priuilegiatos & non priuilegiatos, & alios mixtos & reales & perſonales, vel reales ſolum, habentes in bonis debitoris hypothecam tacitam vel expreſſam, generalem vel ſpecialem; ſi ſoluat creditori perſonali, etiam priuilegiato, omiſſo hypothecario; & creditor recipiens, ambo peccant mortaliter; quia violant legem iuſtitiæ; & creditor tenetur ad reſtitutionem; quia hypothecarij etiam poſteriores tempore præferuntur perſonalibus; etiam priuilegium habentibus, *vt in leg. eos, Cod. qui potiores in pignore habeantur*, ita concludunt omnes Theologi, *vbi ſupra*.

18 Fallit, niſi ambo † verſentur in bona fide, vel creditor recipiat bona fide in forma dicta, vt omnes vnanimiter cōcludunt: quod ampliatur, etiam ſi poſtea ſciant de conditione debitoris, & de aliis credironbus hyporhecariis, nam tunc eriam non tenentur, nec tenetur crediror recipiens; vſque dum per ſententiam Iudicis ſit condemnatus; quia detinet ſuam, & non rem alienam, ampliatur etiam in credirore bona fide recipiēte, ex cauſa lucratiua, *vbi ſupra dictum eſt*.

18 Quarta concluſio. Si † debitor habeat credirores priuilegiatos in reali & hypothecaria. ſi ſcienrer ſoluat vel perſonali vel hypothecario; non ita priuilegiato, & creditor etiam ſcienter recipiat, ſiue ſit pecunia ſiue alia res, ambo peccant mortaliter; quia violant ordinem iuſtitiæ. Fallit, niſi ſint bonæ fidei; dico; actum geſſerint bona fide etiamſi ſit creditor ex cauſa lucratiua; vt ſentiunt *ſupra dicti* & ſatis abunde *ſupra dictum eſt*, nam priuilegia non obtinent in foro conſcientiæ contra Ius naturale, tum etiam Ius auocandi per hypothecariam vel priuilegium, non obli-

obligat poſſidentem ad agendum, ſed ſolum ad patiendum, vt ſentit Caietanus a Nauarra, *vbi ſupra*, allegatus.

19 Quinta concluſio. Et † ſi de iure Ciuili, creditor habens inſtrumentum publicum, præferatur creditori habenti ſcripturam priuatam vel teſtes, *ex leg. ſcripturas, Cod. qui potiores in pignore habeantur, ex leg. 31. titulo 13. part. quinta*, & notat Ripa, *in leg priuilegia, a numero 23. ff. de priuileg. creditorum*, Euerhardus, *conſi. 208. numero 18.* tamen id non obtinet in foro conſcientiæ, nam ſi hypotheca ſit contracta vere & realiter, quæ poteſt contrahi abſque ſcriptura publica, per ſolam conuentionem, *ex leg. contrahitur, ff. de pignoribus*, quod creditor & debitor ſcient, & creditor ſit in illa prior tempore, poteſt illi ſoluere debitor, & ipſe recipere ſine obligatione reſtitutionis, & abſque vllo peccato, etiam ſi ſciat debitorem habere alios creditores hypothecarios, de quorum iure conſtat ex ſcriptura publica, & hoc ratione ineuitabili, quia dictæ leges fundantur in præſumptione, ſcilicet, quia præſumunt, quod ſcriptura priuata fuit commenta inter creditorem & debitorem in fraudem aliorum creditorum, & quod poteſt ſubeſſe fraus, vt aperte dicit *d. l. ſcripturas, in principio*: at vero in ſcriptura publica, quæ eſt probatio probata, nulla poteſt ſubeſſe fraus, ideo præſumunt in fauorem ſcripturæ publicæ, & eam præferunt teſtibus, & alijs ſcripturis priuatis. Quando vero lex ſe fundat in præſumptione, ceſſat in foro conſcientiæ, vbi conſtat de veritate, vt conſtat ex D. Tho. & alijs infinitis Theologis & Canoniſtis allegatis a Mexia, *vbi ſupra*, late Menoch. *in tractat. de præſum. prima part. libro primo, præſump. 80 per totam*, vbi etiam probat, quod in foro conſcientiæ debet ſeruari Ius naturale, contra quod non valet *lex Ciuilis*, niſi id ex cauſa declarando.

20 Ex qua concluſione † infertur, quod & ſi de iure Ciuili, probans veram numerationem per teſtes vel ſcripturam, præferatur creditori probanti confeſſionem debitoris, vt per Ripam, *vbi ſupra*: tamen id procedit, ex præſumptione fraudis, & ideo non obtinet in foro conſcientiæ, vbi conſtat de veritate, *vt dictum eſt*.

Sexta concluſio. Heres, † qui adiuit hereditatem cum beneficio inuentarij, & fecit in forma ſolemni, creditoribus citatis, etiamſi ſciat alios eſſe priores creditores, ſiue hypothecarios, ſiue priuilegiatos, poteſt ſoluere primo venienti, non expectata cautione aliqua in fauorem alterius creditoris, & hoc eſt verum priuilegium inuentarij, vt conſtat, ex tex. eleganti & expreſſo, *in lege ſcimus, §. & ſi præfatam per totum, Cod. de iure delibran.* & notat etiam in ſciente Sebaſtianus Monticulus, *in tractat. de inuentario, ad dict. §. verbo, eis ſatisfaciunt, numero 82.* & fuit de intentione Baldi, ibi, & eleganter Vincentius Francus Neapolitianus, *in ſecunda part. deciſionum, deciſione 272. a numero decimo.* Cum igitur ſit Iuris priuilegium, quod non fundatur in præſumptione, ſed diſponit in fauorem heredis, & ſit datum ad bonum publicum (de cuius iuſtitia non eſt dubitandum) obtinet vim in foro conſcientiæ; & declarat legem naturalem in hoc caſu, quod Princeps potuit facere: ad quod non aduertunt Theologi ſupra dicti, qui abſolute putant heredem, in ſolutione creditorum, teneri ſeruare ordinem, quem defunctus debuiſſet, quod ſine diſtinctione falſum eſt in dicto herede, *vt diximus*. 21

Ex quo etiam infertur male † dixiſſe Caietanum allegatum a Nauarra, *vbi ſupra*, ſcilicet, non valere ſtatuta municipalia in foro conſcientiæ, quæ ponunt alium ordinem ſoluendi creditoribus, quam qui a iure traditus ſit in aliquibus caſibus, nam ſi iuſta ſint ſtatuta, & non fundentur in præſumptione, non video cur non debeant obſeruari in foro conſcientiæ, cum lex Ciuilis potuit declarare legem naturalem in aliquo particulari caſu, & eam moderate & limitare, vt conſtat ex Abbat. Felyn. 22

Felyn. & Canoniſtis, *in capit. quæ in Eccleſiarum, de conſtitutionibus*, & ex Bart. per tex. ibi, *in leg. Item ſi Verberatum, ff. de rei vendicatione, & in leg. venditor, §. conſtat, ff. de commun. prædiorum*, & ex Angel. *in §. ſed naturalia inſtituta de Iure naturali*, & late Syluester, *in ſumma verbo lex*, & ex Soto, Diuo Thoma, & alijs in locis ordinarijs. Melius tamen faceret heres, ſi cautionem exigeret, vt Monticulus aduertit.

23 Vltima concluſio. Quãdo † creditores hypothecarii ſunt æquales in priuilegio, aut non priuilegio, qui prior eſt tempore, potior eſt iure, & non poteſt debitor, ſciens ſe non eſſe ſoluendo, ſoluere poſteriori, in præiudicium prioris, nec creditor ſciens recipere, & ambo peccant mortaliter, & creditor tenetur ad reſtitutionem, niſi bona fide procedant, vt dicunt omnes, *vbi ſupra*: quæ cõcluſio eſt omnino intelligenda, ſecundum præcedentes & declarationes ad eas factas.

Additio.

24 Aduertendum eſt, in † dicta quinta concluſione, quod etiam in foro exteriori præferetur creditor prior tempore, probans hypothecam ſuam per teſtes, quia parem vim obtinent teſtes & inſtrumenta, *leg. in exercendis, Cod. de fide inſtrum.* & idem ſi comprobaret teſtibus de viſu contractus chyrographum aut ſchedulam, vt ſingulariter notat Rebuff. *in titul. de chyrographi recognitione, articulo ſecundo, numero ſeptimo*, Acebed. *in libro quinto, titul. 21. gloſſ. ſecunda, a numero 21. libro quarto, Recompil.* non tamen ſufficit recognitio, aut confeſſio ipſius debitoris, in præiudicium creditoris, vt aduertit Acebed. *vbi ſupra*, & Couar. cum Molin. *lib. 2. varia. quæſt. c. 11. numero 4.*

Articulus tertius de hypothecis, & priuilegiis perſonalibus & realibus, & de ordine ſoluendorum creditorum in vtroque foro.

Materia huius articuli † eſt exſparſa in variis locis & authoribus, & alij tractant de quibuſdam dubijs, & alij de alijs. Sed ex propoſito eam eleganter tractarunt Ripa & Angel. poſt gloſ. magnam ibi, *in dict. leg. priuilegia*, idem Ripa, *in leg. ſi ventri, §. Diuus, & §. in bonis, & in leg. quæſitum, §. ſponſa, & §. ſi quis cum tutor. ff. de priuilegiis creditorum*, & aliqua Zaſius, ibi late Neguzãtius *quarta part. membro ſecundo, per totũ, & in quinta parte, ſecundo membro per totum*, latiſſime Rebuff. *in tit. de conſtitutione redituum, ſecundo tomo, ad leges Gallicas art. primo, gloſ. octaua, per totam, & arti. 14. gloſ. prima per totam, & de priuilegiis* late etiam, & ſubtiliter egit Francus, Vanderanus, *in tractat. de priuilegiis creditorum per totum*, Balduinus etiam, & Hugo Donellus, *in tractatu de pignoribus*, Benuenutus, *in tractatu de mercatura, titulo qui potiores in pignore, & bonis decoctoris habeantur, per totum*, & ex noſtris Marienzo, *in leg. ſeptima gloſ. quinta tit. 16. libro quinto Recompil.* & de dote, & eius prælatione, & alius creditoribus, & priuilegiis creditorum habentium hypothecas, late egit Couar. *lib. primo, variarum quæſt. cap. ſeptimo, per totum*, & de creditore priori habente ſpecialem & generalem hypothecam, late egit idem Couar. *libro tertio, variarum quæſt. cap. 18. per totum*, & Roland. a Valle, *conſi. 36. lib. quarto*, & de mutuante ad rem emendam, & de vendente rẽ, & de eius prælatione Gutierrez. de Plazencia *in ſuis allegationibus, allegatione quinta, & allegatione 11. per totam*, & de funeraria, & expenſis inſinuationis teſtamenti, & inuentarij, & infirmitatis, & alijs neceſſarijs poſt gloſ. *in leg. immenſa, ff. de religio. & ſumptibus funerum*, & poſt gloſ. & Authores, *in leg. fin. §. in computatione, Cod. de iure deliber.* & Matienz. & alios, *vbi ſupra*, tractat Sebaſtianus Monticulus, *in ſuo tract. de inuentario ad dict. §. verbo, quidquid in funus, a numero 128. cum ſequentibus, fol. 207.* & eleganter Borgninus Caualcanus, *in Indice*

Indice ad tractatus de Tutore & Curatore; *& de vſufructu mulieris litera E. in fin.* idem *in Indice ad primam partem deciſionum litera C. verbo, creditor funeris, fol. 915. & in deciſione trigeſima ſecunda.* Vincentius Francus, *deciſione quinquageſima prima.* Ioanni. Garzias, *de expenſis, capite octauo, numero decimo octauo*, & Tellus, & Tauriſtæ omnes, *in leg. trigeſima Tauri*, & Matienz. *in leg. decima tertia, titulo ſexto, gloſ. 3. libro quinto, Recompilat.* & de mutuante ad rei refectionem, poſt gloſſ. *in dict. leg. priuileg.* Ludouic. de Molina, *libro primo, de Hiſpanorum primogenitis, capite decimo, a numero decimo nono, & de bonis Tutorum, & Protutorum & Curatorum*, Baeza, *in tract. de decima Tutoris, capite ſecunda, a numero centeſimo quadrageſimo nono, cum ſequentibus*, & de bonis, & fructibus Coloni & Inquilini, late Menoch. *in tractat. de adipiſcenda poſſeſſion. remedio tertio, per totum*, & ex iuribus ſunt plura, *in titul. Cod. & ff. in quibus cauſis pignus vel hypotheca tacite contrahatur, & in titul. Cod. de pignoribus*, ſpecialiter *l. ſecunda*, quæ tractat de creditore habente ſpecialem vel generalem hypothecam, *& in l. fin.* quæ tractat de militia, *& in titul. ff. & Cod. qui potiores*, maxime *l. licet, & l. ſi fundum, & l. generaliter, & l. aſſiduis, Cod. eodem titul. & l. interdum cum ſequentibus, ff. eodem & dict. l. ſcripturas, & in dict. titul. ff. de priuileg. creditorum*, ſpecialiter *libro primo, ſecundo & tertio, & dicta leg. priuilegia*, & tractant *l. 23. 24. 25. 26. 27. 28. & 29. & 30. & 31. & 33. titulo decimo tertio, part. quinta; & l. undecima, titul. decimo quarto, part. quinta, & dicta l. 9. & titulus Cod. de priuilegio dotis; & priuilegio fiſci, & de iure fiſci, l. Moſchis l. prima, C. de iure fiſci, libro decimo, & titulus ff. & Cod. de bonis auctoritat. Iud. poſſidend.* & late per Celſ. *in ſuo repertorio legum Regni, verſiculo acreedor, & verbo prendas, & verbo deudor, & verbo aſſentamiento*, & in pluribus alijs communibus iuribus, titulis, & ex Theologis tractarunt omnes *ſupra dicti*, & melius omnibus Petrus Nauarra, *in dict. cap. fin.* Ex his vide quam ſparſa ſit materia, & boni conſule Lector amice, ſi quæ tam diffuſa ſunt ſtylo claro in vnum colligantur, quare pro tua alleuiatione & explanatione quæſtitionis, collige ſequentes concluſiones.

Prima concluſio. Creditorum † alij 2
habent ſolam actionem perſonalem, vt ſunt, qui non contraxerunt cum obligatione bonorum ſpeciali aut generali, ſiue contrahant in ſcriptis, ſcriptura publica, aut priuata, ſiue ſine ſcriptura, & horum alij habent priuilegium antelationis; alij non; alij habent obligationem bonorum ſpecialem vel generalem, tacitam vel expreſſam, & cum priuilegio antelationis vel ſine eo. Alij ſunt creditores mixti habentes perſonam; & bona obligata, qui dicuntur reales & perſonales, & cum priuilegio, vel ſine eo; vt bene diſtinguit Zaſius, *in d. l. priuilegia.*

Secunda concluſio Creditores † 3
habentes tacitam hypothecam ſpecialem in aliqua re, vel generalem in omnibus bonis a iure inductam, ſunt ſequentes Fiſcus in bonis ſui debitoris, aut delinquentis poſt ſententiam; Vxor pro dote, & Arrhis; & bonis paraphernalibus, non pro bonis lucratis conſtante matrimonio, vt per Gomez. Arias *in leg. 14. Tauri, numero quarto*, idem Gutierr. *de iuramen. confirma. prima part. cap. 46. num. 6.* vbi dicit ita iudicatum in Regali Cancellaria Valliſoletana, Reſpublica contra ſuum Syndicum, vel bonorum adminiſtratorem, non contra alios debitores, niſi ſit Reſpublica Romanorum, vt per Rebuff. *in leg. ſecunda; de iure Reipubl. libro decimo*, Angel. *in l. Antiochienſium, ff. de priuil. cred.* & Rebuff. & Fanus, *vbi ſupra*, Eccleſia contra Prælatum, aut œconomum, aut etiam contra alios debitores vt Fiſcus, & ſi prædicti nõ dicãt, quia valet argumentum de fiſco ad Eccleſiam, & de Eccleſia ad fiſcum. vt per Euerard. *in ſuis locis legalibus c. de Eccleſia ad fiſcum. &c. & de fiſco ad Eccleſiam.*

Pupillus & † minor, furioſus & pro- 4
digus & amens, in bonis Tutoris Curatoris etiã ad lites, & Protutoris, & ſui adminiſtratoris, non tamẽ habet obligatã

bona

bona, Curator datus bonis abſentis, niſi ſe obliget, vt per Vanderanum, *vbi ſupra.*

5 Filij etiam † in bonis ſuis, patris pro bonis aduentitijs, quæ hypotheca incipit a die incœptæ adminiſtrationis; & in bonis matris aut patris tranſeuntium ad ſecundas nuptias; pro bonis, quæ habuerunt a filijs primi matrimonij, ex patris ſucceſſione, quæ reſeruare tenentur filijs illius matrimonij; & etiam filij minores habent tacitam hypothecam in bonis matris; quæ tranſiuit ad ſecundas nuptias; non petito eis Tutore, nec reddita adminiſtrationis ratione, & etiam in bonis Vitrici, & habent etiã in bonis matris adminiſtrãtis ſua bona, abſque eo, quod ſit decreta tutela aut cura, reficiens etiam rem vel expendens in eius conſeruationem, vel in eius tranſportationem; vel mutuans ad ſupra dicta, & ad ædifficandam rem; vel ad alimenta nautatum; habent etiam in iure tacitam hypothecã ſpecialem in ipſa te; idem in mutuante ad emendam rem aut militiam, vel officium aliquod, & contra ementem de pecunia militis minoris vel Eccleſiæ habet etiam creditor ipſe hypothecam tacitam.

7 Maritus etiam pro † ſolutione dotis ptomiſſæ; & vxor pro eius alimentis debitis; ſoluto & conſtante matrimonio: Hoſpitale contra hoſpitalarium, Exactor tributorum, gabellarum, & collectarum, contra debitores pro earum exactione. Rectot pto decimis; & primitijs, Legatarius pro legato; & pto alimentis ſibi legatis; ſupet aliqua re habent ſpecialem hypothecam in ipſa te. Filius pro legitima, licet contrarium tenuerit Neguzantius *vbi ſupra.* Creditores vero vſurarij dico, ipſi a quibus Fœnetator extorſit vſuras, aliqui dicunt, quod habent hypothecam tacitam in eis bonis, ſed verius eſt non habere, vt per ſupradictos, notat late Ioan. Bapiſta Lupus, *in tractat. de vſuris commentario quarto, §. 3. num. 55. cum ſequentibus.* Dominus in bonis Inquilini inductis in domum conductam, & in bonis Loeatoris inductis in prædio ruſtico, & in fructibus petceptis in ipſo prædio; & dominus Emphyteoſis aut ſoli, pro canone in ſuperficie & fructibus, vt per Menoch. Rip. & alios, *vbi ſupra,* & pet Iaſ. Gomez. & Auctotes. *in §. item ſeruiana, inſtituta de actionibus.*

Creditor etiam habet † tacitam hypothecã pro expenſis factis in infitmitate defuncti, & factis pro eo funerando; & pto inſinuatione teſtamenti & inuentario; *vt in dicta leg. Impenſa,* & notant omnes, *vbi ſupra*; & Velazquez. *in dicta leg. 30. Tauri.* Acebed. Matienz. & Angel. *in l. 13. titul. 6. libro quinto*; *Recompila.* intelligitur tamen de neceſſatijs, & non ſuperfluis; vt per Vincentium Francum, *vbi ſupra,* & de factis ſolum in funerando, & in die funeris, vt per Ioa. Garz: & alios *vbi ſupra.* 8

Tertia concluſio. † Creditores habentes priuilegium in hypotheecis ſunt ſequentes. Fiſcus in contractu oneroſo non in lucratiuo; neque in pœnis, nam in his ſemper præfertut ei priuatus & in dubio contra fiſcum eſt iudicandum; vt notanr ſupradicti; & conſtat, *ex leg. non puto, ff. de iure fiſci,* & latiſſime Menoch. *in tractat. de præſumtio. libro ſecundo, præſumptione 72. per totam.* 9

Muliet pro † dote, non pro Arrhis, 10 nec bonis Paraphernalibus, *vt in dict. leg. aſſiduis.* nec obſtat *l. 29. tit. 13. part. 5.* vbi concedit prælationem mulieri contra reficientem pro dote & Arrhis, & æquiparat eam fiſco, nam verbum Arrhis de quo in illo tex. intelligitur de Arrhis datis in augmentum dotis, non de donatione ptopter nuptias; & ita intelligir ibi Gregorius Lopez. *in verbo (Arras)* Ex quo infertur in praxi quod, quando Arrhæ promittuntur in ſcripturis; ſi promittantur in augmentum dotis, pto illis mulier habebit prælationem ſicut pro dote; & hoc ptiuilegium tranſit in filios & inceſſionarium, non in hetedes extraneos, vt per Doctores citatos; nec hoc priuilegium habet mulier pro alimentis, nec maritus pro dote promiſſa, quia hoc non inuenitur in iure diſpoſitum; *ex ſupra dictis,*

&

& quid pro dote confeſſata plene per Aluar. Valaſ. *conſultatione 6. per totam.*

11 Creditor etiam † pro expenſis funerarijs infirmitatis, inuẽtarij; & teſtamẽti, & inſinuationis, habet priuilegium, & præfertur alijs creditoribus priuilegiatis, etiam expreſſam anteriorem habentibus, & etiam præfertur doti expreſſam hypothecam habenti, vt contra Accurſ. & Rebuff. & alios exiſtimauit Caualcanus, *vbi ſupra,* & Velazquez, Matienzo, & Aceb ed. *vbi ſupra,* Follerius, *in conſtitutione peruenit, de ſacroſanctis Eccleſ. num. 21. in conſtitutionibus Regni Siciliæ,* Angelus, *vbi ſupra*, licet ipſe Matienz. exiſtimet hoc correctum, *ex d. l. 13.* quæ diſponit ſimiles expenſas deducendas eſſe de quinto bonorum ſolutis debitis, qui in hoc reprehenditur, & merito, *a ſupra dictis,* nam illa lex loquitur exiſtentibus filiis, in quorum præiudicium nõ poteſt pater diſponere vltra quintum, eis vero non exiſtentibus non habet locum illa lex, imo vero & filiis exiſtentibus, ſi ſolutis creditoribus non remanerent bona, ex quibus hæ expenſæ ſoluerentur, deberent præferri aliis creditoribus, quia ſine eis defunctus maneret inſepultus, quod eſt inhumanum, & ſic ſentiunt aliqui ex dictis, licet expreſſe non attingant, neque hoc corrigit illa lex, quod verum exiſtimo, & ita tenet Gutierrez, *in practicis libro ſecundo quæſt. 72.*

12 Idem creditor, qui † mutuauit ad reficiendam domum, vel nauem, vel aliam quamlibet rem, vel eam ædificandam vel ſuſtentandam, aut tranſportandam, & alendos nautas, habet priuilegium inter alios creditores hypothecarios, imo & præfertur doti, vt aliqui ex Iuriſtis & Theologis citatis dicunt. Sed verius eſt non præferri, quando dos eſt tempore prior, & ita expreſſe diſponit *dicta lex 29. titu. 13. part. quinta, in fin.*

13 Præterea creditor, qui † mutuauit ad emendam aliquam rem, quæ fuit illi ſpecialiter hypothecata, præfertur in illa aliis creditoribus, tacitam hypothecam habentibus, etiam tempore prioribus: *vt in d. l. licet, C. qui potiores in pignore habeantur,* quam ſupra dicti, & Cepol. *cautel. 124.* & alii ſcribentes *in dicta leg.* extendunt ad venditorem, qui ſibi prouidit de ſpeciali hypotheca, imo etiam ſi non ſibi prouideat, quod falſum eſt, & contra magis cõmunem opinionẽ.

Aduerte etiam quod † plures Doctores dicunt hoc priuilegium eſſe fortius & maius, quam priuilegium dotis, & hoc conſtanter affirmant Theologi ſupra dicti, ſed in contrarium eſt alia cõmunis opinio, quæ ſeruatur in praxi iudicando & conſulendo, vt per Couar. *d. cap. 8.* & Gutierrez. *in d. allegatione 11. & 4.* & Vincentium Fran. *vbi ſupra,* & pro eis facit *d. l. 29. in fin.* 14

Miles etiam † minor & Eccleſia habent priuilegium, pro rebus emptis ex pecunia eorum, non tamen præferuntur doti & fiſco prioribus, *vt per ſupradictos.* 15

Creditor etiam † qui mutuauit pro aliquo officio, vel militia emẽda, habet priuilegium prælationis, ſupra omnes creditores hypothecarios, vt notant omnes ſupradicti, & Authores, *in d. l. ſi. C. de pignoribus;* & præfertur doti, etiam priori in illo officio, etiamſi dos habeat expreſſam hypothecam, vt in Authentica quæ eſt poſt *d. l. aſſiduis,* & notãt Authores, *vbi ſupra.* 16

Fiſcus etiam pro † debito primipilatij, hoc eſt, debito contracto ex pecunia deſtinata ad præcipuas Principis neceſſitates, præfertur omnibus, imò & doti priori, etiam expreſſam hypothecã habenti, *vt in l. non ſatis,* & ibi Authores, *C. in quibus cauſis pignus, vel hypotheca tacite contrahatur, & in l. 2. C. de primipilo, lib. 12.* & notant omnes ſupra dicti. 17

Exactores † tributorum, vt puta *d. l. ſeruicio Real, ò moneda forera,* præferuntur omnibus creditoribus, etiã doti, vt per Ripam, *in d. l. priuilegia,* & etiam pro Gabellis, & ſic practicatur, quod non habet locum in aliis collectis, nam hoc nullibi reperitur ſcriptum. 18

Ex quo infertur quod † fiſcus habet hypothecam priuilegiatam, & præfertur omnibus ꝓ debitis ex ſeruitio nouo 19

(de

(*de los millones*) ex eo, quia eſt impoſitum
ob præcipuas & vrgentes bellorum &
Regis neceſſitates, & eſt ſicut debitum
primipilare, & non ſolum contra debi-
tores Collectarum ſeruitij, ſed etiã con-
tra Collectores, & Locarores, & idem
in Gabellis.

20 Eccleſia etiam pro † ſuis debitis &
contra ſuos debitores, & adminiſtrato-
res vel œconomos, etiã habet priuilegi-
um prælationis, & concurrit cum dote
& fiſco, quia valet argumentum, vt di-
ctum eſt, de fiſco ad Eccleſiam & de do-
te ad Eccleſiam, vt per Euerard, *vbi ſu-
pra*, & quia fiſcus & Eccleſia in omnibus
æquiparantur, vt per Tiraquell. *in tract.
de priuilegeiis piæ cauſæ, priuilegio 143.*

21 Idem etiam erat † in omni alia pia-
cauſa, quia valet argumentum de Ec-
cleſia ad piam cauſam, & de minore do-
te & fiſco, ad piam cauſam, & omnia
priuilegia eis competentia competunt
piæ cauſæ, vt per eundem Tiraquell. *in
dict. tractat. priuilegio. 140. & 141. & 142. &
143. & 148.*

22 Idem etiam erit † in decimis, quem-
admodum in tributis, nam & hæ omni-
bus creditoribus præferuntur, etiam
doti: valet enim argumentum de tribu-
to ad decimam, vt per Euerhard. *in ſuis
locis legalibus, loco de tributo ad decimam.*
Intellige tamen in debitore decimæ,
non in Locatoribus decimarum, nam
licet contra iſtos habeat Eccleſia pri-
uilegium, non tamen præfertur doti
anteriori, quemadmodum nec pro alijs
debitis, nam iſtud nullo iure cauetur,
neque hic eſt ſimilitudo ad tributum,
de quo *in leg. 1. C. ſi propter publicas penſi-
tationes.*

Quarta concluſio. Creditores ha-
23 bentes † priuilegium in actione perſo-
nali, ſunt omnes habentes in hypothe-
caria, qui habent fortius priuilegium,
tum etiam pupillus & minores habent
priuilegium in perſonali, non tamen in
hypothecaria, & ideo ſi non haberent
hypothecam expreſſam, dos & fiſcus
poſteriores tempore præferrentur eis,
& idẽ de omnibus alijs priuilegiatis in
hypothecaria, & idem in filijs minori-
bus, aduerſus bona patris, qui non præ-
feruntur, niſi pro dote matris, doti ſe-
cundæ vxoris, licet contrarium ali-
quando viderim conſultum & iudica-
tum.

Sponſa, etiam † per verba de futuro, 24
pro dote data ſponſo, qui obijt ante
contractum matrimonium, habet pri-
uilegium in perſonali, non in reali æ-
quali pupilli priuilegio, Reſpublica
etiam in bonis ſui debitoris, Romana
vero Reſpublica etiam in reali habet
priuilegium.

Depoſitarij etiam † pro re depoſita, 25
quæ non apparet, habent priuilegium
in perſonali, minus quam ſupradicti pri
uilegiati, tum etiam creditores gratis
credentes, ſi concurrant cum credito-
ribus credentibus ad vſuras, vel alios il-
licitos & reprobatos contractus, item
etiam mutuans ad rem emendam ſine
hypotheca, habent priuilegium in per-
ſonali, vt per Rebuff. *vbi ſupra.*

Quinta concluſio. Priuilegia maio-
ra † & minora non conſiderantur ex 26
maiori vel minori violentia, vel ex ſola
cauſa efficatiori, & quæ maiorem in-
iuſtitiam cauſet, ſed ex cauſa iuſta, cum
diſpoſitione legis ſic declarantis, vt de-
clarant Ripa & Angel. per gloſſ. ibi, *in
dict. leg. priuilegia, & Iuriſtæ omnes, vbi
ſupra*, licet contrarium Medina & alij
Theologi tenuerint, quos reprobat Pe-
trus de Nauarr. *vbi ſupra.*

Sexta concluſio. † In ſolutione cre- 27
ditorum, prima cauſa eſt habentium
hypothecas priuilegiatas, & iſti ſi ſunt
plures & ęquales, qui prior eſt tẽpore,
potior eſt iure, niſi aliqui ſint magis pri-
uilegiati, vt funeraria, & alij caſus ſupra-
dicti: nam tunc iſti prȩferuntur etiam
hypothecis expreſſis priuilegiatorum,
etiam prioribus. Et qui ſint iſti caſus, de-
clarauimus in tertia concluſione: extra
eos alij priuilegiati ſunt pares, & obti-
net dicta concluſio.

Septima concluſio. Hypotheca † ex- 28
preſſa, etiam non priuilegiata præfer-
tur tacitæ vel expreſſæ poſteriori, quan-
tumuis priuilegiatæ, etiam doti & fiſco,
vt in d. l. 23. & per Couarr. *vbi ſupra.*

Octaua

29 Octaua concluſio. Tacita † hypotheca priuilegiata, prior tẽpore præfertur poſteriori expreſſæ; & tacita poſterior priuilegiata, prefertur tacitę anteriori non priuilegiatæ, vel minus priuilegiatæ, *vt in leg. dict. aſſiduis*, & Couar. *vbi ſuprà*.

30 Nona concluſio. Poſt † creditores priuilegiatos in hypothecis, ſuccedunt creditores hypothecarij nõ priuilegiati, & tunc, qui prior eſt tempore, potior eſt iure, vt in regula, qui prior, & ibi per Dinum & Boer. *de regul. iur. in 6.* Si tamẽ prior creditor habeat aliqua bona ſpecialiter hypothecata, debet facere in eis excuſſionem, & non poteſt in præiudicium ſecundi creditoris recurrere ad bona generaliter obligata, *vt in dict. l. 2. C. de pignoribus*, & notant Couarru. *in d. c. 18.* & Roland. a Valle, *dict. conſi. 36. lib. 4.*

31 Ex qua ſolutione † infertur, quod in concurſu creditorum Dominus cenſus redimibilis, etiam ſi ſit prior tempore, debet facere excuſſionem in bonis, ſibi ſpecialiter ad ſecuritatem cenſus obligatis: & non poteſt recurrere ad bona generaliter obligata, in præiudicium ſecundi creditoris: & ſic multoties conſului & obtinui.

32 Hoc tamen † fallit, niſi ſit aliquis prior creditor habens generalem bonorum obligationem, nam tunc iſte præfertur Domino cenſus in bonis ſibi ſpecialiter obligatis, quemadmodum præferretur alio cuicumque creditori ſpecialem hypothecam habenti, *vt in leg. generaliter, C. qui potiores in pignore habeantur*, & notant omnes ſupra dicti. Et an præferatur anterioribus Dominus cenſus, quando res hypothecata fuit eius propria, vide Foller. *de cenſibus, §. tanquã, numero; 8. fol. 159.* Benedictum, *de cenſibus; 67. fol. 172. tomo. 6. tract. nouiſſimorum part. ſecunda.*

33 Decima concluſio. In † creditoribus hypothecarijs, etiam priuilegium non habentibus, qui prior eſt tempore, etiã in tacita hypotheca præfertur poſteriori, etiam habenti expreſſam, vt cum Neguzantio & aliis vult Couar. *vbi ſupra* allegat. *d. l. 33. a contrario ſenſu.*

Vndecima concluſio. Creditor † habens iuſtrumentum publicum ſui debiti, vel veram & non ſuſpectam probationem ſui debiti, etiam poſterior tempore, præfertur habenti chyrographũ, aut ſolam confeſſionem debitoris, vt conſtat ex dictis, & per Burſatum, *conſi. 119. num. 21. lib. 1.* 34

Duodecima cõcluſio. In † dote & fiſco, & Eccleſia nõ procedit, præcedens concluſio, quia in eorum fauorẽ ſemper præſumitur prioritas, vt per Neguzantium, *vbi ſupra*, & Authores *in leg. 1. ff. ſolut. matrim.* & Pegueram. *deciſ. crimin. 48. a numero 1.* 35

Non tamen procedent hæ † duæ concluſiones in foro conſcientiæ, in quo conſtat de veritate, nam tunc præfertur, qui in rei veritate eſt prior, niſi propter priuilegium cedat poſteriori, in caſibus, de quibus ſupra, & hoc conſtat ex dictis. 36

Decima tertia concluſio. Quando † ſunt plures creditores, prætendentes pignus vel hypothecam iudicialem & prætoriam, qui prior eſt tempore, potior eſt iure, niſi ſint plures immiſſi remedijs prætorijs, puta ex cauſa damni infecti, quorum legatorum, cauſa rei ſeruandæ ex primo decreto, vel alijs, tunc omnes concurrunt: Si vero ſint plures habentes hypothecam iudicialem, vt quia ſint immiſſi a Iudice in executionẽ ſententię, aut inſtrumenti Guarentigij, tũc, qui prior eſt tempore, potior eſt iure, vt probat Bart. *in l. ſi & iure, ff. qui potiores in pignore habeentur.* Intellige, niſi etiã habeant hypothecam conuentionalẽ aut legalem, tunc conſideratur prioritas hypothecæ. 37

Decima quarta concluſio. Poſt † creditores hypothecarios ſuccedunt creditores perſonales, habentes priuilegium in perſonali, & ſi ſunt eiuſdem tituli, puta plures Depoſitarij, plures Reipublicæ, omnes concurrunt; ſi vero ſint diuerſi tituli; & in iure vnus non anteponatur alteri, etiam concurrunt, ſi vero vnus ſit magis priuilegiatus in forma dicta, ille præfertur, non conſiderata temporis prioritate, *vt in dicta. leg. priuilegia*, & 38

legia, & ibi per Ripam, gloſſ. & Zaſium.

39 Decima quinta concluſio. Poſt † omnes creditores ſupradictos ſuccedũt vltimo loco creditores perſonales, non habentes priuilegium, & hi omnes cõcurrunt, neq; vnus præfertur alteri, ob prioritatem temporis, vt per Doctores, *vbi ſupra, & in d. l. 11.*

40 Decima ſexta concluſio. Ante † omnes creditores dictos in concluſionibus præcedentibus, ſi res alienæ extant in bonis debitoris, vel etiam merces alienæ, quorum non fuit translatum dominium in debitorem (puta, quia depoſitæ aut commodatæ) vel quia non fuit habita fides de pretio, vel ſi fuit habita, debitor iam præconceperat fugam, aut decoctionem, quæ illico intra breue tempus ſucceſſit, & fefellit creditorem, vel quia venditor in re vendita reſeruauit ſibi dominium, vſque ad ſolutionem pretii, vel prouidit ſibi de hypotheca ſpeciali, cum clauſula; de non alienando, *vt in l. Creditor, §. final. ff. de diſtractione pignorum*, debent tradi veris Dominis & Venditoribus, & nec fiſcus nec mulier, aut alii priuilegiati creditores aliquod Ius contrà eas prætendere poſſunt, vt notarunt Beneuenutus, Matienzo, & alii, *vbi ſupra*, & eleganter Paulus Caſtrenſis, *in dicto §. ſed ſi plures*, licet Conſilium Cataloniæ prætulerit creditores campſoris in pecuniis extantib. pupillo priori, & aliis, vt videre eſt, per Pegueram, *deciſ. Criminali 38. in fine.*

41 Decima ſeptima concluſio. † Idem ordo concluſionum præcedentium, cum ſuis declarationibus debet ſeruari in reſtitutione facienda in foro conſcientiæ, quando quis habet plures creditores, & non eſt omnibus ſufficiens.

42 Vltima concluſio. Heres † cum beneficio inuentarii, ſi vel omnes creditores concurrant, aut nullus eundem ordinem tenetur ſeruare in vtroque foro, vt per Theologos, *vbi ſupra*: ſi vero aliqui veniant & aliqui non, poteſt cum bona conſcientia non ſeruare hunc ordinem, & ſoluere primo venientibus ex priuilegio, *dict. §. & ſi præfatam*, (vt iam ſupra diximus) ad quod non aduertunt Theologi, nam hoc priuilegium reducit heredem volentem ſe à moleſtiis liberare ad libertatem, quam quis habet de ſoluendo creditori perſonali primo venienti, quam eſſe licitam in foro conſcientiæ, fatentur Theologi, *vbi ſupra*, & ſic cum his manet hæc quæſtio copioſe elucidata in vtroque foro, ad Dei gloriam & honorem.

QVÆSTIO VII.

VTrum mulier præferatur in accuſando occiſoribus mariti, aut faciendo pacem de eius morte filiis illius, vel alterius matrimonii, & quid erit: ſi ad ſecundas tranſierit nuptias, quæſtio elegans & frequens in praxi.

SVMMARIA.

1 *Diuiſio huius quæſtionis.*

2 *Fæmina eſt incapax ad accuſandum, & ibi declaratur textus*, in l. Senatuſ-Conſulto, Cod. de his, qui accuſare non poſſunt, *& declaratur numero 13.*

3 *Vxor non eſt affinis marito.*

4 *Refert authores tenentes, quod mulier non præferatur in accuſando de morte mariti filiis, numero tamen 7. defendit contrarium.*

5 *Filii an præferantur, in facienda pace de morte mariti, vxori?*

8 *Maritus & vxor ſunt vna caro, & ideo damnum vnius eſt alterius, numero 11.*

12 *Cauſa maioris coniunctionis conſideratur in accuſando, vbi declarantur plura iura.*

14 *Declaratur tex.* in l. 3. §. alio, ff. de liberali cauſa.

15 *Mulier præfertur in faciendo pacem, de morte mariti.*

16 Mulier ſecundo nupta non præfertur filiis, in accuſando de morte mariti.

1 QVÆSTIO hæc † breuis
eſt, & in tres partes diuidi-
tur. Prima, vtrũ vxor præ-
feratur filiis mariti in ac-
cuſando de morte eius. Se-
cunda, an præferatur in tranſigendo &
faciẽdo pacem, ita quod præcludat vi-
am filiis, vel conſanguineis accuſare vo-
lentibus. Tertia, quid erit, ſi tranſeat ad
ſecundas nuptias?

Ad primam partem † dicendum vi-
2 detur, quod filii præferantur in accuſan-
do ex ſequentibus.

Primo, quia fœmina ſuapte natura
eſt inhabilis ad accuſandum, *ex l.2. ff. de
accuſationibus & l. qui de crimine. Cod. de
his, qui accuſare non poſſunt, & leg.2. titul.1.
part.7.* Neque admittitur, niſi proſe-
quendo ſuam vel ſuorum iniuriam, *vt
in dictis legibus*, & tunc non admittitur,
niſi in ſubſidium, ſcilicet, quando defi-
ciunt viri conſanguinei, etiam remoti-
oris gradus, nam tunc iſti ei præferun-
tur, ita probat text. *in l. Senatus Conſulto,*
& ibi gloſſ. *C. de his, qui accuſare non poſſ.* v
bi mater non admittitur ad accuſan-
dum de falſitate cõmiſſa, in cauſa filii,
niſi non accuſantibus, vel negligenti-
bus Tutoribus ipſius filii, qui ei præfe-
runtur, melior text. *in l.3. §. alio, ff. de libe-
ra cauſa.* Vbi ad agendum de libertate il-
lius, qui in poſſeſſione ſeruitutis exiſtit,
nec vult de ſua libertate agere, admit-
tuntur eius conſanguinei, quos cauſa
tangit, propter iniuriam ſtatus. & his o-
mnibus deficientibus, etiamſi remotio-
res ſint, admittuntur vxores conſan-
guineæ, & poſt eas admittitur vxor. Vi-
des igitur textum expreſſum præferen-
tem omnes conſanguineos vxori in a-
gendo cauſam libertatis, non obſtante,
quod præ cæteris cauſa vxorem tangat
& ſeruitus infamet: igitur inhabilis, *vt
ſupra diximus.*

Secundo facit, quia † vxor non eſt
3 affinis nec coniuncta ipſi marito, vt per
bonas authoritates probat Petrus Pla-
za, *in tractat. de delictis, lib.1. cap. 40. num.8.*
qui etiam probat, maritum non conti-
neri appellatione ſuorum: igitur non
poteſt accuſare.

Et hanc † opinionem per iura alle- 4
gata in primo contrario tenuit Bald. *in
Rubri. C. de his, qui accuſare non poſſunt, ver-
ſic. quidam repelluntur*, & ibi additio, *ver-
bo, fœmina*; & idem, *in l. Senatus Conſulto,
dicto titulo*: eandem etiam tenuit Saly-
cetus, *in l. vxor, & in l. Senatusconſulto, &
in l. qui de crimine, Cod. de his, qui accuſare
non poſſunt*, & eſt communis opinio An-
tiquorum, vt per Fulgoſ. ibi, licet Cynus
tenuerit contrarium, quam etiam ſe-
quitur Angel. Aretinus, *in tractat. maleſi-
ciorum, verbo, & ad querelam, à num.16. cum
ſequentibus*, & ibi Auguſtin. *in additione*,
hanc etiam ſequitur, & dicit commu-
nem Petrus Follerius, *in ſua praxi crimi-
nali, verbo, & audiantur exceptiones, à num.
15. cum ſequentibus*, & hanc etiam ſequi-
tur, & communem dicit, Vincentius
Francus Neapolitanus, *in deciſio.328. par.
2. per totam*, & in propriis terminis, hanc
etiam opinionem tenuit idem Vincen-
tius Francus, *vbi ſupra*, & pro ea iudica-
uit Conſilium Neapolitanum, vt per
eum, *vbi ſupra*, ex qua decidit, quod ſi v-
xor querelauit coram vno Iudice, & filii
coram aliis, præfertur Iudex electus à fi-
liis etiamſi ſit inferior.

Ex qua communi † reſolutione in- 5
fertur ad ſecundam partem quæſtionis,
quod etiam filii debent præferri in faci-
enda pace de morte patris, & præclu-
dunt viam vxori, & aliis accuſare volen-
tibus. Nam qui præfertur in accuſando,
præfertur etiam in faciendo pacem, ex
Angel. per text. ibi, *in l. ſi plures, ff. de accu-
ſation.* & notant late Petrus Plaza, *in di-
cto tractat. capit 39. à num.15.* & Iacobus de
Villalpando, *in repetitione l.22. titul.1. par.
7. §. nunc viſo, folio 89. à numer. 39. cum ſe-
quentibus*, Bartol. & Doctores, *in leg.4. §.
Cato, ff. de verborum obligation.* Couarru.
*libro ſecundo variarum quæſt. capit.10. nume.
5. verſicul. nono idem, in fin.* Matienz. *in l. 2.
gloſſ.7. titul.1. libro quinto Recompilatio.* qui
omnes exiſtimant, quod propinquiore
accuſante aut tranſigente, eſt præclu-
ſa via aliis ad accuſandum vel tranſi-
gendum,

gendum, idem etiam tenet, & ſequitur Meneſſ. *in l. tranſigere, à nu. 52. cum ſequentibus, C. de tranſact.*

7 Hi tamen non † obſtantibus, nihilominus contraria ſententia tenenda eſt in fauorem vxoris: imo quod ipſa præferatur, & pro ea audiui iudicatum in Cancellaria Valliſoletana, & eam in propriis terminis tenuit idem Villalpando, *in dicta repetitione part. 2. §. & diximus, folio 90 per totum*, & eam etiam tenuit Antonius Gomezius, *in ſuo tertio tomo de delictis, cap. 3. num. 63. in fine numeri*, idem Meneſſ. *in dicta lege tranſigere, num. 57.* Et licet iſti allegent Bart. *in dict. l. 2 ff. de accuſat.* Bart. nihil tale dicit, ſed ſolum, quod mulier admittitur ad accuſandum de morte mariti, & idem, & non amplius dicit Bald. *in dicta l. qui de crimine*, quod verum eſt, vt per Alber. Paul. Salycet. Bald. Iaſ. Cor. & alios, *in lege, ſororem, Cod. de his, quibus vt indignis*, Plaza, *vbi ſupra, capit. 40. numero 2.* Iul. Clarus, *in ſua praxi criminali quæſtion. 14. numero 8.* Boer. lare, *deciſ. 233.* & Villalpan. Franeus & alii, *vbi ſupra.* Et licet ſupra citati tres authores, hanc opinionem in terminis teneant: ſolum ſe fundant in maiori coniunctione, quia maritus & vxor ſunt vna caro, vt Bald. *vbi ſupra*, dixit: non tamen eam declarant, nec contrariis reſpondent, & ita eam ſuccincte & illotis (vt aiunt) manibus pertractant, quod ex eorum reſolutione remanebis dubius, & prorſus falſam putabis: quare diligenti examine eam fundo, in rationibus ſequentibus.

8 Primo, quia, vt iſti † dicunt, maritus & vxor ſunt effecti vna caro per matrimonium, *vt in capit. gaudemus, §. quia vero de diuortiis*, & plura alia iura iuris Canonici adducit Speculator, *titul. de teſte, §. 1. verſicul. quid de vxore.* & ibi Ioan. Andreas, *in additione*, & Villalpando, *vbi ſupra*: tum etiam in lege Catholica & Chriſtiana matrimoniũ eſt Sacramentum, indiuiduam vitæ conſuetudinem retinens, vt per Diuum Thomam, *in additionibus ad Tertiam partem, quæſtione 44. articulo ſecundo & tertio.* Igitur iure ipſo diuino, & lege Euangelica, matrimonium inducit inſeparabilem coniunctionem & vnitatem, erunt enim duo, in carne vna, *vt in geneſi.* Igitur ad propoſitum nulla eſt maior cõiunctio, quã viri & vxoris, nam vir & vxor, nõ ſolum ſunt inter ſe coniuncti coniunctione Sacramentali, ſed etiam ſunt quaſi vna res, & vnum ſuppoſitum.

Vnde iniuria facta † viro, cenſetur 9
facta vxori, & e contra: vt colligitur, ex his, quæ notat Tiraquel. *ad leges connubiales, gloſſ. 2. num. 57.* Iulius Clarus, *libr. 5. ſententiarum, §. iniuria, numero 5.* Licet vxor non poſſit agere pro iniuria facta marito, ex eo, quia mariti non debent defendi ab vxoribus, *vt in l. 1. §. fin. & l. ſequenti, ff. de iniuriis, & in §. pater, inſtituta eod. titul.* Et facit quia iniuria extenditur ad coniunctas perſonas, ex his, quæ cum Crauetta, & aliis notat Ioan. Botra *in conſil. 2. num. 21.* licet in praxi bene admitteretur querela mulieris, quia in ea non curamus de accuſatore, cum ſemper in omnib. delictis poſſint procedere ex officio, vt ait Iul. Clarus, *in ſua praxi, q. 15. n. 4.*

Si igitur ſunt ita † coniuncti, in ac- 10
cuſando debent præferri filiis, tãquam minus coniunctis, ex his, quæ cum Plaza, & aliis notauit Iul. Clar. *in d. quæſt. 15. in fine.*

Secundo, in confirmationem † hu- 11
ius ſententię facit: quia propter tam arctam coniunctionem, iniuria & damnũ mariti, eſt propria iniuria & proprium damnum vxoris, vt de iniuria vxoris, quæ eſt etiam iniuria mariti: & punitur pœna, quam quis ex ſtatuto haberet, ſi iniuriaret eundem maritum: vt colligitur ex his, quæ adnotauit idem Plaza *in dicto libro 1. cap. 6. num. 25.* Igitur mulier in accuſando, nõ dicitur agere de ſuorum iniuria, ſed de propria iniuria, at vero, quando vxor accuſat de propria iniuria, omnibus conſanguineis præfertur: vt per Bald. *in dicta Rubrica, C. de his, qui accuſare non poſſunt, verſic. quidam repellentur, & in dicta l. Senatus Conſult.* igitur etiam debet præferri, quando accuſat de occiſione & damno mariti, quia eſt propria iniuria & proprium damnum,

& etiamſi poſſet dici,damnum filii tanto magis proprium eſt vxoris,quanto ipſa magis coniuncta & vnita eſt marito: nam licet patri ſint coniuncti filii per naturam: vxor eſt coniuncta vito per naturam, & ius ipſum diuinum, & virtutem Sacramenti Matrimonii.

12 Tertio facit, quia leges in † præferendo aliquem in accuſando, ſemper iudicant ex cauſa maioris coniunctionis, & maioris intereſſe, & damni, & maioris amoris & affectionis: ita conſtat, *ex l.ſi plures, ibi*, vel maioris affectionis, *ibi*, vel ex eo,quod intereſt, *ff. de accuſation. & ex l. Prætor, § ſi plures, ibi*, cauſa iuſtiſſima, cauſa eſſe videbitur, *ff. de ſepulchro violato, & ex l. 3. §. ſi tamen plures, ibi*, quem maxime res pertinet, *& ibi*, ex cauſa coniunctione & fide: *ff. de libero homine exhibend. & ex l. final. ibi*, (cuius magis intereſt) *ff. de colluſione detegenda, & ex l. intereſt. ibi*, (quem potiſſimum) *ff. de libera. cauſa, & ex text. eleganti in l. 2. §. ſi ſimul, ibi*, nam & propenſiori iure, & maiori dolore, *ff. ad leg. Iul. de adulter.* At vero nullus eſt, qui dubitet,quod maior affectio, maior dolor, maius intereſſe & damnum ſuccedit vxori ex morte mariti, quam filiis, & aliis,cum ipſi ſtatim obliuiſcantur, & facile de parribus non curant: vxores vero bonæ, quæ in vita dilexerunt maritos vero & integro amore, ſemper eum lugent, & ſentiunt mortem, & eius defectum: non dico de aliis diſcolis, quia in eis, ſi mihi de earum libertate, aut de odio contra maritum conſtatet, non practicarem hanc concluſionem, ſed vel eas admitterem cũ filiis, vel filios eis præferrem, & idem de ea, de qua ex indiciis conſtat, quod ad ſecundas nuptias tranſite vult, vt conſtat ex his, quæ infra dicemus (vnde conſulo Aduocatis mulierum, vt de earum bonis moribus, & amore erga maritos, articulos faciant, & Aduocatis filiorum de earum leuitate & inhoneſtate) igitur vxor in totum præferri debet.

13 Et hanc opinionem † tenendo, non obſtant iura in contrarium adducta, nam ad *d. l. Senatus Conſulto*, reſpondetur, quod loquitur, quando mater volebat accuſare de iniuria filii, tunc enim, quia propria iniuria eſt, & filius idonior, de iure cõmuni præfertur ipſe aut Tutor: non ſic, quando vult accuſare de iniuria mariti, quæ eſt propria, & ipſa magis propinqua.

Non etiam obſtat tex. *in* † *d. l. 3. §. alio.* 14 nam aduertendum eſt, quod, quando mulier agit de iuribus mariti (ipſo marito viuo) agit de re vxori prohibita: tum, quia mulier eſt incapax ad agendum, *vt in l. 2. ff. de regul. iur.* tum, quia agit contra obedientiam, æquitatem, & ſubiectionem naturalem, ſecundum quam mulier eſt ſubdita viro, & debet ab eo protegi, & non vir ab ea: *vt in dict. l. 2. § fin. cum l. ſequenti, ff. de iniuriis.* Vnde non mirum, ſi ob fauorem libertatis admittatur, aliis deficientibus, in ſubſidiũ maxime, quia ibi maritus nolebat de libertate agere, & videbatur inconueniens, quod vxor ipſa, mariro relućtante, contra dictam naturalem obedientiam ageret de ſtatu mariti: quod tamen extraordinarie, & fauore libertatis permittitur, vt dictum eſt, igitur non debebat habere locum, niſi deficiente remedio ordinario, ex aliorum actione, nam quamdiu locus eſt remedio ordinario, ceſſat extraordinarium: *vt in l. in cauſæ ſecunda. ff. de minoribus.* At vero in noſtro caſu vxor agit poſt mortem mariti, de proprietate cauſa & damno, & iniuria mariti iam mortui, & a iure non eſt ei interdicta accuſatio, imo potius permiſſa, quia ſuam vel ſuorum iniuriam proſequitur, *ex d. l. vxor, & l. qui de crimine*, nimirum igitur ſi tanquã magis propinqua & vnita eſt, & quæ agit tempore habili, & ſecundum ius naturale, aliis præferatur.

Ex quibus † omnibus infertur ad ſecundam partem queſtionis, quod, quẽadmodum mulier præfertur in accuſando, ita præfertur in faciendo pacem, ex authoribus citatis, & ex Riminaldo, Croto & aliis, *in d. §. Cato.* 15

Ad tertiam † partem veniendo, eam ro ſolus diſputat Iacobus de Villalpando, *vbi*

vbi ſupra, num. 3. verſic. limitatur tamen ſingulariter: vbi concludit vxorem tranſeuntem ad ſecūdas nuptias, nō præferri filiis in accuſando, neque in faciendo pacem, quod verum exiſtimo, imo ſemper conſulo, vt Iudices aduertant ad qualitatem, & honeſtatem, & vitam mulieris, & non faciliter eam filiis præferant, quod eorum rationabili arbitrio dimitto, vt fecit Iuriſconſ. *in d. l. ſi plures*, & cum his finitur hæc quæſtio.

QVÆSTIO VIII.

DE Salariis Iudicum ſecularium & Eccleſiaſticorum, Aduocatorum, Procuratorum, & Solicitatorum, Famulorum, & Filiorum, Tutorum, Patronorum, & Executorum teſtamentorum, quando debeantur non cōuenti, & qs ſoluere teneatur, & an Decima ex eis debeatur, & quando præſcriptio currat? Et de Aſſeſſoriis & Expenſis Iudicum non Salariatorum in vtroque Foro interiori & exteriori, quæſtio admodum vtilis, & practicabilis.

SVMMARIA.

1 *Principes & Domini temporales tenentur Iudices pōnere, & idem de Prælatis Eccleſiaſticis, qui tenentur nominare Vicarios, Prouiſores, num. 2. & 3. quid ſi habeant plura loca inſignia, an in vno quolibet nominare teneantur, & an poſſint ipſi per ſe iudicare?*

4 *Salarium Prouiſoris, an ſit debitum neceſſarium, & teneatur ſoluere ſucceſſor? & an ſucceſſor maioratus? & n. 5. quod Domini, qui per ſe poſſunt iudicare, nō tenentur ponere Iudicem, vulgo (*Alcalde mayor*) & ſi pōnant, ſucceſſor non tenetur Salarium ſoluere.*

6 *Salarium tenentur ſoluere Domini & Prælati ſuis Iudicibus, niſi ſint in contraria conſuetudine, vt fructus officii æquiualeant Salario, ibi, numero 6. 7. 8. Non poſſunt tamen id conſtituere in pœnis aut mulctis, numero 9. & tenentur ex bonis propriis, aut reditibus Prælaturæ ſoluere, & Capitulum ſoluit ex reditibus Epiſcopatus, numero 11. fallit in Delegatis, numero 12. & in Correctoribus à Rege miſſis, quibus Villæ ſoluunt Salaria, numero decimo tertio.*

14 *Salaria Correctorum, quomodo debeant ſolui, & à quibus? ibi, & numer. 15. & declaratur text.* in l. 5. lib. 3. Recompilat.

16 *Salarium debetur Iudici non conuentum, ſi ſit cōſuetudo dandi, ſecus ſi non ſit, & late de Prouiſore, ibi, & num. 17. & numer. 18. Limitatur ex æquitate, quando labor eſſet magnus, & cum aliis circumſtantiis, quas vide ibi, & quando Iudex ſeruiret ſine Salario propter aliquod illi datum, quod incertum euaſit, ibi, nu. 19.*

20 *Remiſſio ceſſat, cauſa remiſſionis ceſſante.*

21 *Monaſterium ob remunerationem, poteſt aliqua bona dare Prouiſori, aut Aduocato in Emphyteoſin, & quid de non ſolitis infeudari, & de decimis, nume. 23. & n. 24. 25. 26. vbi declarantur* Extrauagantes.

27 *Salarium an tranſmittatur?*

28 *Iudex infirmus aut ſe abſentans, an lucretur Salarium? & num. 29. declaretur, & numero 30, an ſit neceſſarium, quod reſideat? & quomodo poſſit ſe abſentare? nu. 31. & 32. & numero 33. & 34. & de licentia Decurionum inualida, numero 35.*

36 *Iudex ſi ſe abſentat, vltra nonaginta dies, an amittat officium?*

37 *Correctore mortuo, an ceſſet Officium locum tenentis? & declarat text.* in l. 7. titul. 5. libr. 3. Recompilation. *& an habeat locum in aliis Iudicibus?*

38 *Capitula Correctorum, an extendantur ad alios Iudices? & numero 39. 40. &*

Digitized by Google

41. & an ad Rectores poſitos à dominis? & nu. 42. & 43.

44 *Salarium Iudicum, an præſcribatur triennio? & declaratur* pragmatica anni *82. quæ loquitur de Salario Aduocatorum & Procuratorum.*

45 *Decima non ſoluitur de Salario Iudicis.*

46 *Salarium etiam non conuentum debetur Aduocato, & de quantitate, æquitate eius, & plures leges Regias declaratas, vide ibi, n. 47. 48. & 49. 50. 51. & quando augeatur Salarium per augmentum laboris? num. 52. an Medici & Aduocati debeant extorquere Salaria à pauperibus.*

53 *Aduocatus tranſmittit Salarium. Declaratur text.* in l. poſt duos, C. de Aduocatis diuerſorum Iudicum, & l. diem functo, & §. item cum quidam, & l. 9. tit. 8. part. 5. *nume. 54. 55. Et an heredes teneantur dare alium Medicum aut Aduocatum, numero 56.*

57 *Aduocatus infirmus, an lucretur Salarium? & n. 58. 59.*

60 *Salarium Aduocati præſcribitur triennio, & declaratur,* Regia pragmatica anni *82. num. 61. & de interruptione dicta præſcriptionis in Salario Aduocati, Famuli & aliorum, nume. 62. 63. 64. & 65.*

66 *Decima non debetur de Salario Aduocati.*

67 *Tempus in quo debet ſolui Salarium Iudicis vel Aduocati, quod ſit? & quando partes veniunt ad concordiam? Et declatur* l. 11. tit. 16. lib. 2. Recompila. *nu. 68,*

69 *Iudices Dominorum tranſmittunt Salaria.*

70 *Salaria Doctorum literarum ſunt priuilegiata, eleganter declaratur.*

71 *Notariis, Procuratoribus, & Solicitatoribus, an debeatur Salarium non conuentum? & an præſcribatur triennio, & Decimam ſoluant de eo? num. 72. 73. & an accipiant plus ab ſponte dantibus num. 74.*

§. 2.

1 *Salarium non conuentum, quando famulo debeatur, & quid? quando non eſt conuentum ſoluere. Et ſi ſeruiat ob remunerationem, & ſit conductus minori Salario, & de Pediſſequis, vulgo,* pajes, *& ſi non erat neceſſarius, & de his, qui dicuntur,* allegados, *ibi, nu 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. & n. 10. de famulis Scholaſticorum & Capellanis Epiſcoporum, & nu. 11.*

12 *Famulo, vulgo,* Aprendiz, *non debetur Salarium, & ad quid teneatur eius Magiſter, ibi, & num. 13. & 14.*

15 *Vitricus, an teneatur ſoluere Salarium Priuigno ſeruienti, late declaratur, & nu. 16.*

17 *Salarium an debeatur Famulo infirmo? & an famulo, qui ſine cauſa receſſit? numero 18. & ad quid ipſe teneatur? numero 19.*

20 *Dominus poteſt locare ſuum famulum alii æque idoneo, & nu. 21. de Domino irato expellente famulum.*

22 *Famulus an poſſit ſecrete aufferre res Domini, ad ſibi ſatiſfaciendum de Salario debito.*

23 *Salarii conuentio, quomodo probetur? & quomodo procedatur in cauſa Salarii?*

24 *Filio laboranti in re patris, an debeatur Salarium? & idem in re matris latiſſime diſputatur, & nume. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. & 34. & ibi de melioratione facta filio ob ſeruitia, & nu. 35. & num. 37. declaratur.* l. cum oportet, C. de bonis, quæ liberis.

38 *Salarium famulorum triennio præſcribitur, Et declaratur late,* l. final. tit. 15. lib. 4. Recomp. *num. 39 40. 41. 42 43. 44 45. 46. 47. 48. vbi ponuntur eius limitationes, Et declaratur doctrina Bartol.* in leg. 2. ff. de except. contra Gutierr. *& an poſſit compenſare vel retinere, & vide numero 49. & 50. 51. 52.* vbi de veſtibus Famuli.

53 *Salarium filii & Priuigni an præſcribatur? ibi, n. 54.*

55 *Salarium non conuentum, quando debeat ſolui, ibi, & nu. 56.* vbi de ſolutione partis.

57 *Decima an debeatur de Salario famulorum & filiorum? & numero 58.*

§. 3.

§. 3.

1 *Adminiſtratori, Actori, Protutori, negotiorũ Geſtori, Syndico, Socio, an debeatur Salarium non conuentum? late.*

4 *Tutori & Curatori, an debeatur Salariũ? & quid de Decima, & an debeatur de Soldatis minoris? & quid ſi nihil gerat? n. 5. 6. 7. 8. & quid in patre curatore filii emancipati? nu. 9. & 10.*

11 *Expenſa an debeantur Curatori vltra Decimam?*

12 *Executori teſtamẽti an debeatur Salarium vel Decima? nu. 13 & 14. 15. & 16. Et ibi declaratur* lex fori: & praxis huius Regni, *& de quibus bonis ſoluatur hæc Decima? nu. 17.*

20 *Salarium non conuentum an debeatur depoſitario, teſtibus, peræquatoribus, & aliis?*

21 *Decuriones an poſſint aſſignare Salaria? & declaratur text.* in l. vnica, Cod. de præſt. Salario, lib. 12.

22 *Salaria adminiſtratorũ an præſcribantur triennio? & an de eis debeatur Decima? nu. 23.*

§. 4.

1 *Aſſeſſorias an poſſit exigere Iudex Salariatus?*

2 *Aſſeſſorias, an accipiant Iudices imperiti?*

3 *Iudex peritus non Salariatus, an accipiat iuſte Aſſeſſorias?*

4 *Delegatus, an poſſit iuſte petere Aſſeſſorias & num. 5. vbi late.*

6 *Iudices Eccleſiaſtici, an petant Aſſeſſorias?*

7 *Iudices Dominorum, an poſſint exigere Aſſeſſorias, & quid ſi ſit conſuetudo, nu. 8. & quis habeat ſoluere, nu. 10, & quid in Iudice recuſato? nu. 11.*

12 *Iudex nõ Salariatus, an poſſit accipere Eſculentum & Poculentum, vltra Aſſeſſorias?*

1 QVÆSTIO hæc † diuiditur in quatuor partes; In prima agemus de Salariis Iudicum vtriuſque Fori, & Aduocatorum, Procuratorum & Solicitatorum; & de præſcriptione eorũ & Decima ex eis ſoluenda, & quando debeantur non conuenta, & quis dare teneatur. In ſecũda de Salariis Famulorũ & Filiorum, & Decima, & præſcriptione, & quando debeantur non conuenta. In tertia agemus de Salariis Tutorũ, Executorum, Patronorum, & Adminiſtratorũ, & de Decimis & præſcriptione. In quarta de Aſſeſſoriis & Expenſis Iudicum non Salariatorum.

§. 1. *De Salariis Iudicum vtriuſque Fori, & Aduocatorum.*

Prima concluſio. Reges, † Principes, 1 & Domini temporales, quando ipſi per ſe iudicare nõ poſſũt, vel quia abſentes, vel quia impediti, vel quia habent plura loca ſubdita & diſtãtia (prout ſunt magni Domini) tenentur in vtroque Foro Iudices idoneos ponere, alias mortaliter peccant, & tenentur ad reſtitutionem damnorum; quia hoc pertinet ad iuſtam gubernationem ſubditorum, ad quam ipſi tenentur, ex his, quæ notat Diuus Thom. *in opuſculo ad Duciſſam Brabantiæ*, & Syluester *in Summa verbo, Dominium & Dominus, quæſt. 4.*

Ex quo infertur, quod † propter eandẽ rationem idem erit Epiſcopis, & aliis 2 Prælatis Eccleſiaſticis, habentibus iuriſdictionem Epiſcopalem, quod ſi ipſi, ob rationes dictas, non poſſunt iudicare: tenentur habere Vicarium Generalem, & in Epiſcopo ſe abſentãte aut impedito, ita tenet Rebuff. cum pluribus iuribus ab eo allegatis, *in ſua praxi beneficiali, lib. 1. c. 20. num. 16.* idem concludit in Miniſtro generali ordinis Minorum, teneri dimittere Vicarium in partibus, cum Carolo Ruyno, *vbi ſupra dict. numero 16.*

Et non ſolum tenetur † tunc habe- 3 re Vicarium generalẽ, ſed ſi ſint aliqua loca inſignia aut numeroſa, nimis diſtantia, & litigantes non poſſunt commode in omnibus cauſis accedere ad Vicarium generalem, niſi cum magno labore & expenſis, tenentur committere cauſas in illis locis, & habere Vicarios particulares delegatos ad vniuerſitatẽ cauſarum, ex Franciſco Marco, *deciſio. Delphinali 341. num. 19. part. 1.* & ſic practicatur.

Si

4 Si tamen† Epiſcopi, aut Prælati poſ-
ſent per ſe iudicare, abſque incom-
modo Subditorum, non tenentur Vica-
rios ponere aut nominare, ex authori-
bus citatis à Boerio, *quæſt. 347. nu. 6. part.
2.* & ita tenet etiā Puteus, *deciſio. 43 & 44.
lib. 2.* quod apud me eſt ſine dubio, ex
quo ipſe Puteus infert, quod debitum
Salarii Vicarii ab Epiſcopo poſiti, eſt de-
bitum voluntarium & nō neceſſarium,
& ideo non tenebitur ſoluere Epiſco-
pus ſucceſſor, ſed heres mortui, & ita
dicit iudicatum in Rota. Fateor tamen;
quod hodie ſecundum communem
conſuetudinem, id non haberet locum,
niſi in Epiſcopatibus paruis, vel vnius
Villæ, aut alias, & vbi Epiſcopi non con-
ſueuerunt habere Vicarios, in aliis verò
numeroſis, id falſum exiſtimo, quia Epi-
ſcopus non poteſt commodè officium
Vicarii & Iudicis ordinarii in omnibus
cauſis peragere, quod Salarium tunc in
Epiſcopatibus, vbi conſuetum eſt ſolui,
iudico debitum neceſſarium, in aliis
non, vt infrà dicetur, & quia debitum
eſt neceſſarium, tenetur ſoluere Præla-
tus ſucceſſor, ſi ipſe percipiat fructus
Epiſcopatus illius anni, in quo Vicarius
ſeruiuit, nō aliàs, ex text. & ibi Domin.
in cap. præſenti, de Officio Ordinar. in 6. & ex
his, quæ cum pluribus aliis notat Ca-
ualca. *in Indice ad ſuas deciſiones, litera F.
verbo fructus percepti, fol. 983. in paruis, nu.
12.* Et facit: quia ex dictis hoc debi-
tum contractum fuit in vtilitatem Ec-
cleſię, ad ſuam neceſſariam gubernatio-
nē, ideo tenetur ſoluere Succeſſor, qui
percepit fructus, ex text. & ibi Abb. *in c.
1. de ſolutionibus*, notat Ioannes Garz. *in
tit. de Expenſis & melioratio. cap. 16 num 14.*
& Molin. *lib. 1. de Hiſpanorum primogen.
cap. 10. à num. 30. & 32. & 33.* Et licet i-
pſe videatur cum Peralta differentiam
conſtituere, in Succeſſore maioratus,
ego tamen, quoad Salaria Iudicum in-
diſtinctè puto, quod ſi percipiat fructus
vltimi anni, quod teneatur ſoluere
Salaria debita in illo anno, ſaltem
pro rata, ſi pro rata recipiat, quia
fructus Succeſſoris maioratus deputati
ſunt ad onera ipſius maioratus, quem-
admodum fructus Eccleſiæ ad onera i-
pſi Eccleſiæ incumbētia, & idem etiam
iure optimo procedet in ſucceſſoribus
Regū, Ducum, Principum, & aliorum
Dominorum temporaliū, ſi & ipſi Of-
ficiales ponant, & eis Salaria tribuant,
prout conſuetum eſt.

Infertur† etiam ex his, quod ſi Domi- 5
ni aliqui temporales poſſent commodè
per ſe miniſtrare iuſtitiam Subditis, pu-
ta, quia habent paucos Vaſallos ſubdi-
tos, & habent Iudices ordinarios, vulgo
(*Alcaldes ordinarios*) nominatos à Popu-
lis, non tenentur Iudices nominare, &
ſi nominent, & Salaria ſoluant, quia de-
bitum eſt voluntarium, non tenetur ſol-
uere Succeſſor, etiāſi percipiat fructus,
niſi ſint heredes mortui.

Secunda concluſio. Domini† tem- 6
porales aut Prælati Eccleſiaſtici, qui Iu-
dices creant, tenentur eis competen-
tia Salaria miniſtrare, vt eleganter no-
tat Follerius, *ad conſtitutiones Regni, con-
ſtit. peruenit, num. 23.* idem Follerius, *in
conſtitutione ad hoc volentes, num. 1.* idem in
Epiſcopo, quod etiam in Foro conſci-
entiæ teneatur Salarium Prouiſori con-
ſtituere & ſoluere, notat Ioannes de Se-
gura, *in ſuo directorio Iudicum Eccleſiaſtico-
rum, cap. 14. num. 30.* & ita dicit practicari,
notat etiam Matienzo, *in Dialogo Rela-
toris & Aduocati, lib. 3. capit. 32. nu-
mero 9.*

Fallit tamen hæc concluſio, quando
Domini† aut Prælati fuerunt in anti- 7
quiſſima cōſuetudine non ſoluendi Sa-
larium, vel conſtituendi diminutum, vt
per Auend. *in 2. part. mandatorum Rega-
lium, cap. 10. num. 3. cum ſequentibus*, & Bur-
gos de Paz. *conſil. 48. per totum*, nam tunc
non tenentur ſoluere; & ita iudicatum
fuit.

Secundo fallit, quando† fructus iu- 8
riſdictionis æquiualent competenti Sa-
lario, ex Segura, *vbi ſupra*, & ex his, quæ
infra dicemus, vel quando labor eſt par-
uus, & qui nō mereretur Salariū, ex his,
quæ Segura notat & quæ de famulis in-
fra dicemus.

Aduerte tamē, quod† nec Prælati Ec- 9
cleſiaſtici, neq; alii Domini temporales
poſ-

poſſunt in vtroque Foro Salarium hoc conſtituere Iudicibus ab eis nominatis, in pœnis aut mulctis, qa ex hoc magna incommoda poſſent litigantibus obuenire, *ex l.3. tit. fin. lib.8. Recompil.* & notat Segura, *vbi ſupra num 18.*

10 Tertia concluſio. Domini aut Prælati † debent hoc Salarium ſoluere Iudicibus ab eis nominatis, ex bonis propriis, & reditibus ſui Dominii aut Prælaturæ: non vero ex bonis Populorũ aut Vaſallorum, quibus iuſtitia miniſtratur, quia ipſi ſunt debitores iuſtitię miniſtrandæ, & ob hoc percipiunt dictos reditus, ex his, quæ ſanctus Thomas, *in d. epiſtola* late notauit, & notat Auendanus, *in d.2. p.c.10. à num.3.* & Follerius, *vbi ſupra*, qui idem putat in Vicariis aut Prouiſoribus cõſtitutis à Capitulo, ſede vacante, quibus debetur ſolui Salarium ex reditibus ipſius Epiſcopatus, imo non ſolum Iudicibus, ſed etiam Aduocatis & Procuratoribus ipſius Epiſcopatus, qui fuerunt conſtituti ab Epiſcopo prædeceſſore, quibus etiam currit Salarium, durante ipſa vacatione, vt notat ipſe Follerius cum Cardinale & aliis, *in dicta conſtitutione, peruenit, num. 23.* & faciunt, quæ notat Ioann. Garz. *in tract. de Expenſis, cap.20. num.13.* In hoc tamen omnimodo eſt attendenda conſuetudo, vt & ipſi inſinuant, q̃ veriſſimum puto.

12 Fallit primo hæc † concluſio, in Iudicibus delegatis ad Partium petitionem, tunc enim Partes, quæ petunt, tenẽtur eis competentia Salaria miniſtrare: ita Segura, *vbi ſupra, à num.46.* & notat Angelus, *in ſumma, verbo, Iudex, à num. 6. cũ ſequentibus*, & Syluester, *in ſua ſumma, verbo Iudex. 1. quæſt.8. & quæſt.9. & 10.* Ioannes Garz. *in d. tract. cap.21. nu.5.* & Auendanus, *vbi ſupra*, & ſic practicatur, licet ipſi poſtea recipiant à Reis condemnatis, quos ſemper in Salariis condemnant, quando agitur Iudicium criminale, prout in Perquiſitoribus quotidie videmus.

13 Fallit ſecundo hæc † cõcluſio, in Correctoribus à Rege miſſis, quibus, ex antiquiſſima conſuetudine, ſoluitur Salariũ à Populis, ex bonis propriis eorum, vt conſtat ex legibus Regiis allegatis ab Auendano, *vbi ſupra*, & ab Acebed. *in l. 5. titul.5. lib.3. Recompil.* Et deficientibus bonis propriis, imponitur collecta inter Incolas loci, qui Salarium ſoluere debent, & imponitur per capita, non tamen contribuunt Nobiles, Clerici, aut alii à collectis exempti, vt per Acebed. contra Auend. *vbi ſupra*, quod iam praxi & conſuetudine roboratum eſt, & multoties vidi practicatum: licet in aliquibus Locis contrarium velint Tributarii, vulgo dicti (*Pecheros*,) quia de Iuris rigore apparentiam habet opinio Auend. ſed praxis eam omnino explodit, & quod debeat collecta imponi per capita, notat etiam Auileſ. *in cap. Pretorum, cap 1. verbo (Salario,) à num. 1. cum ſequentibus*, & licet ſupra citati dicant, hanc limitationem ſolum de conſuetudine procedere, errant certe, ſi conſideratur, quod temporibus antiquis ante Regem Iohannem primum, prout ex eius Chronicis apparet & conſtat, etiam ex prouiſionibus antiquis illius temporis, quarum aliquas vidi, & etiam conſtat ex legibus *Ordinamenti antiqui in tit.* (*de los Corregidores*) Populi huius Regni regebantur per Iudices, vulgo (*Alcaldes Ordinarios*) Locorum Vicinos, ſed quia cum tempora illa plene eſſent Bellis, Seditionibus, Calamitatibus & infortuniis in toto Regno, & Potentes opprimerent alios, nec dicti Iudices timebantur, nec ipſi multoties faciebãt iuſtitiam, prout debebant, ob bonũ publicũ ipſorum Populorum, & ad petitionem eorum, Reges mittebant Correctores ad ſedandas Seditiones, & puniendos delinquẽtes, quibus de iure debebant ſoluere Salaria, Populi perẽtes, prout de Iudicibus delegatis dictum eſt, & ipſi ea offerebant, & aliquando eis nõ poſtulantibus ſolebant non admittere Correctores: qui, vt Iudices delegati erant, & ab eis ad delegantem ipſum appellabatur, prout conſtat ex ipſis Prouiſionibus. Poſtea vero tacito conſenſu Populorũ, hoc genus gubernationis continuatũ eſt, vnde nimirũ ſi ipſi, & nõ Rex Salaria ſoluere debeant,

cum

cum ad hoc ſuum conſenſum tacitum & expreſſum præſtauerint, quod non conſiderarunt ſupradicti.

Quarta conclusio. Quando conſue-
16 tudo; exiſtit ſoluendi Salaria Iudicibus vtriuſque Fori, etiamſi non conueniat de Salario, nominatus ad Officium debet habere Salarium cōſuetum, & ſi varia Salaria ſint prędeceſſoribus data, debent conſiderari tres vltimæ & continuæ præſtationes, aut ſaltem vltima & immediata, quæ permultum tempus continuata extitit, ita per bona iura, *(Et ſi non ſic declaret,)* probat Auleſ. *in d. cap. 1. verb. (Salario) à num. 1. cum ſequentibus*, & colligitur ex Bald. *per tex. ibi, in l. licet, C. locati*, & conſtat amplius ex his, quæ de Salario Famulorum dicemus, Deo volente, *in §. 2.* huius quæſtionis, & idē etiam notat Segura, *in d. cap. 14. à num. 6.*

17 Quinta concluſio. Si † Salarium non ſit conuentum, nec ſit conſuetudo dandi, tunc de Iuris rigore Salarium nō debetur Iudici: quia intelligitur contraxiſſe ſecundū conſuetudinē, & à nullo fuit deceptus, & ita in Prouiſore expreſſe tenet Puteus, *in d. deciſio. 43.* & colligitur ex his, quæ Segura notat, *d. cap. 14. à nu. 30.* & facit gloſſ. *in l. 1. verbo, Aduocatos, ff. de variis & extraordina. cognitionibus*, quæ dicit, quod nulli alii, niſi Aduocato, debetur Salarium non conuentum, quam ibi doctores ſequuntur, *& in l. Salarium, C. mandati*: & eam communem dicit, *deciſio Genuæ elegans, 115 per totam, & deciſio. 16 num. 15.* & communem cū Cyno, Bald. Alciat. & aliis, dicit Ioann. Botta, *conſil. 43. num. 1. & 2.* vbi eleganter de Salariis tractat, & eſt elegans conſilium Alexand. vbi Natta in additione plura allegat, *conſil. 109 lib. 6.*

Limitatur tamē hæc cōcluſio, quan-
18 do † labor Iudicis eſſet magnus, & emolumenta Iudicaturæ non ſufficerent ad iuſtam ſatisfactionem & ſolutionem ipſius, & Iudex ipſe eſſet conſuetus operas ſuas locare, vel alias eſſet pauper, qui ex occupationibus Iudicaturæ impediatur lucrari, cum Officio quod habet: tunc enim eligens eum, tenetur illi dare Salarium, arbitrio boni viri taxatum, pēſatis ſuis qualitatibus, alias, ſi vel non eſſet pauper, vel Dominus, aut Prælatus non eſſet ſolitus conducere, & inueniret æque idoneos, abſque Salario, & labor non eſſet ita magnus, & Iudex eſſet habitans in ſua patria, neq; impediretur ab aliis negotiis, tunc non tenetur ſoluere, alias ſic ex æquitate, prout in famulis, Procuratoribus & Adminiſtratoribus, notant plures ſupra citati, & Natta, Beccius, Paulus, Socinus, & alii allegati à Ioanne Botta, *vbi ſupra.* Et faciunt, quæ de Famulis & Adminiſtratoribus, Deo volente, dicentur, *in d. §. 2.*

Secundo limitatur, quando † Iudex 19
ſeruiret ſine Salario, ex eo, quod, ob remunerationem laboris, Dominus aut Prælatus aliquam donationem ei fecerunt, vel aliqua bona ad vitam dederūt, vel illi promiſerunt iuſtam remunerationem facere, & expreſſe vel tacite ex eo; quia Dominus dedit ſigna faciendi, & Iudex etiam ſignis oſtendit, propter remunerationem ſpetatam ſeruire, alias non ſeruiret, abſq; Salario, quia habitabat in alio Loco, vbi habebat congruam ſuſtentationem, & lucrabatur in Officio, quæ omnia propter Iudicaturam dimiſit ad petitionem Domini aut Prælati, qui forſan ſpe præmiorum allexit, tunc enim, ſi data vel promiſſa incerta efficiantur, maxime ob culpā promittentis, tenetur damnum reſarcire, & congruum Salarium illi dare, in vtroque Foro: & ita in Salariis Famulorum, qui ſeruiunt ob remunerationem tacite vel expreſſe promiſſam: concludit Frater Ludouicus Lopez. *in ſuo Inſtructorio negotiantium, cap. 21. fol. 408. cum ſequentibus*, & idem, *in inſtructorio conſcientiæ 2. part. cap. 8. per totum.* Et confirmatur, quia ceſſante cauſa remiſſionis, ceſſat remiſſio, & ceſſante cauſa donationis, ceſſat ipſa donatio, vt conſtat ex notatis, *in l. prima, Cod. de condict. ob cauſam*, & quæ latiſſime notat Tiraquel. *in tract. de cauſa ceſſante, & particulariter in litera, C. ibi, conceſſionis cauſa ceſſante, & ibi, ceſſante cauſa contractus, & litera G. ibi, gratia ceſſante, & litera L. ibi, libe-*

liberationis cauſa ceſſante, & litera R. ibi, renuntiationis cauſa ceſſante, & in multis aliis illius tractatus partibus, & eſt text. ele-
20 gãs, *in l.1.C.de dona. quæ ſub mod.* Vbi † qui aliquam rem donauit alicui, vt ipſe Donatarius eum alimentet, ſed non faciat, poteſt repetere rem, imo datur illi vtilis rei vindicatio, ac ſi non eſſet alienata, & reuiuiſcit priſtinum Ius: facit etiam text. *in l.eleganter, ff. de pignoratitia actione*, vbi actio priſtina reuiuiſcit in fauorem creditoris, cui res inſolutum data erat, ſi ipſa res ab eo euincatur, & ſic in præſenti donatio tacita Salarii, quam Iudex aut Vicarius fecit, fuit ob cauſam remunerationis factæ vel faciendæ, ſi inanis poſtea appareat, reſoluitur illa tacita donatio, & poteſt agere ad Salarium, quod de iure ſibi eſſet debitum, ſi donatio non interfuiſſet, aut quod ipſe veriſimiliter expoſceret, quia redimus ad primum ſtatum, ex defectu cauſæ, *vt in dictis Iuribus*.

21 Obiter tamen fateor, quod † cum caſus mihi de facto contigiſſet, in Emphyteoſi, data ab Abbate ſancti Facũdi, cuidam Prouiſori, ob remunerationem ſeruitii, & poſtea Monaſterium ageret ad reciſſionem contractus, conſului in fauorem Prouiſoris, contra dictum Monaſterium, cum adhuc iuuenis eſſem, ſed nihilominus fuit condemnatus, licet in pũcto Iuris iuſtitiam, meo iudicio fouebat: quia Emphyteoſis erat parui momẽti, & diminutio penſionis erat ob remuneratiõnẽ, quæ eſt cauſa iuſta Emphyteoticãdi bona Eccleſiæ, vt eleganter cum Curtio Iuniore, Rodoa. Federico de Senis, Ruyno, Fulgoſ. Decio. Card. & aliis Antiquis & Modernis cõcludit Alexand. Raudenſis, *in declaratione, de contractibus Emphyteoticis Eccleſiarum, tit. de cauſa ob culturam & auxilium à num. 26. cum ſequentibus, & in tit. de alienatio. num. 30. & in tit. de non concedenda in integrum reſtit. nu. 82.* Vbi etiam concludit, non cõpetere Monaſterio in integrum reſtitutionem, contra Emphyteoſin, quando merita erant æquiualentia, maxime, ſi res data, non erat magni momenti.

Tum etiam, quia res † illæ, quæ fuerũt datæ in Emphytheoſin, erant ſolitæ exfeudari vel Emphyteoticari, in quibus non militabat prohibitio extrauagãtis ambitioſæ de rebus Eccleſ. & Pauli IV. quæ incipit, *Iniunctum, fol. 167. in noua collectione Bullarii*, vt videre eſt, per Auenda. *lib. 1. de exequendis mandatis Regũ c. 4. n. 30. cum ſequentib.* & Couarr. *lib. 2. variarum quæſtion. c. 16. & 17. & deciſio. Luſitana vltima*: idem Alex. cum Iaſone, *vbi ſupra, tit. de defenſione aduerſus Caducitatem, à num. 62. & 63. cum ſequentibus*. 23

Neque illi obſtabat, quod † inter bona Emphyteoſis, datæ erant etiam Decimæ, quia erat Clericus, & per conſequens capax: Ex Rebuff. *in tract. de Decimis quæſt. 13. num. 63.* 24

Imo & Laici ſunt † capaces, quoad commoditatem, & ideo poſſunt illis locari & Emphyteoticari, vt colligitur ex his, quæ notat Riminal. Iun. *conſ. 41. à nu. 1. lib. 1.* & Aceb. *in l. 1. nu. 1. & 2. tit. 5. libr. 1. Recompil.* & ſic multoties eis datæ ſunt in Emphyteoſin à Monaſteriis, quod in Decimis ſoleant Emphyteoticari, ante Concilium Lateranenſe, vel à temporo immemoriali, vel in Decimis à Laicis habitis, veluti Regibus & Ducibus, habitis ante dictũ Concil. & ex tunc etiam aliis Laicis infeudatis verum eſt, ex notatis per Ioan. Garz. *in tract. de Expenſis, c. 9. à n. 90. cum ſequentibus*, in aliis vero non: quia alias lex eſſet impoſita verbis, & faciliter fieret fraus legi, & ſic audio in Romana Curia intelligi & practicari. 25

Sed quidquid ſit † de re bene aut male iudicata, quoad noſtram concluſionẽ certum eſt, quod Prælatus ipſe, euicta Emphyteoſi, tenebatur Salarium congruum Prouiſori ſoluere, in recompenſam damni illati, quia ille ob cauſam remunerationis ſperatæ gratiæ ſeruiuit, & ideo ea ceſſante, ceſſat ipſa gratuita remiſſio Salarii, *ex dictis Iuribus, & ex toto titulo, C. & ff. de condictione ob cauſam, & ex dicto tit. C. de dona. quæ ſub modo*, & eſt elegans text. ad propoſitum, *in leg. ſi ob exiguam C. de condictione ob cauſam*, vbi defectus ſperati patrocinii, inducit cõdictionẽ ob cauſam, quatenus cauſa deficit. 26

Sexta

27 Sexta concluſio. Salarium † Iudicis aut Prouiſoris pro anno incœpto, tranſmittitur ad heredes, ex notatis per authores, *in leg. diem functo, ff. de Offic. Aſſeſſoris*, & colliges ex Capitio, *deciſion. 125.* notat Acebed. *in l. 20. titul. 16. lib. 2. Recompila.* & Gregor. per text. ibi, *in l. 9. titul. 8. par. 5.* & lare *tract. regularum, lib. 17. fol. 410. verſ. mortuus eſt Præſes, & lib. 11. fol. 104. verſi. vigeſimo*, & notat Auileſ. *in dict. cap. 1. verbo (Salario) à num. 18.* Bart. *in d. l. 1. §. diuus, ff. de variis & extraordin. cognitionibus.* Practicatur tamen in noſtro Regno, quod ſi Rex aut Conſilium toto illo anno nō prouidit Officium Iudicaturæ, q; vxor & heredes mortui id exerceāt per Officiales, à mortuo nominatos, & eis ſoluāt Salaria, quæ eis ſuus Prædeceſſor dabat, & faciliter ſuper hoc obtinentur Prouiſiones in Regio Conſilio, quibus datur licentia dictis Officialibus exercendi officia, vſque dū Rex prouideat, & eſt conſonum notatis *in d. l. diē functo.*

28 Septima concluſio. Iudex † infirmus, aut ſe abſentans, nihilominus lucratur Salariū, pro tempore abſentiæ & infirmitatis, vt conſtat ex Auileſio, *vbi ſupra*, & ex tex. expreſſo & eleganti, *in l. 6. cum l. ſequenti*, vbi late Acebed. *num. 5. lib. 3. Recompilat.*

29 Hoc tamen intellige, ſi † ſit abſens per ſolos tres menſes cum licentia Decurionum, conceſſa ex iuſta cauſa, in forma, de qua ibi, alias amittit Salarium & Officium.

30 Aduerte etiam, quod † quādo eſt infirmus, non eſt neceſſarium, quod reſideat in loco ſui Officii, vt Auileſius, *vbi ſupra*, notauit: nā nullibi hoc probatur, nec dicta lex diſtinguit, imo innuit contrariū, & ſi Acebed. *in d. l. 6.* velit diſtinguere inter infirmitatem grauem & nō grauem, cuius diſtinctio tunc habebit locum, quando infirmitas leuis, iudicio Medicorum eſt parum duratura, tunc enim abſentia videretur affectata. At vero ſi diuturna eſſet, & neceſſarium eſſet ad aliam Regionē tranſmigrare cauſa Salutis, & Medici dicerent: tunc bene ſeſe poſſet abſentare, vt *d. l.* innuat; nam hæc cauſa iuſta eſt, prout in Recto-re ſe à beneficio abſentante, ex tali infirmitate deciſum eſt, per text. Abb. & Imol. ibi, *in c. ad audientiam, de Clericis non reſidentibus, & in c. 1. de Clerico ægrotante*, & notat Rebuff. *in ſua praxi beneficiali, libr. 2. titul. diſpenſatio, de non reſidendo, numero 27.*

Alias enim abſque † infirmitate, vt 31 dictum eſt, aut alia iuſta cauſa, non poteſt ſe abſentare, etiam per dictos tres menſes, vt vult illa *l. 6.* ibi, *Pero bien permitimos*, &c. quæ ſi ſolum permitrit abſentiam trium menſiū, ex iuſta cauſa & cūm licentia, à contrario ergo ſenſu abſque iuſta cauſa & ſine licentia, non poterit abeſſe tantum tempus: ſi tamen ſit infirmus, nō eſt neceſſaria licentia, vt ſentit ibi tex. ibi, *Ni tampoco*, &c. vbi verbum (*Ni*) diuerſificat caſus de licentia & infirmitate, & ponuntur vt diuerſa, neq; vnum comprehenditur ſub alio: licet contrarium velit ibi Acebed. *n. 6.* quamuis ſi infirmitas eſſet diuturna, & Iudex deberet à loco decedere, ſecurius eſſet licentiam petere, imo in iudicibus Supremis à Rege peti ſolet, quod etiā practicatur in Correctoribus; quando abſentia poteſt durare vltra tres menſes.

Si tamen abſentia eſſet † modici tem- 33 poris, puta octo aut quindecim dierum, nulla eſſet neceſſaria licentia, neq; cauſa vrgens, dummodo non eſſet aſſidua, & in fraudem dictarum legum, nihilq; propter eam diminueretur de Salario Correctori, vt in Clerico beneficiato, cum Cardin. & aliis notat expreſſe Rebuff. *vbi ſupra num. 14.* & ſic multoties videō fieri. Et licet hoc in puncto iuris defendi poſſet, tamen, conſideratis præciſis verbis dictæ legis, tenendum eſt contrarium, cum Bald. Amadæo, Pariſio, & aliis allegatis ab Auileſio, *vbi ſupra, à nu. 12. cum ſequentibus.*

Neque vltra dictos † tres menſes excuſat licentia, de non reſidendo, data à 34 Decurionibus, quia ipſi limitatam habēt Poteſtatem ad dandas licentias, ex dictis legibus, nec poſſunt earum terminos egredi, quod bene debet ſcire Iudex aut Corrector, & ſic non excuſatur, nec lucratur Salarium, vt bene aduertit ibi,

ibi, Acebed. verbo *Nouenda dias*, & quaſi ſentit *d.l.7. in principio*, in quantum dicit (*Fuera delos nouenta dias, en que pueden tener licencia*) licet hęc verba clare nō concludūt de licentia data vltra dictos dies, ſed qdquid ſit, vera eſt dicta declaratio.

35 Non tamen admitto, quod† ipſe Acebed. cum Auileſ. & Auend. notat, ſcilicet, quod ipſe Correctot, q ſe abſentauit vltra tres menſes, virtute dictę licentiæ, poſſit recuperare damnum, quod ſibi obuenit, ob dictam abſentiam à Decurionibus, qui eā dederunt: hoc enim falſum eſt indiſtinctè ſumptum; quia Decuriones non deceperunt eum, cum ſcire debebat, quod ipſi nō poterant dare licentiam; & ſcienti non fit fraus dolus neq; iniuria, ex iuribus vulgaribus, & facit text. *in l. ſi fundum, C. de euictionibus*, niſi ipſum promiſiſſent ſeruare indemnem, de quo etiam dubito, vel niſi decepiſſent eum; affirmando ſe habere Regiam licentiam, quod difficulter euenire poſſe credo.

36 Non etiam admitto, quod† *d.l.2. in fin.* probat, ſcilicet, quod ſi Iudex ſe abſentat vltra nonaginta dies, ipſo iure vacat Officium, & Rex poteſt prouidere de alio Iudice: ſed interim, ſui locum tenentes, aut alii Officiales, poſſunt exercere officia, vſque ad aduentum noui ſucceſſoris, ex quo tex. aperte deducitur quæſtio quotidiana & cōtrouerſa: An mor-
37 tuo † Correctore, ceſſet Officiū locum tenentis, & poſſit exercere Officium vſq; ad aduentum noui Correctoris? In qua Auend. *in d.1.p.c.3.nu.3.* tenuit, quod ſic, cum Ioann. Fabr. & aliis, Couarr. vero *in Practicis, c. 4. num. 3.* tenuit contrarium: imo quod tunc Populus per Iudices ordinarios debeat exercere Iuriſdictionem, & eum ſequitur Acebed. *in l. 1. tit. 9. num. 13. lib. 3. Recompil.* & opiniones conciliat Molin. *libr. 1. de Hiſpanorum primog. cap. 25. à nu. 7. cum ſequentibus*. Et certe opinio Couarr. quoad non vſum Officii, in pūcto iuris verior erat, vt per Molin. *vbi ſupra*, quoad vſum vero Iuriſdictionis, quem Populis concedebar, omnino falſa in Populis Caſtellæ; qui nullam habent Iuriſdictionem, niſi à Rege ſibi detur, niſi in hoc caſu muniti eſſent Præſcriptione immemoriali, ex his, quę notat Auend. *in d.1 par. c.1. per totū*. Et cōtrarium obſeruatur in praxi, neque vnquam vidi admiſſam opinionem Epiſcopi. Imo etiam audiui punitos Iudices à Populis nominatos, ob vſum Iuriſdictionis: ſed quidquid ſit de his opinionibus & praxi, *d.l.7.* determinat quæſtionem, & non obſtante vacatione Officii, & admittit vſum Officialiū & Correctoris & iam de hac quæſtione dubitandum non eſt.

Sed non incongrue ad † dictas leges 38
dubitatur: an habeat locū in Iudicibus Dominorum, Correctoribus, & Iudicibus appellationum, (quos vulgo *Alcaldes mayores* appellamus) & in Iudicibus Populorum, (quos vulgo *Alcaldes ordinarios* nūcupamus) Auileſius in Proœmio ad capitula Correctorum, *verbo, qualeſquier, nu. 2. verſi. ſed in caſu iſto*, tenet, quod omnia Correctorū capitula, de quibus in illo libro, & de quibus *in d. tract. 6.* extendantur ad dictos Iudices indefinite, propter verbum, *qualeſquier*, de quibus *in dict. Proœmio*. Auenda. vero, *in d.1.part. Mandatorum, capit. 4. num. 34.* in Iudicibus (quos vulgo *Alcaldes ordinarios* appellamus) contrarium tenet. Ego vero opinionem Auenda. veriorem puto; quia capitula illa ſolum cum Correctoribus loquuntur, & non debent extendi ad alios, cum quibus non loquuntur; & in dicto Proœmio id clare conſtat, ibi, *vos los dichos nueſtros Corregidores*: vbi licet Rex ante cum omnibus Iudicibus loquutus fuerit, quoad obſeruationem vero illorum capitulorum, ſolum loquitur cum Correctoribus. Neque obſtar verbum (*Qualeſquier*) nam notorius ſtylus eſt, quod reſcripta Regia dirigātur omnibus Iudicibus, etiamſi particulariter alios obligent, vel cum aliis effectus eorum intelligatur, prout videmus in Executoriis emanatis à Cancellariis, quæ licet dirigantur omnibus Iudicibus Regni: tamen non intelliguntur, niſi cum Iudice ordinario Rei executati, vnde alius non poteſt eas ad Executionem perducere, & ſi faceret, male

le faceret, quod ſic cum caſus occurriſſet, vidi practicatum & intellectum.

40 Fateor tamen, quod † Iudices ipſi ordinarii, aut appellationum, quoad partibus iuſtitiã miniſtrandam, ſi aliud cõtrarium legibus Regiis non inueniatur diſpoſitum, tenentur obſeruare illas leges & capitula, in quantum poſſunt, exceptis aliquibus præceptis, quę non bene conueniunt his Iudicibus, nec Iudicibus ruralibus, aut paruorum oppidorum, quia membra debent regi ad inſtar capitis, & non debent a capite membra diſcedere, *c. cum non liceat, de præſcriptio.* elegenter. Molin. *de primogen. Hiſpan. libr. 1. c. 2. à num. 16.*

41 Ex quo etiam infero, quod † ſi Domini Vaſallorum in ſuis Locis ponãt Correctores, quemadmodũ Rex: & ita eos, vt Rex, appellent, quod iſti etiã debeant ſeruare dictas leges, & in omnibus cum eis loquantur & intelligantur, etiã quoad præcepta & diſpoſitiones pœnales, quod aliquando iudicatum in Cancellaria Valliſoletana audiui.

42 Sed ego etiam non † exiſtimo hanc opinionem verã, quia iſti non ſunt proprie Correctores, nec dantur ad petitionem Populorum, quemadmodum veri Correctores, nec ſunt, vt Perquiſitores, quemadmodum erant veri Correctores, nec ſuſpenditur eorum prouiſio ad petitionem Populorum: vt in veris Correctoribus, vt cum legibus Modernis & Antiquis notat Acebed. *in l. 1. num. 9. d. tit. 6. lib. 3. Recompil.* per tex. ibi; nec illis dantur prouiſiones cum præceptis, & eodem modo, quemadmodum dantur dictis Correctoribus: atque ideo admodum diſſimiles ſunt.

43 Non tamen nego, † quod ſi conſuetudine immemoriali, Domini nominaſſent Correctores, & eſſent in conſuetudine ſeruandi dicta capitula, deberẽt ſeruare: & etiamſi nominati eſſent cum conditione obſeruandi dicta capitula, & ipſi acceptaſſent, quemadmodũ Auendan *in ſecunda parte mandatorum Regalium, cap. 12. à num. 10. cum ſequentibus,* dicit, quod in locationibus Gabellarum Dominorum (in quibus de iure, non debent ſeruari leges, *del quaderno*) niſi id conſuetudine admitteretur, vel ea conditione locarentur. Et hæc omnia vera mihi videntur, licet quotidie Iudices Syndicatores, ob ſuam maximam auri cupiditatem, puniant tales Iudices, etiam rurales, dicta capitula non ſeruantes, in his, quæ ſolum Correctoribus, & Locis numeroſis cõueniunt. Quod abſurdiſſimum & contra conſcientiam iudico, & quod tenentur ad reſtitutionem condemnationum ſic factarum.

Octaua concluſio. Salarium † Iudicum non præſcribitur triennio, patet: 44 quia nullibi reperitur deciſum; nã pragmatica Curiarum Matridenſium *anni 82. petitione 82.* loquitur in Salario Aduocatorum, Procuratorum, & non aliorum, *l. vero, 9. tit. 15. lib. 4. Recompila.* loquitur in Salariis Famulorum & Apothecariorum, & aliorum minutatim Vendentium, at vero lex, quæ loquitur de præſcribendo Salario, non extenditur, niſi ad caſus, de quib. loquitur: vt in Salario Famulorũ intelligit Rebuff. *in ſecundo tomo, ad leges Gallicas, tit. de Salariis Famulorum, gloſſ. 10.* concordat Duennas, *in ſuis regulis lib. 6. Regula fol. 548.*

Nona concluſio. Decima † non ſol- 45 uitur de Salario Iudicis, ex conſuetudine, vt per Nauart. *in Manual. cap. 21. nu. 31.* ponit Acebed. *in l. 6. tit. 5. lib. 5. Recomp.* Rebuff. *in tract. de Decimis, quæſt. 13. num. 44.*

Decima concluſio. Salarium † debe- 46 tur Aduocato, etiam non conuentum: *vt conſtat ex d. l. 1. §. Aduocatos,* & ibi Bar. & omnes, & ex Ioanne Botta & aliis, *vbi ſupra,* & eſt ſpeciale in Aduocatis, & hoc eſt ſine dubio verum.

Non tamen debet † recipere exceſ- 47 ſum Salarium, quia recipiendo, tenetur ad reſtitutionem, & peccat mortaliter, & id iure Regio probat, *l. 11. tit. 16. libr. 2. Recompil.* notat etiam Angel. *in ſumma verbo, Aduocatus, num. 15.* Syluester eodem verbo, *quæſt. 17.* notat etiam frater Ludouicus Lopez, *in inſtructorio negotiantium, libro primo, cap. 27. fol. 88. & 89.* & idem Acebed. *in dict. l. 11. n. 1.* Et † plu- 48 res ex eis, ex legibus Regiis dicũt, quod ſi eſt Salariatus, nihil poteſt recipere

vltra

vltra Salarium, etiam ratione victoriæ (vel *por eſtrenas*) vt vult dictus frater Ludouicus Lopez; & Acebed. *in leg. 8. num. tertio, tit. 16. lib. 2. Recompil.* nec ratione informationis de iure factæ, vt per dictum fratrem & cum fratre Dominico Soto & aliis; idem in Aduocato, Medico, & Notario, & Iudice ſalariato tenet Gutierrez, *in ſuis practicis quæſtionibus, lib. 1. quæſtione 31. per totam*, qui neque etiam ab ſponte dante, nec rogatus permittit accipere, niſi poſt litem fi-
49 nitam. Aduerte † tamen, quod etiam de iure, vt ſupra dicti dicunt, non poteſt recipere Salarium, neque ſtipendium vltra aſſignatum, & taxatum per leges Regias, & ſic quotidie Iudices, qui viſitant Cancellarias ſibi præcipiunt: ſed tamen conſuetudo contraria derogat illis legibus, vt per Acebed. *in dict. leg. 11. in fin.* & per Olanum *in Antinomiis ad Villalobos litera A. num. 78.* Vnde hodie Salarium iuſtum Aduocati, arbitrio Iudicis aut boni Viri relinquitur, conſiderata primum qualitate cauſæ; qualitate etiam & diuitiis perſonarum; conſiderata etiam facundia & excellentia Aduocati, & conſuetudine Patriæ, & Fori, & labore quem ſubiit, & in dubio tenetur iudicare contra ſe: & ſi in taxando diſcordent Pars & Aduocatus, taxat Iudex: *vt in l. 10. & 11. tit. 6. lib. 2. Recompil.* I-
50 mo, & ſi exceſſiuum † Salarium promiſſum ſit Aduocato & Medico; & de eo confecta ſcriptura publica, & Guarentigia, non eſt valida, neq; exequi poteſt, niſi pro iuſto Salario, à Iudice moderato & taxato, & ita multoties vidi practicari in Medicis & Chyrurgis; vt tenet Rip. *in tract. de peſte, tit. de reme. ad curandam peſtem, num. 84.* Baeza *de Decima Tutoris, c. 8. num. 24.* Gutierrez, *in tract. de iuramen. cõfirmatorio, 1. par. c. 57. n. 57. & n. 28.* & cum Platea, Rebuff. Pinelo & aliis, tenet idem Acebed. *in dictis legibus 10. & 11. num. 1. tit. 16. lib. 2. Recompil.* Quæ opinio veriſſima eſt & iuſtiſſima; & ab ea non eſt recedendum in iudicando & conſulendo.
51 Neque hoc Salarium † augeri debet, etiamſi litigans habeat plures cauſas, quam ſperauerit Aduocatus, niſi à principio id ſit conuentũ, & ego in pactum deducere ſoleo, vt bene aduertit idem Gutierrez, *in ſuis practicis lib. 1. quæſt. 32. n. 2.* allegat Matth. de Afflict. *ad conſtitutiones Regni Siciliæ Rub. 82. de Salario Aduocatorum, num. 4.* licet Acebed. *in d. l. 2. n. 3.* & Menoch. *in tract. de arbitr. Iudicum libr. 2. Centur. 3. caſu 223.* cum pluribus, quos allegãt, vel in Iudice & Aduocato, quod diminuto labore, diminuitur Salarium, & aucto, augetur: quod, niſi caſus grauis fortuitus, & valde inſperatus exiſtat, iniuſtum iudico, & contra veriſimilem mentem contrahentium, & communem in praxin.

Tum etiam † nec Medici, neque Ad- 52
uocati Salaria extorquere debẽt à pauperibus: vt cum pluribus notat Roland. à Valle, *conſil. 87. n. 25. lib. 2.* Ange. & Syl-ueſt. *vbi ſupra*, & recipiãt, peccant mortaliter, teneanturq; ad reſtitutionem, vt per ſupra dictos, quod practicatur in omnino paupere, qui vel nõ poteſt ſoluere, vel cum maximo incõmodo alimentorũ ſuorũ & familiæ, & in Cancellariis non habentibus vltra tria millia marapetinorũ in bonis, dantur Aduocati, & Procurator pauperũ, q. omnibus paret.

Vndecima † concluſio. Salarium an- 53
nuum tranſmittit Aduocatus mortuus pro anno incœpto: ita probat text. *in l. poſt duos, in fin. C. de Aduocatis diuerſarũ Iudicum.* Notant Bart. & omnes, *in d. l. diem functo*, idẽ Bat. *in d. l. 1. §. Diuus, per tex. ibi*, Bald. & Salycetus, *in l. fin. C. de condictio. ob cauſam.* Paul. & alii poſt gloſſ. magnã, ibi, *in l. ſi vno, §. Idem cum quidam, ff. locati.* & hoc non eſſe correctum, *ex l. 9. tit. 8. par. 4.* quæ dicit deberi ſolui Aduocato Salarium pro rata laboris, firmat Acebed. *in l. 10. nu. 4. tit. 16. lib. 2. Recompil.*

Hæc certe † concluſio communis eſt, 54
& propter auctoritatem communis ſequenda eſt: ſed in puncto iuris ſuſpecta videtur, nã, *d. l. poſt duos*, eam nõ probat: loquitur enim in Aduocato fiſci habente dignitatem cum Officio, neq; eã probat *d. l. Diuus*; nam non loquitur in noſtro caſu, ſcilicet, quãdo heredes Aduocati volunt habere Salarium non recu-

peratum pro anno incœpto: ſed in caſu, quando Salarium fuit ſolutum Aduocato ante temporis finẽ, & mortuus eſt non finita cauſa, nã tunc dicit tex. quod nõ poteſt ab eo repeti Salariũ, quia per eum nõ ſtetit, & hoc eſt ſpeciale in Aduocato, contra regulam, tex. *in d. §. Item cum quidã*, neq; etiam probat *d. l. diẽ functo*, quia loquitur in Iudice, tum etiam in Iudice nõ probat: ſolũ enim dicit, quod ſi Poteſtas, Corrector, aut Legatus moriatur, ante finẽ temporis, Aſſeſſores, & alii Officiales debent habere Salarium integrũ, quia per ipſos non ſtat, & hoc in omnibus operariis procedit, iure communi, *vt in l. ſed addes, §. fin. ff. locati*, & notat gloſſ. *in d. §. item cum quidam*: ſed de Salario ipſius Legati tranſmittendo, ibi, *verbum nullum*, tum etiam Legatis ſolebant ſolui Salaria in principio Officii, vnde nimirum, ſi heredes eius, ex Salario recuperato ſoluãt eius Officialibus, neq; etiam facit *l. Legatus, §. fin. ff. de legationibus*, nã loquitur in Salario ſoluto legato, quod non repetitur ab eius heredibus, quod inductum eſt fauore Legatorũ, & propter magnas expenſas, quas faciunt in præparando ſe ad hæc officia, & ob auctoritatẽ eorum, vt Bar. *in d. §. Diuus*, fatetur, neq; ratio Bar. *in d. §. Diuus*, concludit, ſcilicet, de probitate ſciẽtiæ, nam ego non video, quomodo hæc ratio concludat in Salario cõuento, quippe quia Clientes laborem conſiderent Aduocati & operam, non vero eius merita, niſi in eligendo ad talem operam, & Aduocati cõductitii ſint. Vnde iniuſtũ videtur, quod lucrentur, niſi pro rata laboris, vt Afflictus vult, *deciſione 302.* & Capitius, *dict. deciſione 125.* & bene in Aſſeſſore Iaſ. *in dict. l. diem functo, num. 10.* & Socin. ibi, *nu. 7.* tum etiamſi Aduocatus ſit ſalariatus ab aliquo particulari, pro quolibet anno, iniuſtum videtur, quod mortuo Aduocato iſte ſoluat Salarium, & quærat alium Aduocatum æque idoneum, cum alio Salario: maxime ſi non ſit admodũ diues, neq; etiam obſtat alia ratio Bart. ſcilicet, quod Salaria annua ſucceſſerunt in locum Salariorum à legibus conſtitutorum. Nam licet poſſit locũ habere in Salariis à Regibus conſtitutis, in aliis vero nullam inuenio rationem concludentem huius ſucceſſionis. Igitur vides, quam ſuſpecta hæc opinio ſit, & quod raro ſecundum vſum hodiernum in praxi admitteretur, niſi forſitan in Aduocatis Dominorum, Magnatum, Epiſcoporum, Monaſteriorum & aliorum, qui ſolent plures Aduocatos habere, & ego in Salariis particularium nunquã vidi admiſſam, niſi heredes dent alium æque bonum Aduocatum loco mortui.

Quidquid tamen† ſit, ſequenda eſt, 55
propter eius authoritatem, quæ in Iudice approbatur, *in d. leg. 9.* in Aduocato limitatur, niſi ſit ſalariatus ad aliquã cauſam particularem: tunc enim non lucratur Salarium, niſi pro rata laboris, niſi heredes alium dent Aduocatũ, & ita declarat *d. l. 9.* quam ita intelligit Aceb. *vbi ſupra*, Oroſcius & alii, quos ipſe allegat.

Declaratur itidem dicta† concluſio. 56
Quod etſi dictum Salarium annuũ pro anno incœpto debeat tranſmitti ad heredes, prout vult cõmunis, & in Medico & Aduocato concludit Cephalus, *conſ. 70. lib. 1.* non tamen tenetur heredes date alium Aduocatum æque idoneum, vt Bart. notat, *in d. §. Diuus, nu. 17.* quod verũ eſt, ex iuribus ab eo allegatis, nõ ex eius ratione, ſcilicet, quia requiritur induſtria perſonę. Nam hæc ratio concluderet quod non debeat dari Salariũ; quia non poteſt ſeruire per ſubſtitutum, ſed quia alias nullum priuilegiũ haberet Aduocatus, ſi teneretur date ſubſtitutũ: nã dando ſubſtitutũ, quilibet alius operarius mortuus lucraretur Salariũ, *vt in d. l. 9. in fin.* & quia, quãdo requiritur induſtria perſonæ, poteſt quis deſeruire in caſu neceſſitatis, per ſubſtitutũ æque idoneum, vt notant doctores, *in l. vlt. §. ne autem, C. de cadu. tollen.* Felyn. & Abb. *in cap. penult. & fin. de Offic. Delegat.* additio Bart. *in l. inter Artifices, ff. de ſolutionibus.*

Declaratur ſecundo, quod† idem erit in Aduocato infirmo, nam lucratur 57
Salariũ, vt vult Matth. de Afflict. *in d. repetit. 82. n. 6.* cum Bart. & aliis, quos alle-

gat, & idem vult Acebed. *in d. l. 10.* & Gutierrez, *vbi ſupra in fin.*

58 Vnum tamen ſentit † Gutierrez, *vbi ſup.* quod ſcilicet, id procedat in Aduocato cõducto ad aliquam cauſam: nam ſi infirmetur, debetur ei totũ Salarium, etiamſi Pars quærat alium Aduocatum, hoc enim falſum exiſtimo, *ex dict. leg. 9.* quæ id non admittit in Aduocato mortuo, minus igitur admittet in Aduocato infirmo, contrarium concludit Syluester, *verbo, Familia, quaſt. ſecunda*, & in famulo infirmo, idem Syluester, *vbi ſupra*, Angelus, *eo verbo, nu. 2.* & idẽ Acebed. *in l. fin. ti. 15. lib. 4. Recompil.*

59 Declaratur tertio, quod dictum Salarium non lucrabitur Aduocatus infirmus, nec tranſmittet ad heredem, ſi male ſe geſſerit in negotiis Partis, & ita in Iudice notat Celſus, *conſil. 47. nu. 19.* & idem in Iudice & Aduocato, quod non lucrabuntur Salarium anni incœpti, ſi Iudex fuit amotus ab Officio, eius culpa, per Celſ. *vbi ſupra*, vel habuit aliud Officium incompatibile, & in Aduocato, ſi Pars eum deſeruerit ex iuſta cauſa, vt dicemus, quando infra agemus, Deo volente, de Decima Tutoris.

Duodecima cõcluſio. Salarium Ad-
60 uocati † præſcribitur triennio, ita probat *d. Pragmatica 82.* ad quam aduerte, quod ſolum extenditur ad Salaria currentia poſt promulgationem ipſius, etiamſi dependeant ex cauſa antecedenti: vt conſtat ex verbis eius, *ibi (que corrieren de aqui adelante)* non ergo ſufficit, q. tres anni ipſius præſcriptionis currãt poſt dictam promulgationem, contra Salaria antea debita, ſed eſt neceſſariũ, quod debeantur & currant poſt dictam Pragmaticam, licet in Salatio Famulorum contrarium voluerit Acebed. *in d. l. fin. n. 1.* qui allegat Oroſcium, *in l. omnes Populi, n. 148. ff. de iuſtitia & iure*, poterit igitur Aduocatus, non obſtante lapſu triennii, petere Salaria decurſa, ante *d. pragmaticam.*

61 Aduerte etiam, quod † d. Pragmatica non poteſt renũtiari, vt ipſa dicit, & annullat contractum & renuntiationem: vnde talis renuntiatio non poteſt firmari iuramento: vt circa legem Arrharum, quæ habet ſimilem renuntiationẽ, cum Couarr. Menoch. & aliis authoribus Hiſpanis, concludit Gutierrez, *in tract. de iuramento confirmatorio, cap. 14. a num. 2. 1 par.* & legi prohibitiuæ non poteſt renuntiari, etiam cum iuramento: vt concludunt authores, *in l. non dubium, Cod. de legib. l. cum lex, & l. ſi quis pro eod. ff. de fideiuſſor.* notat idem Gutierrez, *in d. 1 part. c. 16. nu. 59.*

Eſt etiam notandum, quod † licet ad 63 interrumpendam præſcriptionem in Salario Famulorum ſufficiat petitio extraiudicialis: vt Rebuff. determinat, *in ſecundo tomo, ad leges Gallicas, tit. de Salariis Famulorum, artic. 1. gloſſ. 15.* & poſt longam diſputationem ſequitur Gutierrez, *in d. tract. lib. 3. c. 1. num. 35.* licet contrarium teneant Acebed. *in d. l. fin. num. 30.* de quo infra dicemus: Tamen in præſenti caſu eſt neceſſaria litis conteſtatio, quia ſic declarat *d. Pragmatica*, ibi, *no hauiendo conteſtado demanda*, &c.

Neque interrumpetur, etiamſi † pars 64 Salarii petatur, & ſoluatur intra triennium, quoad aliam partem ex verbis illius Pragmaticæ, ibi, *lo que ſe les deuiere de los dichos tres annos*, & ibi, *y que lo demas*, &c. vbi Legiſlator ſolum dicit poſſe peti id, quod debitor de tribus vltimis, & indifinita æquipollet vniuerſali, ex notatis *in l. placet, ff. de liber. & poſthum. & in l. ſi pluribus, ff. de legatis. 1.* Et ſic in Salario Famulorum intelligit Acebed. *in d. l. fin. verbo, ſe les quede deuiendo*, licet cõtrarium teneat Gutierrez, *in d. c. 1. n. 34.* cũ Rebuff. quem allegat. Cuius opinionem tũc intelligo veram, quãdo ſoluit partem cum recognitione alterius partis, *verbo, vel ſcripto factam, arg. l. cum fidem, C. de nõ numera. pecun.* at vero ſi ſimpliciter ſoluat, vera eſt contraria opinio.

Habebit etiam † locũ Pragmatica di- 65 cta, etiamſi debitor conſtituat ſe ſoluturũ, ad omnem voluntatem Creditoris, vt per Acebed. *vbi ſupra, nu. 39.* loquutus in Salario famuli, ſed melius probatur, *in d. Pragmatica.* nam ſi expreſſe non poteſt renuntiari, multo minus tacite, vt per eam ibi.

66 Decimatertia concluſio. De † Salario aut Lucro Aduocati, nō debetur Decima, quia non eſt conſueta ſolui, vt diximus ſupra in Indice, & ſic dicunt Dd. ibi citati.

67 Non eſt etiam † omittendum, quod tempus, in quo debet ſolui Salarium Iudicis vel Aduocati, non eſt limitatum in iure, vnde attendenda eſt cōuentio aut conſuetudo, vt vult Bart. *in d. §. Diuus:* licet in fine tēporis deberi dixit, *in tract. Regularum lib. 17. verbo, Salariū, fol. 319.* Et ſi fiat Concordia inter Partes, quomodo Salarium ſit ſoluendum, decidit, *l. 11. tit. 6. lib. 2. Recomp.* Aduerte tamen, quod Ioannes de Amicis, *in conſ. 148. per totum,* diſtinguit, quod ſi erat ſoluendum totum ſimul: debetur totum: ſin vero in certis terminis & pagis: tunc debetur paga de certo tempore Concordiæ: ſed tamen quomodocunque ſit in hoc Regno, ſeruanda eſt diſpoſitio *d. l.* quæ non diſtinguit.

69 Non eſt item † obliuiſcendum, quod ea, quę diximus de Salariis Iudicū tranſmittendis vel nō, habent etiam locū in Iudicibus Dominorū: vt per Olanum, *in Antinomiis ad Villalobos litera S. num. 1.*

70 Decima quarta † concluſio. Salaria Doctorum & Scholaſticorū, & per conſequens Iudicum, Literatorum, & Aduocatorum, habent priuilegia inter omnes creditores, & æquiparantur doti & fiſco, & habent tacitam hypothecam à iure inductam, cum priuilegio prælationis, quemadmodum fiſcus & dos in plurimis caſib. Hæc cōcluſio deducitur à Bart. *in l. 1. ff. ſolut. matrimo. in fin.* & eā tenent Bald. & Angel. ibi, Socin. Rip. & Iaſ. *in fin.* idem Iaſ. *in d. l. diem functo, nu. 19.* & dicit cōmunem Marianus Socin. Iunior, *in d. l. 1. in fin.* & ſecundū eam dicit iudicatū Rebuff. *in tract. de priuileg. Scholarium, priuilegio 118. per totū.* Hæc tamen cōmunis reſolutio, nullū habet fundamentū in iure: neq; eſt lex, quæ tale priuilegium det, ſed ex ſolo fauore ſtudii, & publica vtilitate moti ſunt Authores, & ideo cā in puncto iuris ſecurā non puto, q̄a priuilegiū debet eſſe in iure expreſſum, & nō induci p argumenta, ſed tamē in iudicando & conſulendo nō eſt recedendū à communi opinione, & ideo ex ea bene infertur ad ſecundos caſus concluſionis. Nam cum Aduocati & Iudices gaudeant priuilegiis cōceſſis Scholaribus, & doctoribus actu legentibus, vt colliges ex late traditis per Ioann. Garz. *in tract. de nobilita. gloſſ. 31. per totam,* ſunt enim ſicut milites, *vt in l. Aduocati, C. de Aduocatis diuerſorum Iudiciorum:* habebunt etiam hoc priuilegium prælationis.

Decima quinta † concluſio. Notariis, 71 Procuratoribus, & Solicitatoribus, ſi ſint Officiales, & Mercenarii (prout ſunt illi, qui degunt in Audientiis publicis) debetur Salarium, etiam non conuentum, taxatum & moderatum per Iudicem, nō ex iure ſcripto, neq; ex priuilegio eis conceſſo: quia hoc ſolum Aduocatis conceſſum eſt, ſed ex vulgari conſuetudine & æquitate, & veriſimili contrahentium mente, vt late per Ioan. Bott. *d. conſil. 43.* & alios ab eo citatos, & eſt elegans *deciſio Genuæ 115. per totam.* Salarium † Notariis non præſcribitur tri- 72 ennio, quia nulla lege cauetur, at vero Salarium Procuratoris & Solicitatoris ſic: *vt in d. Pragmatica 52.*

Decima ſexta concluſio. Procurato- 73 res, Notarii, & Solicitatores nō ſoluunt Decimam de ſuis Salariis de conſuetudine, licet de iure debeāt ſoluere, vt per Nauar. Rebuff. Acebed. & omnes ſupra citatos.

Vltima concluſio. Iſti † omnes, maxi- 74 me Notarii, non accipiunt vltra Salarium, etiam ab ſponte dantibus, licet in Procuratoribus, & Solicitatoribus contrarium practicetur, vt inferius dicetur *in §. 4.*

§. 2. *De Salariis Famulorum, & Filiorum, & de Decima & Præſcriptione.*

Prima concluſio. Salarium † debe- 1 tur famulo, etiam non conuentum, quando famulus ſolet aliis ſeruire cum Salario, & Dominus conducere operas Famuli, atq; is cōtinue & dietim aſſiſtit ſer-

ſeruitio Domini, ita Alexand. *conſil.109. colum.2. libr. 6.* & ibi Natta in additione allegat plures auctoritates, Rebuff. *in d. 2. tomo tit. de Famulorum Salariis gloſſ.1. nu. 1.* Acebed. *in d. l. final. num. 4. & 5.* & frater Ludouicus Lopez. qui loquitur de foro conſcientiæ, *in ſuo inſtructorio negotiantium, capit. 25 folio 408. & in inſtructorio conſcientiæ, 2. part. capit. 8. per totum*, Nauarr. *in ſuo Manuali, capit. 17. à num. 108. cum ſequentibus.* Petrus de Nauat. *in ſuo tract. de reſtitutione, tomo 2. libr. 3. capit 1. à num. 409. cum ſeqq.*

2 Secunda concluſio. Famulo † conducto minori Salario, quam de iuſtitia debebat ſibi taxari, ob imprudentiam Famuli, vel eius neceſſitatem, tenetur Dominus in foro conſcientiæ æquiualens Salarium ſoluere, vt per ſupra dictos, licet in foro exteriori non obtineret Famulus, ſi non eſt deceptio vltra dimidium iuſti pretii, vel eſſet minor, & peteret reſtitutionem aduerſus conuentionem Salarii.

3 Tertia concluſio. Si † de conſuetudine Famuli ſoleant ſeruire ſine Salario, vt Famuli Scholarium, Salmanticæ, vel ſit Abundantia Famulorum, & non lucrentur maius Salarium, non tenetur illis Dominus in foro exteriori, nec interiori, Salarium ſoluere, vel maius Salarium, quam conuentũ ſoluere, vt per fratrem Ludouicum Lopez. *vbi ſupra*, non tamen debet Dominus Famulum occupare in alio miniſterio, quam in eo, ad quod eum à principio elegit, alias debet ſoluere illi Salarium, pro modo aucti laboris, & ita procedunt, quæ Menoch. & Aceb. *vbi ſupra*, notarũt, & notant Nauar. & Ludou. Lopez. *vbi ſupra.*

5 Quarta concluſio. Si † Dominus nõ habuit neceſſe conducere Famulum, ſed ob amicitiam, & ad eius inſtantiam, eum recepit in domo ſua, ſine Salario, vſque dum alium commodum quærat, non debet illi Salarium in vtroque foro, vt per fratrem Ludouic. Lopez. *vbi ſupra* & confirmatur, quia tunc inducitur tacita donatio, & remiſſio Salarii, quæ inducitur ex cõiecturis, vt late per Maſcard. *in ſuo tract. de probatio. par. 1. concluſ. 554. per totam.* Menoch. *in tractat. de arbitra. iudicum, lib. 2. centuria 1. caſu 88. per totum.* Portius Imolenſis, *conſilio 19 à nu. 80. cum ſequentibus, libr. 1.* & pro prædicta concluſione, & reliquis, vide Cordubã, *in ſuo quæſtiona. libro primo, quæſt. 34. per totam.*

Quinta cõcluſio. Famulis, † qui ſeruiunt Dominis, minori vel nullo Salario (ex eo, quia ſperant ꝗ Domini faciãt iuſtam remunerationem laboris, prout aliis ſolent facere, & de hoc cum Domino tacite aut expreſſe actum fuit, & hęc fuit cauſa finalis ſeruiendi) ſi remuneratio non fuit facta, debetur iuſtum Salarium in vtroque foro, vt dictus frater aſſerit, & dictum eſt in concluſione, de Vicario Epiſcopi. 6

Sexta concluſio. Famulis, † qui ſeruiunt abſq; conuentione tacita vel expreſſa de remuneratione, vel abſq; eo, quod inter eum & Dominum tacite vel expreſſe actum fuerit de dicta remuneratione, neque hęc fuit cauſa finalis, ſed impulſiua, quia ipſi ſperabant de liberalitate ſuorum Dominorum, non debetur Salarium vltra conuentum: niſi concurrant, quæ diximus in ſecunda concluſione, ita affirmant authores ſupra citati. 7

Ex quibus concluſionibus † inferre potes ad Famulos pediſſequos Dominorum (quos vulgo appellamus, *pajes*) quibus de conſuetudine nullum datur Salarium, ſed ſolũ alimẽta & veſtitus, & ab eis docentur artes, & modi viuendi, & bonæ educationis, de iuſtitia nullum eis deberi Salarium, *ex ſupra dictis.* Non tamen erunt ſecuri Domini in foro conſcientiæ, ſi eos non faciant bene educari, nec dent alimenta & veſtitum competentem, quia propter has cauſas gratis ſeruiunt, vnde non poſſunt defraudari in debitis ratione ſui laboris. Inferri etiam † poteſt ad Capellanos & Scholares Famulos, qui gratis ſeruiũt Epiſcopis aut Prælatis, ob præmia beneficiorum ſperata, ſi poſtea non cõferant, non ex ſua indignitate, tenẽtur eis Salaria miniſtrare, & ad Scutiferos Dominorum minori Salario ſeruiẽtes, 8 10

ob Officia & beneficia, quæ ſolent eis fieri à Dominis, & ad Domicellas Dominarum, forſitan nobiles, quæ ſeruiũt nullo conſtituto ſtipendio, quæ ſperãt, quod Domini eas ſuis expenſis nuptiis collocabunt, & ad alia multa, quorum cauſæ iudicandæ ſunt ex præmiſſis concluſionibus.

11 Septima concluſio. Famulis, † qui non continuo ſeruiunt, nec cum Domino morantur, ſed ſunt, vt vulgo dicimus (*allegados*) ſi iſti in aliquo miniſterio ſeruiunt, ad quod Dominus ſolet alios conducere, & ſoleant etiam ipſi ſe locare, debetur Salarium: ſi vero Dominus non ſoleat conducere, & ipſi non ſoleant locare operas, ſi tamen pauperes ſunt, & à ſuis rebus diſtrahantur, ob occupationes, de æquitate debetur eis Salariũ, vt cum Guid. Roman. Beccio, Natta & aliis concludit Ioann. Bott. *vbi ſupra*, & eſt elegãs *deciſio Genuæ, vbi ſupra*, & colligitur ex his, quæ Theologi ſupra notarunt. Si tamen eſſent diuites, & nõ diſtraherentur, neque amitterent, & ex aliquibus coniecturis, quantumuis leuibus, puta ex amicitia, colligeretur præſumptio gratuiti ſeruitii, nihil eis in vtroque foro deberetur, vt colligitur ex authoribus citatis, & colligitur ex his, quæ *d. deciſ. Genuæ 115. vbi ſupra*, magiſtraliter & late notat.

12 Octaua concluſio. Famulo, † qui ſeruit Magiſtro, vt eum doceat artem ſuam, non debetur Salarium, imo ipſe ex conſuetudine & conuentione ſoluit Magiſtro.

13 Tenetur tamen ipſe † Magiſter eum docere, & implere fidem contractus, & eum bene tractare, & alimenta dare, & nõ cum occupare in aliis ſeruitiis, præterquam in illis, quæ ſimiles diſcentes ſolent facere, non ſe ab Officio ſubtrahendo, & ſi in aliis occupent, tenentur damna & Salarium ſoluere, vt Nauar. & Ludouicus Lopez. *vbi ſupra*. dicunt.

14 Imo Famulus † ipſe, ſi ſit maior, & ſi ſit minor, eius Curator poteſt agere aduerſus Magiſtrũ pro recuperatione Salarii, & damno dato, & ad intereſſe, & minor poteſt petere reſtitutionem aduerſus contractum, quem cum Magiſtro Curator fecit, & repetere illi data, ob laborem docendi, abſque alium Magiſtrum quærere ſuis expenſis: vt colligitur ex his, quæ notat dict. Acebed. *in dicta l. finali, à numer. 28.* & ſic cum caſus de facto accidiſſet, conſului & obtinui.

Nona concluſio. Vitricus † tenetur ſoluere Salarium Priuigno, qui ei ſeruiuit, ſi ſit in ætate, in qua Salarium meretur, puta, maior quindecim annorum, & ipſe Vitricus alium Famulum excuſauerit, quem alias deberet conducere. Si tamen ſit minor, & maior annorum decem, licet nõ debeatur illi Salarium, tamen alimenta compenſantur cum ſeruitiis, & ſi decennio ſit minor, debet ille ſoluere alimẽta taxata, ex bonis ſuis Vitrico: & idem dicimus in Tutore & Curatore pupilli & minoris. Acebed. *in d. l. fi. num 6.* & ita cum Bald. Salyceto, Gregó. & aliis reſoluit Corduba de Lara, *in tracta. de alimentis, in §. ſi mater, num. 72. cum ſeqq.* qui æſtimationem alimentorum & Salarii, & quando vtrumque debeatur, arbitrio Iudicis committit, & cum Butricario, Bart. Alexand. Calcan. Alexandro de Næuo, Abb. Ruyno & aliis: idem reſoluit Franciſcus Burſa. *conſ. 83. à n. 9. cum ſeqq. lib. 1.* 15

Niſi ex coniecturis † conſtaret, quod Vitricus & Curator pſtiterint minori, aut Priuigno gratis alimenta: vt per eũdem Burſat. *vbi ſupra, num. 11.* idem in Salario, ſi ex coniecturis conſtaret, quod non ſeruiuit pro Salario Priuignus, puta; quia Vitricus non habeat neceſſe eũ conducere, nec alium, ſed ſolum ob amorem matris eum tenuit in domo, vel quia ipſe non erat eius qualitatis, vt deberet alii ſeruire, aut herum non inueniebat, & idem in minore. Quæ omnia arbitrio Iudicis dimittuntur, & vide, quæ notantur per ordinarios, *in d. l. ſi Paterno affectu, & l. 1. & l. quod in vxorem, C. de negotiis geſtis.* 16

Decima concluſio. Famulo † infirmo non tenetur Dominus ſoluere Salarium pro tempore infirmitatis. Imo, ſi Dominus faciat cum eo expenſas, ipſe 17

tenetur

tenetur ſoluere: vt late per Stepha. Aufrerium, *in deciſionibus Capellæ Toloſanæ, deciſ.269.* notat Acebed. *in dict. l.7.titul.6. lib.3. Recompil. & in l.3. eiuſdem tit. & in l.6. tit.5 lib.5.* idem Acebed. *in dicta lege finali, num.16.*

18 Vndecima concluſio. Famulo, † qui ſine cauſa, & ante tempus Dominum deſerit, non ſolum non debetur Salarium futuri temporis, ſed neq; etiam præteriti: vt per Acebed. *in dict. l. fin. num.12.* Dominus etiam, qui ante tempus expulit Famulum, tenetur ei ſoluere Salarium integrum: vt conſtat *ex l. ſori allegata,* ab Acebed. *vbi ſupra*. Practicatur tamen, quod ſi Dominus ex receſſu Famuli damnum patiatur, teneatur ſoluere famulus, vſque ad quantitatem Salarii, & idem in Domino.

19 Si vero damnum † non patiatur: quia Dominus ſtatim inuenit alium Famulū æque idoneum, & Famulus alium Dominum: tunc, quia non eſt æquū aliquē locupletari cum iactura alterius, *vt in l. nam hoc natura, ff. de condict. indebit.* & quia definit intereſſe, *vt in l. ſi vero, §. mandati actio ff. mandati,* ex æquitate ſoluetur Famulo pro rata, & Dominus pro rata ſoluet, vt colligitur ex his, quæ notat Barr. *in d. §. Diuus, n.18.* Bald. & Salycet. *in l. ade, C. locati.*

20 Duodecima concluſio. † Dominus poteſt locare ſuum Famulum alii æque idoneo, & ad eaſdem operas, vt per Acebed. *in dict. l. final. num.24.* & ſic practicatur.

21 Decima tertia concluſio. Si † Dominus iratus expellat Famulum, & in continenti, aut intra breue tempus, arbitrio Iudicis, eum pœniteat: Famulus tenetur ei ſeruire, & ſi non ſeruiat nō lucrabitur Salarium, ita Acebed. *vbi ſupra, nu. 25.* Fallit ſi non ſit intra breue tempus, & res non ſit integra, quia Famulus conductus eſt ab alio, tunc non tenetur Famulus redire, & debet ei ſoluere Salarium præteriti temporis.

22 Decima quarta concluſio. † Famulus, cui non fuit ſolutum iuſtum Salarium a Domino, nec Dominus vult ſoluere, ſi certo ſciat ſibi deberi, & debitū in rei veritate ſit liquidum, & via iuſtitiæ non poteſt recuperare, vel quia deficiunt ſibi probationes, vel quia expēdet magis, quam ſibi debetur de Salario, vel quia probabiliter credit ex lite damna ſibi obuentura, & faciat cum ſecreto, ita quod ex ſatisfactione nō poſſit ſibi vel alteri Tertio obuenire damnum, honoris, famæ, corporis, & animæ, poteſt cum bona conſcientia ſuum Salarium recuperare de bonis Domini: puta, ea occulte & ſine ſcandalo auſferendo, vel retinendo, aut compēſando, ſi ſibi Dominus aliquid debeat: nec tenetur patefacere etiā virtute Monitoriæ generalis, nec etiam tenētur, qui de omnib. ſupra dictis certi aut certificati ſunt. Etſi ab eo petatur iuramētum, poteſt per verba ambigua, dummodo periurium non incurrat, debitum negare, & ſi conditiones ſupra adductæ, & quælibet earum deficiat, peccat mortaliter, & tenetur ad reſtitutionem, & ſi poterat recuperare per viam iuſtitiæ, quāuis peccet, non tamen tenetur ad reſtitutionem, quia ſibi debitum recuperauit, & etiam non debet accipere vltra ſibi debitum, ita eleganter affirmat Frater Ludouicus Lopez. *vbi ſupra,* licet non ita declaret: Et colligitur ex his, quæ Nauarr. *vbi ſupra*, notauit, notat etiam Corduba, *in ſua ſumma Caſuum conſcientiæ, quæſtione 3. per totam,* notat etiam Rebuff. *in dict. tit. de Famulorum Salariis. gl.10., per totam.*

Decima quinta concluſio. Conuentio † & ſolutio ſalarii poteſt probari per alios Famulos, & in cauſa ſalariorū procedituir ſummarie & exequutiue, & per viam prouiſionis, etiam ſpreta appellatione, ita Rebuff. *in d. titu. gloſſ.7. & in 1. tomo de Sentent. prouiſionalibus, artic.3. gloſ. 7.* Acebed. *vbi ſupra, num.38.* licet quoad appellationē debeat conſiderari quantitas petita, perſonarum qualitas, diuitiæ, & paupertas, & clara, aut non clara iuſtitia petentis, quod arbitrio diſcreti Iudicis dimittitur, qui pro cauſarum varietate & æquitate iudicabit, quod æquius aut iuſtius ſibi videbitur. 23

Decima

Decima ſexta concluſio. Filio labo-
24 ranti † in re patris, & ſub eius poteſtate
conſtituto, nec ipſe, nec poſt eius mor-
tem alii heredes renentur Salarium ſol-
uere: licet opera, quæ fecit, Salariũ me-
reantur. Et ſi alius facerer, iuſte peteret;
quia filius ad mandarum Patris labora-
re tenetur; ſi labor non tranſcendat e-
ius qualitatem & poſſibilitatem: Et
quia filius, ſi adquirit, etiam ex operis
induſtriç ſuç, patri adquirit. Vnde ſi ſibi
ipſi adquirendo patri adquirit, multo
magis adquirendo patri, ipſi adquirit,
ſine ſpe Salarii, alias non differret ab ex-
traneo: qui ei adquirit, cuius nomine
adquirit, & Salarium ei dat, ita determi-
nat Iaſ. contra Fulgoſium, *in l. illud, C. de
collationibus*, & cum Cardin. Gutierrez;
& aliis contrá Fulgoſiũ, concludit Vin-
centius Francus, *deciſio. Neapolitana 340.
par. 2.* idem late tenet, & defendit Guti-
errez, *in tract. de Iuramento confirmatorio, c.
5. a num. 17. part. 1.* idem etiam tenet Cor-
duba de Lara, *in tract. de alimentis, § ſed ſi
filius, nu. 138.* Ioann. Yannez Parladorius,
*in tractat. rerum quotidianarum, cap. 19. per
totum*, Gregor. Lop. *in l. 3. titul. 20. part. 2.*
Nauarr. *in Manuali Latino capit. 17. num.
144. & 148.* & nouiſſime Caualcan. *deci-
ſione 1. part. 1. num. 14* qui infiniros autho-
res refert, & hanc opinionem tenet, &
rariones huius opinionis ſunt: tum;
quia filius nõ præſumitur ſeruire patri,
ob Salarium, ſed ob obligationem na-
ruralem & amorem paternum; & ita in
dubio iudicandũ eſt: tum; quia filius de-
bet obſequium patri, *vt in l. veluti, ff. de
iuſtitia & iure*; Ergo debet operari ad
mandatum patris; & non debet habere
Salarium ex opera, ad quam quis eſt ob-
25 ligatus. Et ſi † cum Baldo, *in Authentic.
ex teſtamento, C. de collationibus, n. 8.* repli-
ces, quod filius debet patri ſolum ope-
ras obſequiales, non autem artificiales:
*vt in l. nullum 5. ff. de obſequijs à liberis; & li-
bertis patrono præſtandis.* Reſpondetur,
quod illa lex loquitur in filio emãcipa-
to; qui per emancipationem ſolutus eſt
à legibus iuris Ciuilis, & ſolum tenetur
ad obſequium naturale: At vero de iu-
re Ciuili filius in poteſtate eſt res patris,
quem & occidere licebat: *vt in l. in ſuis,
& ibi Authores, ff. de liber. & poſthu.* Igi-
tur à fortiori debet operari ad manda-
tum patris, & pro hac ratione faciunt,
duæ leges Partitç à Baeza, & Gutierrez,
põderatæ prima, *d. l. 3. tit. 20. part. 2.* ſecũ-
da *l. fin. tit. 7. part. 2.* quæ concludunt;
quod parres in bello & in pace poſſunt
vti filiorum obſequio ad ſuũ libitum, &
qui totum dicit, nihil excludit, *ex l. Iulia-
nus, ff de lega 3.* Igitur intelligi debet, tã in
operibus obſequialibus, quam in arti
ficialibus, certe de iure Ciuili Romano-
rum; nõ eſt dubitandum de hac pore-
ſtate: ex qua redditur veriſſima dicta cõ-
cluſio. Licer contra † eã tenuerit Fulg. 26
in d. l. illud, & Baeza, *in tract. de Decima
Tutoris cap. 2. à num. 9. cum ſequentibus*, An-
toniº Gomez. *in l. 29. Tauri, num. 24.* & ſe-
cundum eam dicit iudicatũ Aluarado,
*in tract. de coniecturis vltima. voluntatũ, lib.
2. cap. 2. §. 1. à nu. 114. cum ſequentibus*, &
nouiſsime Ayora *in ſuo tractatu de parti-
tionibus. part. 3. quæſtione 3.* & iſti alios
allegant. Fundanrur in duabus rationi-
bus: Prima, quod filius non debet ope-
ras artificiales parri, ſed ſolũ obſequia-
les; Igitur poteſt petere Salarium. Quæ
conſequentia vera eſſet, ſi adderetur in
antecedenti, ſi eas præſtitit animo Sala-
rium petendi, alias eſt falſa, quia in du-
bio præſumitur, quod eas præſtiterit a-
nimo donandi, & ideo dicit Nauar *vbi
ſupra*, quod debet proteſtare, ſed ego di-
co, quod etiamſi proteſtetur, non debe-
tur illi Salariũ, niſi ſit emancipatº, & etiã
ad hanc rationem ſupra reſponſum eſt.
Secunda † ratio eſt, quia quando filius 27
adquirit aliquid ſua induſtria & labore,
etiamſi negotietur cum pecunia pa-
tris, totum id, quod reſpondet labori
& induſtriæ, & in dubio medietas Lu-
cri, eſt aduentitium, & adquiritur filio,
quoad proprietatem, & patri quoad v-
ſumfructum, per tẽpus vitç ſuæ: vt colli-
gitur ex verbis legis, *cum oportet, C. de bo-
nis, quæ liber. & §. 1. inſtitut a. per quas perſo-
nas nobis adquiritur*, & ita in terminis te-
nuit Bart. *in d. l. illud, & in Authent. ex te-
ſtamento, C. de collati. & in l. 4. §. nec caſtren-
ſe, ff. de collatione bonorum.* Bald. *in Authen.*

ex te-

ex teſtamento, numero 8. C. de collation. idem cum Salycet. *in l. filia, cuius, C. famil. herciſcund.* & communem & veriſſimam ſententiam dicunt infiniti allegati à Baeza & Gutierrez, *vbi ſupra*, & eam dicit magis communem & verã, nouiſſime Velazquez de Auendano, *in l. 29. Tauri, glo. 4. à num. 17. cum ſequentibus*, ſequitur etiam Ayora, *in d. tractat. de partitionibus, 3. part. quæſt. 2. per totam*, ſequitur etiam Acebed. *in l. 3. tit. 8. nu. 24. lib. 5. Recompil.* qui omnes ſecundum hanc opinionẽ Bart. & ſuam diſtinctionem intelligunt, *l. 7. tit. 4. lib. 5. fori, & l. 3. tit. 15. par. 6.* Quæ con-
28 trarium † demonſtrabãt, ſcilicet, quod totum, quod filius lucratur cum pecunia patris, erat propriũ patris, & debebat diuidi inter fratres poſt mortem eius: debent enim intelligi in his, quæ filius lucratur abſque labore ſuo, vtputà emendo annuos reditus, vel deponendo pecuniam apud Campſorem, non vero, quando filius lucratur cum ſua induſtria & labore nam ſi totum Lucrum correſpondet labori, eſt totum ſuum, & non ſola pars: Si vero ſimus in dubio, dimidium attribuitur patri, & dimidiũ filio, licet hoc arbitrio Iudicis dimittat Bald. *vbi ſupra*, prout & facit Menoch. *in tractat. de arbitrariis Iudicum, libr. 2. Centur. 2. caſu 126. per totum. & numero 5.* Sed
29 certe † *d. l.* non admittit dictam diſtinctionem in illis verbis (*todo lo que el hijo ganare con el dinero del padre en mercaderia*) pondera verbum (*mercaderia*) quod denotat, Lucrum fuiſſe factum labore, induſtria, & negotiatione filii: nam negotiario præſupponit induſtriam, & laborem, & fructus prouenientes ex mercatura, fructus induſtrialis eſt: vt idẽ Menoch. notauit, *in dict. tract. lib. 2. Centur. 3. caſu 201. in fine.* Igitur *d. lex*, ineuitabiliter contra dictam communem reſolutionem facit, & arguit eam eſſe correctam, & ita exiſtimauit, & dixit Corduba de
30 Lara, *vbi ſupra.* Sed † quidquid ſit de lege Partitæ, hoc certe ſcio opinionem Barto. & communem eſſe æquiſſimam, ac proinde tenendam in iudicando & conſulendo, ac ſecundum eam pluries vidi conſultum, & eam, vt credo, praxis admiſit & contrariam; quia nimis rigidam nunquam vidi admiſſam.

Sed vt ad viam, vnde † digreſſi ſumus, 31
redeamus: ſi Lucrũ negotiationis factæ ab ipſo filio, adquiritur filio, ob propriũ laborem & induſtriam: Igitur nõ tenebatur, vti dicta induſtria, in fauorem patris, & ſi vſus eſt, & non reſultat cõiectura donationis, quod ſuũ eſt patri commodauit & dedit, & per conſequens, iure naturali debetur ipſi recompenſa & ſatisfactio, & ſic ſolutio Salarii, propter ſuum laborem non patri debitum. Igitur contra concluſionem.

Sed ad hanc rationem, quæ † mirũ 32
in modum vrget & probat, filium non debere laborare patri, (nam ſi deberet, Lucrum etiam ſuo nomine factum eſſet profectitium, & deberet in totũ adquiri patri) reſpõdetur, quod licet huius Lucri patri non adquiritur proprietas, adquiritur tamen vſusfructus pro tempore vitæ ſuæ, vt ſupra dicti fatentur: at vero ſi illi adquiritur vſusfructus ex labore filii, iam labor filii quodammodo eſt ad patris vtilitatem: Igitur ex eo nõ debet Salarium filio: tum etiam explanatur amplius hæc ratio, quando filius negotiatur cum pecunia aut re patris, nomine patris, iam totum Lucrum eſt patris, etiamſi nõ eſſet pater, quid ergo habet pater adquiſitũ ſibi per filiũ, ſi illi ſoluit Salarium: certe nihil. Vnde ſi labor eſt ad hoc, vt ei ſoluatur Salarium, de ipſo labore haberet pater vſumfructum, (quod eſt abſurdum) nam ibi vſusfructus, & proprietas idem ſunt. Si vero Salarium, eſt etiam impoſſibile: nam idem eſſet creditor, & in nullo reluceret patria poteſtas, & ſi replices, quod apparebit in eo, quod filius non poterit exigere Salarium, vſque ad mortem patris, non ſoluis argumentum, quia pater ſine eo, quod habeat, vel non vſumfructum, ſentit hoc commodum; nam lis nulla inter patrem & filium conſiſtere poteſt, niſi pro bonis Caſtrenſibus, vel quaſi, *vt in l. lis nulla, ff. de iudic.* Vnde relinquitur, quod pater nihil percipit ex labore filii, nec ex Lucro filii, etiã quoad vſumfructum; quod falſiſſimum eſt,

&

&contra iura,neque eſt inconueniens, quod filius lucretur ſibi quoad proprietatem,& tamen laborando patri, & augendo rem eius non aufferat Salarium: nam ſemper in vtroque caſu pater,ratione patriæ poteſtatis, pro vita ſua gaudet labore filii, & quia filius, ſi lucratur non eſt ex eo,quod labor non ſit patris,& patri debitus, ſed quia pater permittit facere, & abſq; patris permiſſione, tenebatur patri laborare, nec poſſunt conqueri alii filii,quia pater potuit id facere in ſui pīudiciū. Et hæc eſt vera huius argumēti ſolutio:ex qua infertur, veriſſimam eſſe noſtram cōcluſionem.

33 Fateor tamen,quod † ſi filius laborauit,vt extraneus,qui Salarium lucratur, & auxit rem patris, ſaltem de æquitate debet ei ſolui, aut dari aliqua portio præcipua,vltra alios fratres ex bonis lucratis arbitrio boni viri æſtimata, quæ non ſit æqualis Salario, ſed minor: & in hoc ſolent ſuum interponere arbitriū Arbitri nominati in iudicio familiæ herciſcundæ.

34 Ex qua vera concluſione † infertur primo,quod ſi pater pro ſeruitiis a filio in poteſtate factis, ei aliquam donationem in vita,aut in morte faciat,quod filius non debeat eam habere, vt verum debitum,vltra tertium & quintum, in quibus pater filium meliorare poteſt, ex legibus huius Regni,ſed quod debet deduci ex dicto tertio & quinto,tanquā donatio gratuita & voluntaria. Ita colligitur ex his,quæ Nauarr. notat, *in dicto Manuali,cap.17.num.147.* Licet contrarium tenuerit dictus frater Ludouicus Lopez.*in ſuo inſtructorio negotiantium,lib. 2.cap.45. in princ.* & ita etiam tenet Palatius Rub.*in Rubr.de donation. inter virum & vxorem,§.50.à num.30.* & ibi, idem tenet ſuus additionator Baraona, cum Segura,Caſtello.Couarr.& aliis, idem tenet Angel.*in ſuo tracta.de meliorationibus, in l.12.gloſſ.1.nu.13.* Sed certe conſideratis ſupra dictis, hæc opinio falſa eſt, quia ſi filius non poterat conſequi Salarium a patre iure debiti,donatio non procedit a debito, vt poſſit excedere tertium & quintum, ſed ſolum a voluntate patris, qui potuit non facere, & ſic non poteſt excedere tertium & quintum, & contra eam tenuit Gutierr. *vbi ſupra*, & tenuit Matienzo, *in l.1.gloſſ.9.titul.6.lib.4. Recompilat.* Non tamen nego,quod illa portio † aſſignata ab Arbitris pro labore, tanquam ex æquitate debita, poſſet excedere tertium & quintum: de quo etiam dubito,ſi tertium & quintum ſufficiat ad recompenſam laboris filii, imo potius tenerem contrarium: Si tamen non ſufficiat, tunc teneo dictam opinionem. 35

Secundo infertur,quod † dicta concluſio non procedit in filio emancipato,& in filio naturali, & in filio reſpectu matris,aut auorum, a quolibet parente prouenientium: iſti enim non habent patriam poteſtatem, & ſic filii eis nō tenentur ſeruire, & poſſunt petere Salaria,& ſic practicamus, ſi non appareant coniecturæ donationis: & ita Nauarr. Gutierrez, Acebed. & omnes fatentur, & in his caſibus poteſt procedere opinio,quam ſupra reprobauimus. 36

Vnum tamen obiter aduerte,† *add.l. cum oportet*, quod ex ea, & ex ſupra dictis infertur, quod ſi filius in poteſtate ex voluntate patris ſeruiuit aliis extraneis, & lucratus fuit plura Salaria,quod licet patet in eis pro tempore vitæ ſuæ habeat vſumfructum: attamen poſt eius mortem debent ex aceruo bonorum reddi ipſi filio, tanquam bona aduenticia *ex dict. l.* & ſic ſoleo practicare, & verum eſt. 37

Decima ſeptima † concluſio. Salarium Famulorum triennio præſcribitur, ita probat, *d.l.fin.tit.15.lib.4. Recompil.* Et hæc lex intelligitur generaliter in omnibus Famulis, cuiuſcunque qualitatis & conditionis ſint, vt aduertit Rebuff. *in titul. de Salariis Famulorum, gloſſ.9.* Acebed.*in dicta l.final.in principio.* Et hæc præſcriptio † habet locum, etiamſi Dominus ſe obliget ſoluere Salarium ad omnem voluntatem Famuli, vt per Acebed. *vbi ſupra,n.30.* 38 39

Non tamen † habet locum *dicta l.* ſi Dominus cum Iuramento ſe obligauerit ad ſoluendum Salarium; nā tenetur ſoluere, 40

ſoluere, non obſtante præſcriptione, vt per Rebuff. *vbi ſupra, gl. 10.* quæ tamen opinio debet intelligi, quando conſtat non eſſe ſolutum Salarium, ſi vero non cõſtet de ſolutione, ſuſpecta eſt opinio Rebuffi, & contra eam tenet Gutierr. *in d. 3. part. c. 1. nu. 20.* præſumitur enim ſolutio ex curſu triennali: tum etiam Famulus impeditus eſt petere, & Iuramẽtum non debet operari contra legem prohibitiuam: vt ſupra dictum eſt, nec contra bonum publicum, ob quod inuenta eſt triennalis præſcriptio, & ſi Iudex eſſem, intrepide cõtra opinionem Rebuffi iudicarem.

41 Nec etiam habet † locum, quando Domin⁹ citatus fuit a Famulo, vel quãdo interpellatus fuit extraiudicialiter, prout ſupra contra Acebed. cum Gutierrez, concluſimus: nec in foro conſcientiæ, ſi Dominus ſciat deberi Salarium Famulo, nec etiamſi Domino deferretur Iuramentum a Famulo, qui iurare tenetur, & ſi confiteretur, Salarium ſoluere debet, non obſtante triennali præſcriptione, neq; etiam habet locum, ſi Dominus recognouiſſet debitũ, & aut obligationem faceret Famulo, vel ei pignota, aut Fideiuſſores daret: nec etiã procedet via retentionis compenſationis aut exceptionis; nam etiamſi trienniũ eſſet elapſum, Famulus poſſet Domino obiicere compenſationem aut retentionem, ratione Salarii, vt concludit Acebed. *vbi ſupra.* licet contrarium videatur tenere Gutierrez, *in d. tract. de Iuramento confirmatorio par. 3. cap. 1. à nu. 21. cum ſequentibus.* Sed verior eſt opinio Acebed. tum; quia *dict. l* præſcriptionem inducens; eſt odioſa & reſtringenda, tum; quia non loquitur de exceptione; ſed ſolum de petitione, nec loquitur de præſcriptione debiti, ſed ſolum de præſcriptione iuris petendi, quod diuerſum eſt: & ideo non ſeruatur in foro conſcientiæ, conſtito debito non ſolutõ.

42 Neq; obſtat † doctrina Bart. *in l. 2. ff. de exceptionibus*, communiter approbata, vt per Gutierrez, *vbi ſupra, nu. 22.* & per Ioann. Garziam, *in tract. de nobilitate, gloſſ. 6. § 1. num. 8.* & per Socinum, *in d. l. 2. num. 6.* ſcilicet, quod, quando exceptio ideo competit, quia cõpetit actio, vt eſt exceptio compenſationis, præſcribitur exceptioni eodem tempore; quo actioni, ſed quando competit ſine actione: tunc nunquam ei præſcribitur; quia non eſt in poteſtate Rei, quando conueniatur. Quæ doctrina vera & communis expreſſe contradicit noſtræ ſolutioni, & ad eam nullum bonum reſponſum inuenit dictus Doctor Gutierrez, licet admodum doctus ſit. Sed † ſi bene conſideras, inuenies bonum reſponſum ad dictam doctrinam Bartol. 43 pro quo præmitto, quod quando Salarium eſt conuentum, competit Famulo actio locati, pro eo conſequendo, quando vero non eſt conuentum, nulla competit actio, ſed ſolum extraordinarium remedium officii Iudicis, ex æquitate, vt eleganter *per deciſ. Genue. 1. 5. ſupra allegatam*, & per Ioannem Bottam & alios, *vbi ſupra.* Imo Alex. *dict conſ 109. num. 2. lib. 2.* dicebat neque officium Iudicis competere: ſed hoc non obtinet in praxi, ob dictã æquitate, vt dictũ eſt.

Igitur reſpondetur hoc † præmiſſo 45 ad dictam doctrinã, quod Famulus, qui ſeruiuit, ſi Salarium ſit conuentum, habet pro ſe actionem locati: & ſi eam nõ poteſt intentare, habet officium Iudicis, ex æquitate. Igitur pro ſe concurrit in habendo Salario æquitas cum actione. Vnde non eſt verum dicere, quod Famulus ideo habeat exceptionem, vel compenſationem ratione Salarii debiti, quia habet actionem: nam etiamſi nõ haberet actionem, quemadmodum habet remedium extraordinarium ad petendum, habet a fortiori ex dicta æquitate, ad retinendum, nec præſcripta actione tunc pſcribitur exceptio, ex conuentione & ex æquitate. & ſublata vna, non cenſetur ſublata altera. Neq; obſtat, quod † ex dicta æquitate non 46 ſolum reſultat exceptio ad retinẽdum, ſed dictum officium Iudicis, quod ſuccedit in locum actionis; & ideo datur exceptio: & militat etiam ratio Bartol. nam reſpondetur, quod non ideo competit exceptio, quia datur officium Iudicis,

dicis, ſed imo ex ſola ipſa æquitate ori-
untut, & officiũ Iudicis & exceprio: &
non ſumus in terminis doctrinæ Barto.
47 Tum † etiam reſpondetur, prour Soci-
nus, *ibi. nume. 6.* teſpondet, quod etiam
habenti ſolam exceptionem ſine acti-
one, competit per viam actionis reme-
dium extraordinarium legis, ſi conten-
dat, de Fideiuſſoribus: vt declaretur ex-
ceptionem ſibi competere, & non ideo
deſinit exceptio eſſe perpetua, quod ex
eo eſt, licet non dixerit Socinus, quia
exceptio non competit ob dictum re-
medium, ſed imo dictum remedium
competit, ob exceptionem: & ideo ſub-
lato remedio, non cenſetur ſublata ex-
ceptio. Igitur Socin. & Cuman. & alij i-
bi concludunt, quod doctrina Bart. in-
intelligitur, quando competit vera a-
ctio, & remedium ordinarium, & ideo
datur exceptio, & non quando compe-
tit ſolum remedium extraordinarium:
48 Concludendo igitur † ad propoſi-
tum: licet *d. l.* per lapſum triennii abſtu-
lerit actionem & petitionem Famulo;
ad petendum Salarium; tamen non ſu-
ſtulit maximam æquitatem; quæ pro eo
erat ad recuperationem & tetẽtionem
ſui laboris: cum hæc ſine actione exiſte-
re poſſit, & ex alio fonte oriatur: vt di-
ctum eſt: & ſic tollitur ratio Barto. & re-
manet hæc opinio defenſata, quæ veta
& æqua eſt, *ex ſupra dictis*, & ſempet eam
in vtroque foto ſeruarem in iudicando
& conſulendo, & eſt conformis *dictæ l.
finali.*

Non tamen admitto, quod ipſe Gu-
49 tierrez, † *nu. 23. in fin.* dicit, quod ſi eſſet
ſpecies, quam Famulus deberet Domi-
no, quod non admitteretur compenſa-
tio; quia de ſpecie ad quantitatem lo-
cum non habet. Nam licet non admit-
tatur in vim compenſationis, admitti-
tur tamen in vim tetentionis.
50 Neq; obſtat, quod vna res † pro alia
tetineri non poſſit, ex doctrina Bart. *in
l. indebiti, §. ſi centum, & ibi Iaſ. & Additi-
nes. ff. de condiction. indebit.* & pet Baldum,
in l. fin. C. commodati, & per Neguzanti-
um, *in tractat. de pignoribus; 5. part. membro
4. à num. 8. & 9.* & alios allegatos à Ioann.
Garz. *in tract. de expenſis, cap 6. à num. 14. &
cap. 15. à num. 1.* Nam reſpondetur, quod
ex æquitate Salariũ eſt priuilegiatum.
Vnde nimirum, ſi ob priuilegium pro
eo competat temedium exttaordina-
rium retentionis: vt in dote, & aliis ex-
penſis priuilegiatis, dicunt Doctores, *in
d. §. ſi centum.* tum etiam reſpondetur, ꝙ
Famuli expenſa eſt neceſſaria Domino
pro ſuis rebus conſeruandis: vnde pto
ea debet dari ipſarum retum retentio;
ſicut de aliis expenſis dicitur, *in dict. §. ſi
centum*, per Iaſon. & alios, & licet iſta in
puncto Iuris communis non omnino
concludant, tamen ex æquitate admit-
ti debent.

Non obtinet etiam † *d. l.* in Salatio, 51
quod Diſcipulus dat Magiſtro, nam de
eo non loquitur *d. l. fin.* vt Rebuff & A-
cebed. & Duennas, ab eo allegati, con-
cludunt: qui Pettus Duennas tranſcri-
pſit in totum Rebuffum.

Neque etiam † procedit in veſtibus, 52
& aliis rebus Famuli, quæ reliquit apud
Dominum. nam has, nõ obſtante lapſu
ttiennii, tepetere poteſt, nec procedit
etiam in Famulo, qui ſtatim rediit, nam
huic non cutrit trienniũ a tempore di-
ſceſſus primi, nec dicitur Dominus eie-
ciſſe Famulum, ſi eum ſtatim tecipiat:
quia fuit ex aliqua repentina ira, & ſolu-
tio Salatii probatur per alios Famulos:
& in Salario proceditur exequutiue, &
per viam prouiſionis, & impedito iuſto
impedimento, non currit hoc trienni-
um: nec etiam currit minori: vt hæc o-
mnia Magiſtraliter ponunt Rebuff. A-
cebed. & Duennas, *vbi ſupra*, apud quos
videte poteris: neque etiam obtinet *di-
cta l.* in foro conſcientiæ, nec concur-
rente mala fide Domini ptæſcribentis.
vt per ſupra dictos.

Ex prædicta † concluſione infertur, 53
quod idem erit in Salario Filii aut Pri-
uigni non conuento: nam in caſu, quo
debeatur, præſcribitur triennio, *ex d. l.
Regia*: nam etiam Salarium incertum, &
non conſtitutum præſcribitur, vt per
Acebed. *vbi ſupra, numero 4. & 5.* Non
tamen triennium incipiet a die finiti
ſeruitii: nam in filiis reſpectu parẽtum,
ordina-

ordinatium eſt non petere prædicta Sa-
laria, vſque ad eorum mortem, & ſic di-
es ſolutionis ex communi curſu tunc
cedit, & præſcriptio incipit à die obli-
gationis, aut termino ſolutionis, *vt in l.*
cum notiſſimi. §. illud. C. de præſcriptione 30,
vel 40. annorum. Imò ego intelligo, quod
cum hæc Salaria ſoleant exigi, & peti
tempore diuiſionis, hereditatis inter
fratres, aut à tempore redditionis ratio-
num, quod ab illo tempore incipiet
currere triennium. In filiis verò, † re-
54 ſpectu patris, non currit dicta præſcri-
ptio, quia non debetur Salarium, *vt ſu-*
pra dictum eſt: nec portio, quæ præcipua
illi datur, propriè Salarium dicitur.

Salarium etiam † de iure, quando nõ
55 eſt conuentum, debet ſolui in fine anni,
ſi non ſit alia conſuetudo, *vt ſupra dixi-*
mus, & notat Acebed. *vbi ſupra, numero*
octauo.

56 Et † etiam, *vt ſupra diximus*, ſolutio
partis Salarii, non interrumpit præſcri-
ptionem, quoad aliam partem non ſo-
lutam, niſi eo modo, quo *ſupra dictum*
eſt.

Decima octaua concluſio. Decima
debetur † de Salario Famulorum, vt per
57 Gregor. Lopez. *in leg. 1. titul. 20. part. 1. gloſ.*
magna, & per Acebed. *in l. 6. titul. 5. libr. 1.*
Recompilat. num. 4. Et idem erit in Salariis
filiorum in caſu, quo debeantur, *vt ſu-*
pra dictum eſt.

58 At vero in † portione, quam Arbitri
familiæ herciſcundæ dant filio, vltra a-
lios fratres pro ſeruitio, quod patri im-
pediit, maius dubium eſt: ſed ego nun-
quam vidi, neque audiui talem Decimã
in vſu eſſe: maxime; quia ſemper dicta
portio ſolet ſolui, in bonis immobilibus
defuncti, de quorum datione non ſol-
uitur Decima, vt per Rebuff. *in tractatu*
de Decim. quæſtion. 8. in fine, vbi dicit, quod
de donatione rei immobilis, non ſolui-
tur Decima.

§. 3. De Salariis Tutorum, Executorum, Patronorum, & Adminiſtratorum.

Prima concluſio. † Adminiſtratori 1
non debetur Salarium non conuen-
tum, idem in Actore, Protutore, nego-
tiorum geſtorum Geſtore & Syndico: i-
ta Ioan. & Botta cũ Natta, Alex. & aliis
infinitis ſupra citatis, *d. conſil. 43.* & ele-
gans deciſ. Genuæ, de qua ſupra multo-
ties fecimus mentionem, *deciſ. 125. per to-*
tam: & Baeza, *in tractat. de Decima Tutoris,*
capit. 2. à num. 19. cum ſequentibus. & cap. 20.
num. 20.

Fallit tamen hæc † concluſio, pri- 2
mo, quando Dominus habebat neceſſe
hos conducere, & iſti erant conſueti o-
peras locare, prout notat Aluarad. *de*
coniectur. lib. 2. cap. 2. §. 1. à n. 114. (vel quan-
do Dominus ex iſtorum negotiatione
& labore commodum ſenſit, & ipſi ob
negotia, non lucrati ſunt in aliis, & ſint
pauperes, aut non admodum diuites, i-
ta quod ceſſet coniectura donationis,
vel labor fuiſſet ita magnus, quod nul-
lus, etſi amicus, ſine Salario eum ſubi-
ret: quæ omnia arbitrio Iudicis dimit-
tuntur) tunc enim tali Adminiſtratori
Salarium debetur ex æquitate, arbitrio
Iudicis moderatum & taxatum. Et ità
procedunt, quæ dicta deciſio, & Baeza,
vbi ſupra, notant. Fallit ſecundo in ſocio
mercatore, † huic enim ex conſuetu- 3
dine ſeruata inter mercatores debetur
Salarium, ita cum Pariſio, & aliis con-
cludit, *deciſ. Genuæ, num. 15.* allegat Alex.
conſ. 30. col. fin. lib. 6.

Secunda concluſio. Tutori † de iure, 4
& Curatori non, debetur Salarium pro
labore, *ex l. à Tutoribus, §. principalibus. &*
in l. qui negotiationem, in fi. ff. de adminiſtra-
tione Tutorum, & in l. is qui, ff. de eo qui pro
Tutore negotia gerit, & id probant infiniti
authores relati à Baeza, *in d. tract. de De-*
cima Tutoris, cap. 1. à num. 1. cum ſequentibus,
qui hanc dicit veram & communem
reſolutionem, & idẽ etiam dicit & no-
tat Caualcan. *in tract. de Tutore & Cura-*
tore, num. 310.

Nihilominus tamen †, de iure com- 5
muni, ex cuſa, puta; quia labor Tutoris
erat valde magnus, & Tutor ipſe amit-
tebat; & a ſuis rebus diſtrahebatur, Iu-
dex in recompenſam poterat Tutori a-

liquod Salarium conſtituere, imo & debebat, vt Baeza, & Caualcan. *vbi ſupra*, notat eleganter Lucas de Pretioſis, *inter conſilia vltimarum voluntatum Zileti cõſil. 114. 1. part. per totum*, Benedictus de Barzis, *in eodem tomo, conſil. 115.* Vincentius Francus, *deciſione 122. par. 1.* Ioan. Garzia, *in tractat. de expenſis, cap. 20. à num. 11.* idem Vincent. Franc. *deciſ. 340. par. 2.* & Auendan. *vbi ſupra.*

6 Hodie † tamen *ex l. fori*, de qua latiſſime per Baez. *in d. tract.* loco Salarii datur Tutori Decima omnium fructuum induſtrialium, naturalium, ciuilium & aliorũ, minori quotannis obuenientiũ, vt latiſſime per Baezam, *in d. tract.*

7 Imo, & Salatiorum † quæ lucratur minor, ratione ſui perſonalis laboris, (quæ vulgo dicimus *Soldadas*) datur Tutori Decima, vt cum Carolo Molinæo, & aliis concludit idem Baeza, *in d. tract. cap. 22. num. 28.* Eſt tamen tunc neceſſarium, quod ipſe Tutor adhibeat diligẽtiam in quærendo heros minori, & exigendo, & beneficiando dicta Salaria, alias ſi nihil faciat & negligens ſit, non debetur ei Decima ex Salariis, quia Tutori, qui non geſſit, etiam in parte non debetur Decima, vt late per Baez. *in d. tract. cap. 11. per totum*, ſi tamen alius faceret ſuo nomine, vel non faceret, quia minor vult ſolus facere, tum; quia adminiſtratio alterius aut minoris currit ſuo periculo, debetur ei Decima, quia ipſe cenſetur adminiſtrare, ex notatis à Baez. *in d. c. in fi.* Quare remedium eſt ad hoc, vt non debeatur, quod minor, qui de per ſe vult adminiſtrare dicta Salaria aut alia ſua bona, & fructus colligere ad hoc, vt non ſoluat Decimam Curatori, quod det ei Fideiuſſores indemnitatis, tunc enim eis datis, non debetur ſibi Decima; quia neque adminiſtrat, neq; aliquid currit ſuo periculo, & ita in praxi quotidie admittitur.

8 Tutori † etiam male gerenti, & plures defectus committẽti in adminiſtratione, non debetur Decima, ita cum pluribus iuribus, & authoribus concludit idem Baeza, *in d. tract. ca. 13. per totum.* qui, *in n. 37. cum ſequentib.* poſt longam ad vtramq; partem diſputationem cõcludit, quod ſi Tutor aut Curator, ob negligentiam vel dolum, cõdemnatur ad reſarciendum minori fructus, aut reditus aliquos, vel pecuniæ, vel aliarum rerum, quod non poteſt ex eis deducere Decimam, neq; illam obiicere, nec cõpenſare: quæ opinio & reſolutio de rigore iuris vera eſt: quia Tutor, qui fuit negligens & non laborauit, non meretur præmium laboris, quem non ſubiit, imo meretur pœnam ex negligentia, q̃ in Tutore delictum reputatur, & pro ea puniri poteſt, & peccat mortaliter, vt ex Baez. ipſo, *in d. c. 2. & in d. c. 13.* late deducere & colligere potes. Sed ex æquitate, & quia minori nihil obeſt Decima ſoluta, in praxi non admittitur, & quotidie ipſius Decimæ obiicitur compenſatio à Tutoribus, & à Iudicibus, & Calculatoribus admittirur.

Limitatur tamen † *lex fori*, in patre 9
Curatore filii emancipati, cui ob naturalem obligationem non debetur Decima, ita neruoſe defendit idem Baeza, *in d. tract. c. 4. à n. 1. cũ ſeqq.* qui in dicta naturali obligatione vim facit, *& in l. amiciſſimos, §. Lucius ff. de excuſationib. Tuto.* vbi pater nõ poteſt ſe excuſare à tutela, vel Cura filii emancipati, idem etiam paucis verbis vult Ioan. Garz. *in d. tract. de expenſis, c. 20. nu. 14.* & eleganter in Salario, Vincentius Fran. *in deciſ. 340. p. 2.* Sed hęc
reſolutio † ſic ſimpliciter intellecta, ni- 10
mis aſpera & rigida eſt: nam ſi filius eſſet diues, pater vero pauper, & qui haberet alios filios, & ob dictam adminiſtrationem ita occuparerur, quod eis & ſuæ domus adminiſtrationi attendere non poſſit, non video, cur non deberet dari illi Decima aut Salarium, ſicut alii extraneo. Imo ſicut eſt contra naturalem obligationem, quod pater ſe excuſaſſet à Cura filii: *ex d. §. Lucius*: ita etiam eſt contra naturalem æquitatem, quod patri laboranti non detur præmiũ in ſolatium ſui laboris, & ad congruam ſuſtentationem vxoris aut filiorum, certe niſi ſubſtantia filii eſſet tenuis, & pauci laboris, dicta opinio non admitteretur in praxi, & ea non obſtante,

ſeruate-

ſeruaretur regula generalis, etiam in patre.

11 Aduertendum † tamen eſt, quod ſi Curator ad lites, vel negotia minoris exeat, aut egrediatur à domo ſua, & loco ſolitæ habitationis, & extra fines ipſius loci, Decimam poreſt petere, & vltra eam omnes expenſas, quas facit, imo etiam Salarium, ſi ſit Officialis aut Artifex, & propter abſentiá lucrari non poſſet in ſuo Officio aut Arre, vt cum pluribus iurib. & auctoritatibus notat Ioan. Gar. *in d. tract. de expenſis, c. 20. à n. 11.* licet ipſe in Salario contrarium teneat, ſed id intelligendum eſt, quando nihil ex abſentia amittit. Si tamen amittat, iuſtum eſt, quod detur illi Salarium, cõſiderando quantitatem Decimæ, quam lucratur in bonis minoris, vt tanto ſit minus Salarium, quod arbitrio Iudicis dimittitur, & ita colligitur, ex authoribus a ſupra dicto citatis, alias ſuum Officium eſſet illi damnoſum, & ſic practicare ſolemus: & ſic etiam tenet Baeza, *in d. tract. c. 20. nu. 25.* quem omnino vide, quia bene loquitur, & facit expreſſus text. *in l. idemque, §. idemque ait, per argumentum à contrario, ibi, & hoc conuenit, ff. mandati*, quem allegat Baeza, *vbi ſupra, num. 16.*

12 Tertia concluſio. Executori † teſtamenti non debetur Docima nec Salariũ, ita probatur, *in l. ſi quis pro redemptione*, & ibi Bald. *C. de donat. & in l. ſi quis ad declinandam, ibi, Nullo penitus lucro, C. de Epiſcopis & Clericis*, notant Bald. Salycet. & alii, *in l. nulli, C. eod. tit.* & eſt tex. *in l. 5. titul. 10. par. 6.* & ibi Gregorius. Et hanc reſolutionem & concluſionem nouiſſime tenet & ſequitur Acebed. *in l. 14 gloſſ. Pague el damno, tit. 4. libr. 5. Recompilat.* & eam tenet Doctor Spino, *in ſuo tractatu de teſtamentis, gloſſ. 28. num. 79. & 80.* eandem tenet ipſe Acebed. *in l. 6. num. 20. dict. titu. 4 libr. 5.* licet contrarium ex quibuſdam legibus fori, & Ordinamenti antiqui male intellectis, & quæ iam non ſunt in noua legum collectione, tenuerit & neruoſe defenderit Baeza, *dict. cap. 2. à n. 19. & capit. 19. à num. 17. cum ſequentibus*, & Auendan. concurrente vſu, *in dicta prima parte mandatorum, capit. 2. à num. 8. cum ſequentibus.* Sed eorum opinio in puncto iuris falſa eſt, nec ſeruarur in praxi, vt dictus Acebed. aduertit, *vbi ſupra*, qui id etiam, quod in concluſione dictum eſt, probato vſu ſoluendi Decimam, videtur tenere, ſed probato vſu ſoluendi, abſque dubio Decima debetur: ex Authoribus dictis, & ſic ſemper vidi practicari, vſus tamen debet fuiſſe introductus, ſicut conſuetudo per decennium, videlicet, ſi probetur curſus decennii, & duo actus iudiciales ſententiæ pro conſuetudine datæ, aut plures quam duo actus extraiudiciales, prout cum Auendano & aliis diximus, *in hoc lib. q. 1. de teſtamentis, nu. 74.* Et hoc ideo eſt, quia nulla lex foti declarat expreſſe dictam Decimam deberi, vt bene probat Doctor Acebed. *vbi ſupra*, & ſolum virtute conſuetudinis exigitur. Vnde debet probari cõſuetudo in forma iuris: imo, quando agitur de probãdo vſu alicuius legis fori, debet probari vſus in forma dicta, vt per Rodericum Xuarez, *in proœmio legum fori, nu. 11.* Gregorium, *verbo, Paladino, in l. 7. tit. 2. par. 1.* Burgos de Paz. *in l. 1. Tauri, num 219. cum pluribus ſequentibus*, & de modo probandi conſuetudinem, vide infinitos Modernos & Antiquos exteros, & huius Regni allegatos à Valdeſio, *in additionib. ad Xuarez, in dicto proœmio, litera L.*

In aliquibus tamen † partibus ex vſu 16
non ſoluitur Tutoribus & Executorib. Decima, ſed Vndecima, (vulgo *Onzena*) ſeruanda eſt conſuetudo ex his, quę notantur *in l. fi. C. de iure Emphyt.*

Et hæc Decima † ſoluitur, de his, quę 17
Executor vendit ad exequẽdum teſtamẽtum, & ſic quotidie practicamus, licet, *l. 4. tit. 2. libr. 5. Ordinamenti veteris*, de Decima contentorum in teſtamẽto loquatur: ſed non declarat, an Executor debeat habere talẽ Decimã: *l. vero 31.* allegata a Baeza ſolum loquitur de Salario conſueto dari Teſtamẽtariis, ſed nõ declarat quantum ſit: & hæ leges non ſunt recompilatæ in noua legum collectione, & ſic erit attendenda praxis & conſuetudo dicta. Licet tamen † de iu- 18

ris rigore Salarium nõ debeatur tali Executori: nec etiam Decima: tametſi in exequendo multũ ſe occupauerit, & ab adminiſtratione rerũ ſuarũ diſtraxerit, & talis labor ſit, q̃ ſemper ſoleat Salariũ mereri, debetur ei à Iudice taxatum & arbitratũ ex æquitate, ita Spin. & Aceb. *vbi ſupra.* Imo id etiam obtinet, ſi legata exequenda pia ſint, contra priuilegium piæ cauſæ, vt bene aduertit Spino, *vbi ſupra*, quod arbitrio Epiſcopi dimittitur, & ſic aliquando audiui practicatum: licet in mea propria cauſa obtinere non potui, cũ res de facto agitaretur, ſed certe magna eſt æquitas, quæ ꝓ Executore facit, circumſtantiis dictis penſatis, & non indiſtincte intelligendo.

19 Quarta concluſio. Nullibi † in Iure reperitur diſpoſitũ, q̃ Patrono ratione iuris patronatus Salarium ſoluatur, nã ſolũ in caſu neceſſitatis, ſi indigeat Eccleſia, tenetur eum alimentare, ex late notatis a Lambertino, *in tractat. iuris patronatus, lib. 3. q. 3. ar. 3. & 4. & 5. & 6. cũ ſeqq.* Si tamẽ Patronus adminiſtraret aliqua bona Eccleſiæ, & laborem ſubiret, & id non poſſit facere gratis, quia pauper eſſet, ex æquitate deberet illi ſolui Salarium arbitrio Iudicis, & iudicaretur hæc expenſa neceſſaria, prout in Tutore dixit Baeza, *vbi ſupra, c. 21. à nu. 12. cum ſeqq.* quẽ omnino vide, alias faciliter Patroni deſererent Eccleſiarum cõmoda & adminiſtrationes: & faciunt ea, quæ de Executore teſtamẽtario ſupra diximus.

20 Quinta concluſio. Vltra † omnes ſupra dictos ſoluitur Salarium, etiam non conuẽtum Sequeſtro aut Depoſitario, teſtib. Peræquatoribus, quos vulgo vocamus (*Repartidores*) & aliis, de quib. per Auend. *vbi ſupra*, & per Baez. *in d. c. 2. à n. 19. cum ſeqq.* & de Sequeſtro notat Rebuf. *in 3. tom.* ad leges Gallicas, *tit. de Sequeſtris, art. 1. gl. 1. nu. 18. & art. 4. gl. vnica*, & Nicolaus Anton. Grauatius, *in Annotationib. ad Veſtrium, in praxi Romanæ Curiæ, lib. 7. n. 16.* & Aceb. *in l. 1. n. 19. tit. 12. lib. 4. Recompil.* In omnibus tamen his attendenda eſt primum conſuetudo, tum etiã qualitas & quantitas laboris & neceſſitas, & damnum perſonæ, cui debet Salarium dari, & his omnibus penſatis, Iudex arbitrabitur; an Salarium debeat dari, vel non: & ſemper, vel vt plurimum, pro Salario iudicare debet.

21 Sexta concluſio. (Vltra caſus admodum † repentinos & neceſſarios, in quibus Rex commode conſuli non poteſt, quos arbitrio Iudicis dimitto) in aliis, qui dilationem patiuntur, Decuriones non poſſunt aſſignare Salaria ex bonis Reipub. abſque Regia licentia, *ex l. vni. C. de præbendo Salario, lib. 12.* quæ ſeruatur de conſuetudine, *vt per Curiam Piſanam, lib. 2. c. 18. n. 31.* & ibi Aceb. *in Additione*, & idem, *in l. 13. n. 4. tit. 9. lib. 3. Recompilat.* licet eam non ſeruari de conſuetudine dixerit Auend. *in d. c. 2. nu. 8. part. 1.* Cuius opinio eſt intelligenda in caſibus admodũ neceſſariis & repentinis, vbi commode Rex conſuli non poteſt, & in Salario temporali, & non perpetuo, pro aliquo labore tẽporali, & in Salariis ſolitis ſolui à tempore immemoriali ex bonis publicis, prout ſunt Salaria Aduocatorũ, Procuratorum, & aliorum Officialium, quib. a dicto tẽpore ſalariũ ſolutum eſt.

22 Septima concluſio. Salaria † Adminiſtratorum, Executorum & ſimilium, non præſcribuntur triennio, quia nullibi id inuenitur diſpoſitum, vt conſtat ex dictis, & vide remiſſionem Aceb. *in l. 9. tit. 15. nu. 10. lib. 4. Recompil.*

23 Octaua concluſio. Conſuetudo † nõ recipit Decimã ex his Salariis ſolui, licet de iure debeatur, ex Aceb. & Rebuf. *vbi ſupra.* Et in hoc nõ eſt dubitandum, quia nunquam vidimus, nec audiuimus eam ſolutam.

§. 4. *De Aſſeſſoriis & Expenſis Iudicum non Salariatorum.*

1 Prima concluſio. Iudex † ſalariatus non poteſt exigere Aſſeſſorias, etiamſi Salarium tenue ſit, *ex cap. 9. Prætorum*, & ibi late Auileſ. *verbo Ley contra Rebuff. & eſt l. 9. tit. 6. lib. 3. Recompil.* & ibi Aceb. *nu. 1.* idem late Segura, *in d. directorio, cap. 14. à num. 38.*

2 Secunda cõcluſio. Iudices † imperiti (vulgo *Alcaldes ordinarios*) qui nominan-

tur

tur à Populo, & non ſunt ſalariati, poſſunt exigere Aſſeſſorias pro Conſultore, ita late fundat & defendit Burgos de Paz, *in conſ. 48. per totum*, Gregor. Lopez. *in l. 2. verbo, Deban tomar conſejo, tit. 21. part. 3.* Auileſ. cum Montaluo & aliis, *in cap. 36. per totum, verbo, Formades, num. 8.* idem *in cap. 2. verbo, Igualmente, nu. 9. & in cap. 1. verbo, à las partes, num. 23.* & Ioannes Garzias, *in d. c. 20.*

3 Tertia concluſio. Iudex † peritus, etiamſi non ſit ſalariatus, non poteſt recipere Aſſeſſorias: ita omnes, *vbi ſupra*, concludunt, & Segura, *in d. cap. 14. num. 44.* & notat Aceb. *in l. 9. tit. 5. lib. 3. Recomp.*

4 Quarta coocluſio. Ordinarius † Delegatus, qui procedit vt Delegatus, ſi ipſe ſit peritus, non poteſt recipere Aſſeſſorias, Auileſ. *in cap. 9. verbo, Comiſſion, per totum*, & Acebed. *in l. 9. num. 3. tit. 6. lib. 3. Recompil.* & facit *l. 9. tit. 5. eod. leg. 3.* & ibi ipſe Acebed. Et poteſt procedere ex vtraque Poteſtate, prout ſibi vtilius & neceſſarium fuerit, *ex ſupra dictis*, & ſic faciunt quotidie Iudices Eccleſiaſtici, quando exequuntur aliquas Bullas & gratias Apoſtolicas, & apparet tertius Contradictor, & in caſibus, quando tenentur partes Iudicum aſſumere, de quibus diximus, *in quæſtio. 4.*

5 Quinta concluſio. † Delegatus, ſi eſt peritus, non poteſt exigere Aſſeſſorias; ita Segura, *in d. c. 14. num. 44.* & ita decreuit *Concilium nouum Toletanum, action 2. cap. 10.* & idem eſt in Iudicibus Diœceſanis, qui debent habere qualitates, de quibus, *in cap. 10. Seſſio. 25. Concilii Tridentini.* Sed ſi cauſa ſit grauis, & proceſſus valde magnus, ex æquitate poſſet ipſe Delegatus recipere aliquod Stipendiũ, quod plures faciunt, ſaltẽ in foro conſcientiæ eos non damnarem, maxime, ſi ita ſit conſuetudo, & datum ſit paruum, non tamen conſulo faciendum; quia ad mandatum Pontificis iudicare tenentur gratis, & ſufficit ſibi honor Iudicaturæ.

6 Sexta concluſio. Iudices † Eccleſiaſtici Ordinarii imperiti, vel nõ, nullatenus poſſunt recipere Aſſeſſorias, vt per Seguram, *vbi ſupra.*

7 Septima concluſio. Iudices † Dominorum non poſſunt recipere Aſſeſſorias, quia Domini tenentur eis Salaria ſoluere, vt per Acebed. *in d. l. 9. tit. 5. lib. 3. Recompil.* & Colligitur ex Matienzo, *in Dialogo Relatoris & Aduocati, lib. 3. cap. 32. num. 9.* ſentit Follerius ad conſtitutiones Regni, *in conſtitutione ſi alia, c. ad hæc volentes, num. 4. & cap. 21. à num. 20* & Auend. *in 2. parte mandatorum Regalium, c. 10. à num. 3. cum ſequentibus.*

8 Octaua concluſio. † Dominorum Iudices & Ordinarii Eccleſiaſtici, & Iudices periti, & alii ꝓhibiti recipere Aſſeſſorias, poſſunt eas recipere, ſi ſit conſuetudo, vel quadragenaria vel immemorialis ſoluendi, prout faciuot Rotæ Auditores, ita notat Burgos de Paz. *in d. conſil. 48. per totum*, & concludunt Acebed. & Burg. de Paz. *vbi ſupra*, notat Follerius *ad dictas Regni conſtitutiones, in conſtitutione Iuſtitiarii, à num. 9.* Segura, *vbi ſupra*, & notat Angel. de Clauaſio, *in ſua ſumma, verbo, Iudex, à num. 6. cum ſequentibus.* Syluеſter etiam *in ſumma, verbo, Iudex, 1. quæſt. 8. 9. & 10.*

9 Nona concluſio. Expenſas † itineris, & alias neceſſarias, pro expeditione cauſę, ſemper poteſt à partibus exigere Iudex delegatus, etiamſi peritus ſit, ex Authoribus *in c. ſtatutum, §. Aſſeſſorem, de reſcriptis, in 6.* notat Ioan. Garz. *in d. c. 20.*

10 Decima concluſio. † Aſſeſſorias debent ſoluere Partes pro æquis partibus, quando vertitur commodum, & negotium ambarum Partium, prout in ſentẽtia diffinitiua, vel quãdo ambæ Partes petũt, vt Iudex recurrat ad Aſſeſſorem, quãdo vero Iudex recurrit ad Aſſeſſorẽ, ſolum ad commodum vnius Partis, & ad ipſius petitionem, tunc ipſa Pars debet Aſſeſſorias ſoluere, vt notat Ioann. Baptiſta Aſinius, *in ſua praxi ciuili, §. 25. cap. 29.* & notat etiam Auileſ. *in dict. cap. verbo à las partes, à num. 23.* & colligitur, ex his, quæ notat Acebed. *in leg. 1. à numer. 20. titul. 16. libro quarto, Recompilation.*

11 Vndecima concluſio. † Si aliquis recuſat Iudicem, quantumuis peritũ, qui recuſat, debet ſoluere Aſſeſſorias, & ſi

Iudex mittat proceſſum foras: quia alia Pars recuſauit Aduocatos Loci: tunc de Rigore hic vltimus debebat ſoluere expenſas itineris, & Aſſeſſorias primus recuſans, ſed de conſuetudine etiam hæ expenſæ inter Partes diuiduntur: Si vero primus recuſans Iudicem, Literatos Loci recuſauerit, omnes expenſas & Aſſeſſorias ſoluere tenetur: Si vero Iudex mere gratis miſit proceſſum foras, ad euitandas ſuſpitiones: tunc etiam recuſans debet ſoluere: Si vero Iudex non ſit Literatus, & in omnem euentum Aſſeſſorem ſumere debebat, tunc expenſas Aſſeſſoris ſoluunt ambæ Partes, pro dimidia: expenſas vero itinerum ex Sociorũ, aut Sociis, Iudicis recuſati, ipſe recuſans ſoluit, vt colligitur ex notatis ab Acebed. *in d. l. 1. à num. 20. tit. 16. libr. 4. Recompil.* vbi Auend. & alios allegat, & ſic practicatur.

12 Duodecima concluſio. Iudex, etiam non ſalariatus, quèm vulgo dicimus, *Alcalde Ordinario*, neque in vno foro, neque in alio ex legibus iſtius Regni, vltra Sportulas, vel Aſſeſſorias, vel Salarium debitum, aliquid poteſt recipere à Partibus, etiam Eſculentũ & Poculentum, & etiam ſponte dantibus, & ſi recipiat, puniri poteſt, & tenetur ad reſtitutionẽ. Neque etiam poteſt recipere pro labore, nec opere ſupererogationis, & idem in Tabellione, & aliis publicis Officialibus concluditur, vt per dictũ Fratrem Ludouicum Lopez. *in ſuo inſtructorio conſcientiæ, cap. 29. fol. 213. part. 2.* Nauarr. *in Manuali. cap. 13. n. 30.* Follerius, *in dict. conſtit. Iuſtitiarii, à num. 3.* Acebed. *in l. 8. tit. 6. lib. 3. Recompil.* Auend. *in dict. 1. part. cap. 2. à num. 3.* Olanus, *in Antinomiis, ad Villalobos, litera. I. num. 96.* & Matienz. *vbi ſupra:* qui omnes limitant, niſi dona eſſent tam parua, quod nullam cauſarent in Iudice ſuſpitionem, quod quoad forum exterius non affirmo, & niſi conſuetudo ſit in contrarium, quam non admitterem, niſi in Eſculentis & Poculentis, & quando adeſſet iuſta & vſitata cauſa dandi & recipiendi, alias conſuetudo eſſet cõtra bonos mores, & occaſio plurium inconuenientiũ. Finis quæſtionis.

QVÆSTIO IX. CANONICA.

VTrum Iudex, Aduocatus, aut alii ſimiles, qui iudicauerunt: & conſuluerunt in cauſa criminali mortis, aut mutilationis membri, ſi mutilatio non ſit ſequuta, incurrant irregularitatem?

SVMMARIA.

1 *Irregularis, an ſit Aduocatus vel Iudex, qui iudicant, aut conſulunt in cauſa criminali ſanguinis, mortis, aut mutilationis membri? proſequitur, & per totam quæſtionem, & num. 2. & citantur Authores, & num. 3.*

4 *Irregularis, an quis efficiatur ſola voluntate?*

5 *Irregularitas non contrahitur, niſi in caſibus à iure expreſſis, & num. 6. declaratur* tex. in c. Clericis, *& nu. 7.* tex. in c. aliquanto, diſt. 5.

8 *Irregularitas hæc an ſit de iure diuino? & quis diſpenſat in hac irregularitate? nu. 9. & an Nuntius poſſit diſpenſare? nu. 10. & an virtute Bullæ Cruciatæ? numero 11. & an Commiſſarius Cruciatæ poſſit diſpenſare? num. 12 & an Epiſcopus? nu. 13. & declaratur* text. cap. 7. Seſſion. 14. Concil. Trid. *numero 14.*

15 *Epiſcopus an poſſit diſpenſare in homicidio voluntario, vel caſuali,* ex deciſione c. 7. Seſſion. 14. Concilii Tridentini? *num. 15. & 16.*

17 *In dubio, an quis ſit iudicandus irregularis? & num. 18.*

VIDETVR † primo, quod ſint irregulares, ex tex. *in c. Clericis, ibi, aut iudicent inferendas.* Nec Clerici vel Monachi, vbi non ſolum ex morte inflicta, iudicatur quis irregularis, ſed etiam ex eo, quod Iudex, aut alius conſuluerit, aut iudicauerit inferendam. Itaque ex ſolo conſilio, aut iudicio contrahitur irre- 1

irregularitas: idque etiam melius probatur *in cap. periculoſe de pœniten. diſtinctione 1.* vbi Iudæi, qui Chriſtum non crucifixerunt propriis manibus, ſed conſilium Pilato dederunt, aut pro eius morte inſtiterunt, dicuntur eum occidiſſe, idque etiam videtur probari, *in cap. ſicut dignum, de homicid. & in cap. ſententiam, ne Clerici vel Monachi.* Igitur ſupra dicti ſunt irregulares.

2 Secundo, quia † per iura ſupra dicta hanc opinionem tenuit Speculator, *in tit. de diſpenſatione, § iuſta*, & Nicolaus de Ploue, *in tract. de irregularitate, regula 9. num. 5. tomo 14. tractat. Nouiſſimorum*: eandem opinionem tenet ſanctus Antoninus de Florentia, *in eodem tractatu, cap. 2. num. 6. in dict. tomo*, & eam etiam ſequitur Follerius, *in ſua praxi criminali Canonica, ſecunda part. capit. 24.* & nouiſſime Salcedo, *in Additionib. ad praxin, Bernardi Diaz. capit. 99. litera B.* & Quinctilianus Mãdoſius, *in tract. Signaturæ, titul. abſolutiones aut rehabilitationes, fol. 94. verſic. an autem Aduocatus*, ex quibus hæc videtur communis opinio.

3 Contrariam † tamen opinionem tenet Abb. *in d. cap. ſententiam, quæſt. 1. in fin. & quæſt. 3. 4. & 5.* in quibus concludit, quod nunquam quis efficitur irregularis, & ſi conſilium præſtiterit, etiamſi ſanguis effuſus ſit, niſi mors ſequatur, aut membri mutilatio: & eandem opinionem in proprio caſu ſequutus fuit Syluester, *in ſua ſumma, verbo, homicidium 3. quæſt. 2.* & Bernard. Diaz, *in dict. cap. 99.* eandem videtur ſequi Ludouicus Carrerius, *in ſua praxi criminali, fol. 158. num. 12. & num. 16.* Nauarr. *in ſuo Manuali cap. 17. num. 193. à num. 210. verbo, dixi de forma, & num. 211. verbo, dixi ſequutam*, idem tenet Felyn. cũ Ioanne Andrea, Archidiacono, Dominico, & aliis; *in dict. cap. ſicut dignum. num. 11.* & frater Dominicus Soto, *in quarto ſententiarum, diſtinctione 25. quæſtion. 1. artic. 3. verſic. debet autem.*

4 Pro qua opinione † facit primo, quia ſola voluntate, etiamſi perueniat ad actum extrinſecum, non efficitur quis irregularis, vt vult dictus Nicolaus Plouius, *in d. tractatu, regula 27. n. 17.* & Archidiaconus, *in d. cap. periculoſe*, vbi gloſſ. id videtur tenere, licet in contrarium à pluribus allegetur; Plaza, *in Epitome delictorum, cap. 17. num. 5. & 6.* Igitur cum in præſenti caſu, ſolum adfuerit voluntas, quæ peruenit ad actum extrinſecum, conſilii, ſententiæ, aut conatus, neq; ad executionem proceſſum eſt, non debuit iudicans aut conſulens effici irregularis.

Secundo facit, quia † irregularitas 5 non contrahitur, niſi in caſibus in iure expreſſis, *vt in cap. ſi quis, de ſententia excommunic. libr. 6.* notant Dd. *in cap. ad audientiam, de homicid.* Plaza, *de delictis, cap. 12. num. 11.* Nauarr. *in cap. ſi quis autem, de pœnitentia, diſtinctione 7. num. 35.* ſed nullibi in iure expreſſum inuenitur, quod pro ſolo conſilio, abſque executione, contrahatur irregularitas. Igitur non debent ſupra dicti irregulares cenſeri.

Neque obſtat † text. *in d. cap. Clericis*; 6 nam ibi non dicitur, quod mors exequuta non fuit: imo apparet, quod loquitur in caſu, quo fuit exequuta, & ideo dicitur, *Iudicent inferendas*, ad denotandum, quod non ſolum contrahitur irregularitas, ex eo, quod quis propriis manibus aliquem occidat, ſed etiam ſi iudicet, aut iubeat, aut cõſulat mortem inferendam. Intelligi tamen debet, ſi mors ſequuta fuit: vt Iura Iuribus concordemus, *& in d. cap. periculoſe*, conſtat etiam clare, quod mors ſequuta fuit, *ex conſil. & inſtantia Iudæorum*, ſic etiam debent intelligi alia iura.

Sed vlterius procedendo. Tertio facit † text. expreſſus, *in cap. aliquantos, 51. diſtinctione, ibi, Sæua exequuti fuerint*, vbi 7 Curiales, tunc iudicãt indignos, & irregulares Concilium, quando ſæua exequuti ſunt, ſcilicet, quando mortem aut mutilationem exequuti ſunt, non igitur ex conſilio aut ſententia contrahitur irregularitas, ſed ex executione & ſanguinis effuſione, concurrente morte, aut membri mutilatione, & non alias.

Quar-

8 Quarto & vltimo † facit: Quia hæc irregularitas, de qua agimus, à ſacris literis emanauit: at vero in ſacris literis ſemper fit mentio de reali, & actuali executione, & ſanguinis effuſione. Deus enim odit virum ſangnineum & doloſum, & effuſſorem ſanguinis: ita enim dixit ad Dauid Regem Iſrael, *vt conſtat ex libr. 1. Paralipomenon cap. 22.* Multum ſanguinem effudiſti, & plurima bella bellaſti, non poteris ædificare domum nomini meo, tanta ſanguinis copia effuſa coram me: vbi in duabus partibus ſemper Dominus loquitur de ſanguine effuſo, & alibi, *Paralipomenon lib. 2. cap. 28.* Nõ ædifficabis mihi domum, eo, quod ſis vir bellator, & ſanguinem effuderis. Pondera verbum, effuderis: ſemper igitur Dominus ab altari ſuo prohibuit ſanguinis effuſſorem, at vero non erit effuſſor ſanguinis, qui nunquam eum effudit, nec ex eius conſilio, aut iuſſu effuſus eſt: quemadmodum non diceretur homicida, qui nunquam hominem occidit, nec eius cauſa occiſus eſt, licet multoties aliquibus mortem minatus eſſet.

9 Ex quibus omnibus † hæc Pars mihi videtur verior, & eam tenerem & in iudicando & conſulendo, nec alicui conſulerem, vt Papę diſpenſationem impetraret, quæ mihi neceſſaria non videtur, licet, ſufficere diſpenſationem Epiſcopi, exiſtimauerint; qui priorem opinionem tenuerunt, & certe ſi irregularitas contraheretur, hæc non ſufficeret. Nam in irregularitate, proueniente ex homicidio, aut membri mutilatione, ſolus Papa diſpenſat, vt colligitur ex Authoribus, *in dict. cap. ad audientiam,* & notat Nauarr. *vbi ſupra, num. 217. in fine,* Syluester, *vbi ſup. quæſt. 8.* & S. Anton. de Florentia: *vbi ſup. num. 40.* & Bonaguida de Aretio, *in tract. de diſpenſat. num. 78.* & Ioan. Rand. poſt illum tractatum, *caſu. 5. volum. 14. tractatuum Nouorum,* allegat. *cap. miror. & cap. clericum, diſt. 50. & cap. fin. de tempor. ordina. & dict. cap. aliquantos, cum præcedenti, & dict. cap. ad audientiam, & ſicut dignum, & cap. 1. de homicid.* & alia iura.

Nec tamẽ poteſt † Legatus aut Nuncius diſpenſare, niſi hoc habeat in mandatis, vt colligitur ex Abb. *cum additione, ibi,* & Speculatore allegato, *ab additione in cap. Clerici de Clerico excommunica. miniſtrante,* & ex Petro Gambaro, *in tract. de Legato, tit. de abſolutione ab excommunicatione, num 9.* licet contrarium videatur ipſe tenere, *in dict. tract. libr. 10. de diſpenſatione num. 395.* cum Collectario quem allegat, ſed contrarium eſt verum, vt colligitur ex ſupradictis, & ex notatis, *in c. quod translationem, de officio. Legat.* & notat Syluest. *in ſua ſumma, verbo, Legatus, quæſt. 12.* 10

Neque etiam † virtute Bullę Cruciatæ poteſt quis abſolui, ſiue in foro exteriori, ſiue in interiori, vt per Dominicũ Soto, *in 4. diſtinct. 22. quæſt. 3. art. 1. & diſt. 3. q. 1. art. 3.* Corduba tamen tenet, quod in homidicio attentato, dico in irregularitate, quæ ex eo cauſatur, diſpẽſat Commiſſarius. Sed verius eſt nullam contrahi irregularitatem: vt defendimus, & eſt de Indulgentiis, *quæſt. 43. dub. 4.* & vide Medinam & alios, quos allegat frater Emanuel Rodericus Luſitanus, *in explicatione Bullæ Cruciatæ, § 9. num. 64.* Doctor Gutierrez, *in ſuis quæſtionibus Canonicis, c. 3. num. 4. cum ſequentibus,* qui etiam contra plures defendit, quod Sacerdos, virtute *Bullæ Cruciatæ*, poteſt abſoluere in foro conſcientiæ ab irregularitate, ex delicto contracta, quia cum poſſit abſoluere à Cenſuris, & hæc irregularitatis ſit Cenſura, poteſt abſoluere ab hac irregularitate, licet dictus Emanuel Rodericus, cum Soto, & Nauarro ſecurius putet, eſſe diſpenſationem à ſummo Pontifice impetrare, quod ego etiam exiſtimo. 11

Neque etiam † Commiſſarius generalis Cruciatæ poteſt diſpenſare, etiam in foro conſcientiæ, ab irregularitate contracta ex homicidio voluntario: licet poſſit in aliis irregularitatibus in dicto foro, vt per dictum fratrem Emanuelem Rodericum, *in dicta explicatione Bullæ cruciatæ, § 13. num. 2.* 12

Neq; † Epiſcopus poterit diſpenſare, cum hac irregularitate contracta ex ho- 13

homicidio voluntario, etiam non culpabili, etſi homicidium occultum ſit, & etiam quoad forum conſcientiæ, *ex deciſione tex. in cap. 6. de Reformatione, Seſſione 24. Sacroſancti Concilii Tridentini*, & ita intelligit Nauarr. *in dict. Manuali, cap. 27. in fin.*

14 Tum† etiam, *ex deciſione, cap. 7. ſeſsione 14. dicti Cōcilii de Reformatione.* Epiſcopus non poteſt diſpenſare, etiam quoad beneficium ſimplex, vel Ordines minores, licet id iure communi permiſſum eſſet ex notatis, *in d. cap. ad audientiam, & in d. cap. ſignificaſti, de homicidio, & in cap. 2. de Clericis pugnantibus in duello*, & notat Salced. *in praxi Bernardi Diaz. cap. 40. litera B.* & Gutierrez, *in dictis quæſtionibus Canonicis, cap. 13. à num. 16.* Sed tamen dicta Conciliaris deciſio loquitur ſolum in homicidio doloſo, non vero iuſte perpetrato.

15 Sed, vt fatetur† dictus Gutierrez, *nu. 19.* nullibi in iure probatur, quod in homicidio voluntario Epiſcopus potuerit diſpenſare, quoad Ordines minores & beneficia, ſed ſolum in homicidio caſuali. Vnde tenendum eſt, quod in caſibus, in quibus cōtrahitur irregularitas, & contrahitur, etiamſi delictum ſit occultum, per accidens: vt per Cotdub. *in ſuo quæſtionario, lib. 1. quæſt. 35. per totam*, ex homicidio volūtario requiritur ſummi Pontificis diſpenſatio, ſed in præſenti quæſtione nulla requiritur; *vt dictum eſt.*

16 Nec obſtat, quod in† dubiis, ſaltem in foro conſcientiæ, quis ſe debet iudicare irregularem, & petere diſpenſationem; & ſic cum hic caſus ſit dubius, ob contrarias opiniones, debemus tenere, eāq; irregularitati fauere, ex notatis per Felyn. Abb. & omnes, *in dict. cap. ad audientiam.*

17 Nam ad hoc† reſpondetur, quod ſecundum veriorem opinionē procedit, quando eſt dubium facti, tunc vere dubitamus de irregularitate; & tenenda eſt in dubio pars ſecurior; cum tunc cōſtet, ex facto probato induci irregularitatem ex iuris ſanctionibus, ſed de facto dubitatur. Sed quādo eſt dubium iuris, quia dubitatur, an de iure in tali caſu & facto clare ꝓbato, ſit ſtatuta & inducta irregularitas: tunc in dubio iudicandū eſt contra irregularitatem, quia irregularitas nō inducitur, niſi in caſibus à iure expreſſis, ex text. *in cap. ſi quis de ſententia excommuni. lib. 6.* at vero non dicitur expreſſum id de quo dubitatur ex notatis, *in l. licet. Imperator ff. de lega. 1. & in leg. ſi Tutor petitus, C. de pecul. Tutorum*, & expreſſum dicitur, quod oculo corporali legi & videri poteſt. Bald. *in leg. ad probationem, C. de probatio.* Angel. *in l. Prætor ait, ff. de noui operis nuntia.* idem Angel. *in leg. quotiens, ff. de hered. inſtituend.* notat late Aymon Crauetta, *in tract. de Antiquitate temporis, part. 1. verbo, ampliatur, à num. 38. cum ſequentibus.* Villalobus, *in tract. communium opinionum, tomo 2. libr. 9. titul. 34. num. 89. & 90.* Ex quibus omnibus colliges, quod expreſſum illud dicitur, quod verbis clare exprimitur, vel euitentibus ſignis colligitur, & id melius colliges ex Ludouico de Molina, *in tract. de primogen. Hiſpanor. lib. 3. c. 8. num. 5.* & eſt tex. *in l. Gallus, §. quidam recte*, ibi, *qui ex verbis concipi poſſit, ff. de liber. & poſthum.* at vero nullibi in iure Canonico reperitur expreſſe diſpoſitum, quod ex ſolo conſilio, aut ſententia mortis, abſque reali facto, & executione contrahitur irregularitas, nec euidenter colligitur ex verbis Canonum, quæ de hac materia agunt: imo omnia iura ſemper factū præſupponunt. Igitur non debet conſulens aut iudicans ſe exiſtimare irregularem.

Et hanc diſtinctionem de† dubio facti & iuris poſuit Plaza, *in dict. tract. de delictis, cap. 12. num. 11.* & Nauar. *in cap. ſi quis autem, de pœniten. diſtinct. 7.* qui eleganter reprobant differentiam communem, quæ ſit inter forum conſcientiæ, & iudiciale; vtpote, quia irregularitas ſit inducta de iure poſitiuo, & ſi eſt inducta, in vtroq; foro debet ſeruari, ſi vero non ſit inducta, non debet ſeruari. Si vero ſit dubium facti, & certitudo iuris, nulla ratio differentiæ dari poteſt, cur in vtroque foro non iudicetur quis irregularis: Si vero ſit dubium iuris, nullo modo iudica- 18

dica-

dicatur, niſi in caſibus à iure expreſſis; ſedtamen exiſtente dubio facti tenenda eſt communis diſtinctio; quia in foro interiori eligenda eſt Pars ſecurior; ob vitandum periculum & ſcrupulum, & inconueniens: in foro vero exteriori Iudex non iudicat, niſi ex probatis, & exiſtente dubio facti abſoluit Reum; ex notatis, *in l. qui accuſare, C. de edend. & in l. fin. C. de probation.* & in dubiis, Reo fauendum eſt in foro exteriori, ex notatis, *in l. Arrianus, ff. de actio. & obl.* Ad contraria adducta, *in prin. quæſtionis*, iam reſponſum eſt.

19 Ex quibus omnibus † remanet defenſata hæc ſecunda opinio, quam tenendam exiſtimo; Salua melius ſentientis Cenſura.

QVÆSTIO X.

VTrum beneficium curatum poſſit vniri Monaſterio Monialium in ſpiritualibus, & temporalibus? Et an Abbatiſſa, & Moniales poſſint curam exercere per Vicarium ad nutum amobilem, maxime ſi nō ſolum titulus beneficii, ſed etiā poſtea Vicaria fuit annexa ipſi Monaſterio per ceſſionē Vicarii perpetui, & per viam Cōcordia per Pontificem confirmata, cum clauſula ſeruiendi, per Vicarium ad nutū amobilem; *quæ per 40. annos poſt eam confirmatam, fuit vſitata & obſeruata? Et an Epiſcopus,* ex deciſione ſacroſancti Concilii Tridentini, Seſſio. 7. de Reformatione, c. 7. *poſſit ponere in dicto beneficio Vicariū perpetuum, non obſtantibus Monaſterii priuilegiis, & dicta Concordia, & vſu, & non obſtante quod Moniales ſint Ordinis Sancti Benedicti congregationis ſanctæ Iuſtinæ de Padua, & non obſtantibus ſuis appellationibus, & ſi faciat, ſi attentet, & eius facta reuocentur per viam attentati, & an Moniales perdiderint poſſeſſionē nominandi & amouendi Vicarios: ex eo, quia vltimus Rector accepit inſtitutionē ab Epiſcopo, & litigantibus ipſis cum eo, ſuper eius amotione, lite pendente; debeant conſeruari in ſua poſſeſſione, aut ipſe poſſit Officium exercere, quemadmodū vtilis, & quæ iam de facto contingit inter Monaſterium Monialium de Vega, Ordinis ſancti Benedicti, & Chriſtophorum Sanctos Vicarium, ab eis nominatum, & ab Epiſcopo inſtitutum.*

SVMMARIA.

1 *Fæminæ ſunt incapaces ſpiritualium; & num. 6.*

2 *Abbatiſſa & Moniales, an ſint perſonæ Laicæ? num. 7.*

4 *Abbatiſſa eſt capax iuriſdictionis ſpiritualis.*

5 *Vicaria. an poſſit vniri Monaſterio Monialium?*

8 *Abbatiſſa & Moniales in Parrochialibus vnitis Monaſterio, an teneantur ponere Vicariū perpetuum, vel ad nutum amobilem? & nu. 9. declaratur tex.* in c. de Monachis, de præbendis, *& nu. 10.* tex. in Clemen. quia regulares; de ſupplenda negligētia Prælatorū, *& n. 11.* tex. in Clemen. ne in agro, de ſtatu Monachorū, & in Clem. vnica, de officio Vicarii, *amplius declarantur n. 28 29. 30. 31. & 32. & 99.*

13 De

13 Declaratio ad Clementiam primam de exceſſibus Prælatorum, & nu. 14. Clem. 1. de ſupplenda negligẽtia Prælatorum.

16 Beneficium vnitum, quoad titulum & temporalia, Monaſterio, an poſſit deſeruiri per Vicarium ad nutum amobilẽ? Et quomodo probabitur eſſe vnitum, num. 17.

18 Beneficium vnitum ad menſam Prælati, an poſſit deſeruiri per talem Vicariũ & quando dicatur ita vnitum num. 19

20 Beneficium vnitum pleno iure, an poſſit ita deſeruiri, & quando dicatur vnitũ pleno iure: ibi, & nu. 21. & an talis vnio ſit ad menſam? num. 22. quid quando eſt vnitũ cum clauſula, vt poſſit deſeruiri per talem Vicarium? & quid ſi eſt vnitum Monaſterio mendicantium aut Monachorum, & declaratur proprius Motus, Pij. V. & extenditur ad Moniales, num. 25.

26 Vicarium quis poſſit nominare, & quando poſſit amoueri, num 34. & ibi, an requiratur cauſa.

37 Declaratur tex. in cap. 7. Seſs. 7. Concilij Tridentini, quando ex eius deciſione Epiſcopus poteſt facere deſeruiri beneficio, vnito Monaſterio, per Vicarium perpetuum, non obſtantibus priuilegiis, & conſuetudine, & ponit nouem concluſiones. Et quid ſi beneficium eſt vnitum pleno iure Monaſterio Monachorum, aut mendicantium, & per viam concordiæ, & late de pacto & cõcordia, & de tempore immemoriali, nu. 39. 40. 41. 42. 43.

44 Conſuetudine ſublata, non cenſetur ſublata immemorialis.

45 Concordia confirmata per Sedem Apoſtolicam non tolluntur a conſtitutionibus Conciliis, niſi de eis fiat expreſſa mentio.

46 Conſtitutio Conciliaris, nõ derogat priuilegiis remunerationis, gratia conceſſis.

47 Epiſcopus in beneficio vnito, non poteſt nominare Vicarium perpetuum, ſi pro bono pacis & quietis, & ceſſatione litium expediat. num. 47.

48 Epiſcopus, ſi ſola Vicaria eſt vnita, non poteſt ponere Vicarium perpetuum.

49 Epiſcopus, ſi beneficium fuit vnitum poſt Concilium, cum clauſula deſeruiend per Vicarium ad nutum amobilem ex certa ſcientia, aut propio Motu, aut cum derogatione dictæ deciſionis, non poteſt ponere Vicarium perpetuum, & quid debeat curare Epiſcopus, num 51. & 52.

53 Intellectus & declaratio ad textum in cap. primo de capellis Manochorum.

54 Vicarius inſtitutus, an amoueri debeat lite pendente? ibi, & num. 55.

56 Poſſeſſio, an perdatur per ſcientiam, & patientiam contrarii actus?

58 Poſſeſſio an amittatur ex re inter alios acta, & num. 59. & 60.

61 Poſſeſſionem retinens quam nunquam amiſit, poteſt continuare naturalem & tollere impedimenta, imo & proteſtatio conſeruat poſſeſſionem, num. 62. & 63.

64 Inſtitutio nulla nõ tollit, nec turbat poſſeſſionem.

65 Poſſeſſio Clandeſtina non tuetur poſſeſſorem lite pendente, & poſſeſſor antiquior manu tenetur, nec dicitur attentare, qui continuat ſuam poſſeſſionem, num. 66. & 67.

68 Vicarius ad nutũ amobilis poſſidet nomine nominantis, & non debet manu tenere contrarium.

69 Inſtitutio non arguit perpetuitatem.

70 Precario poſſidens non manu tenetur lite pendente, & num. 72. 73. & 74.

75 Epiſcopus, an poſſit Vicarium amobilem facere perpetuum, non obſtante appellatione, & de clauſula, Appellatione remota, ibi, num. 76. & 77.

78 Appellatio ab executore ratione exceſſus.

79 Epiſcopus quando virtute Concilii procedit, appellatione remota, ſi allegatur aliqua cauſa rationabilis, tenetur deferri appellationi, & num. 80.

QVÆSTIO hæc † diuiditur 1
in quatuor articulos. Primus, an beneficium curatum poſſit vniri Monaſterio Monialium, in ſpiritualibus & temporalibus. Secundus, an Abbatiſſa, &

 Moniales

Moniales teneantur ponere Vicarium perpetuum, cum congruæ ſufficientis aſſignatione: aut ſufficiat ponere ad nutum amobilem? Tertius, an Epiſcopus poſſit ponere Vicarium perpetuum, eis inuitis, ſpretis ſuis iuribus & priuilegijs? Quartus, an amiſerint ſuam poſſeſſionem, ex dicta inſtitutione, & ea non obſtante, poſſint Vicarium amouere, & an ipſe, non obſtante amotione, lite pendente, debeat Officium exercere?

Articulus & §.1.

1 Ad primum † articulum deueniendo, Videtur quod dictũ beneficium, ſaltem in ſpecialibus, non potuerit vniri dicto Manaſterio Monialium. Primo, quia fœminæ ſunt incapaces, & nõ poſſunt exercere ea, quæ dependent a poteſtate Clauiũ, vt per tex. & ibi Abb. Felyn. & alij, *in cap. dilecta, de maiorita. & obedien.* Decius, *in l. fœminæ, num. 10. ff. de regul. iur.* Franciſcus Marcus, *deciſio. 953. num. 6.* & concordat. *l. 26. titul. 6. part. 1. & l. 4. tit. 9. eadem partitâ.* Igitur non valet dicta vnio.

2 Secundo, quia † Abbatiſſa & Moniales perſonæ Laicæ ſunt, vtpote, quæ nullum Ordinem habeant; neque eius capaces ſunt: at vero Laici non ſunt capaces ſpiritualium, nec ea præſcribere poſſunt, vt per Abb. *in ca. fin. quinto requiſito, de cõſuetud.* facit tex. *in c. ſi quis deinceps, 16. q. 7. & c. cũ terra, & c. Maſſana, de electione.* Quinctilianus Mandoſius, *ad regulas Cancellariæ, regul. 11. quæſt. 13. a nume. 2. cum ſeq.* Pariſ. *conſi. 13. a num. 1. lib. 4.* Caſtal. *in tract. de Impera. quæſt. 100. fol. 72. to. 10. tractatuum Nouiſſimorum,* Selua, *de benef. par. 2. quæſt. 19. num. 3. per totum.* Cum igitur ſint incapaces, non põt earum Monaſterio beneficium vniri, ſaltem in ſpiritualibus, quia ſi vniretur, ipſæ haberent ius ſpiritualia exercendi, cuius incapaces ſunt, *vt dictum eſt.*

3 His tamen † non obſtantibus (quæ vere non obſtant) contrarium tenendum eſt, ex ſequentibus.

4 Primo, qa Abbatiſſa † eſt capax Iuriſdictonis ſpiritualis: vnde poteſt habere iuriſdictionem Epiſcopalem, & cõferre beneficia, & Clericos inſtituere & deſtituere & Vicarios ſeu Prouiſores nominare ad ſuſpendendũ & excõmunicandum, & exercẽdam dictã Iuriſdictionẽ: vt exiſtimarunt Abb. Felyn. & omnes, *in dict. cap. dilecta,* & Decius, *vbi ſupra.* Pariſ. *dict. conſi. 13.* Lambert. *in tract. iuris patronatus, part. 1. lib. 2. quæſt. 5. principali, artic. 5. num. 4.* Iacobus Damhauderius, *in Enchiridione ſimilium, litera A. verbo Abbatiſſa.* Sãctus Antoninus, *in tract. de ſuſpenſione, numero 31.* Marcus Antonius Marſilius, *in tract. de Eccleſiaſticis reditibus, cap. 15. num. 8.* Cum igitur ſit capax Iuriſdictionis ſpiritualis, ad quod nullum inconueniens militat: erit etiam capax Curæ Parrochialis in habitu; (nam hęc Cura eſt Iuriſdictonis, & a Iuriſdictione dependet, ſaltem quoad habitum, licet in actu exercendi, quoad miniſtrãda Sacramenta, & ligandi, aut ſoluendi dependeat a poteſtate Clauium, vt per ſe notum eſt,) & per conſequens valet dicta vnio.

Secundo, † quia quod Vicaria poteſt vniri Monaſterio Monialum, & Abbatiſſa poſſit exercere Curam per Vicarium capacem, iudicauit Rota Romana, *deciſione. 21. de præbend. in Antiquioribus.* Ægidius, *deciſione 162.* & id denotat *Concilium Trid. Seſſio. 25. c. 11. incip. in Monaſteriis,* ibi, *mulierum,* & ibi, *quibus imminet Cura animarum,* & per Rotam. *in tractatu de exceſſibus Prælatorũ deciſi. 2. in nouis altas 273.* Et ſic iam multoties vidimus fieri & practicari: & in Italia ſunt Monaſteria Monialium habentia Iuriſdictionẽ ſpiritualem, & beneficia vnita, vt per Cardinal. & Imol. *in Clemen. frequenti, de exceſſibus Prælatorum,* & in Hiſpania videmus ampliſſimum Monaſterium Monialium (quod vulgo vacatur, *de las Huelgas de Burgos*) habere ſimiles Iuriſdictiones & vniones. Cum igitur Vicaria poſſit vniri Monaſterio Moniali: ſequitur euidenter, quod beneficium poteſt vniri in ſpiritualibus Monaſterio Monialium, quia vnio Vicariæ, nihil aliud eſt, quam vnio in ſpiritualibus, & quod Monaſterium ſit verus Rector & Vicarius,

rius, ex quibus patet, quod hæc opinio vera eſt, & eam admittit praxis & conſuetudo.

6 Quam tenendo non obſtant † contraria; nam ad primum reſpondetur, quod fœminę ſunt incapaces ſpiritualium, quæ pertinent ad Claues, non quoad habitum, ſed quoad actum: vnde cum in habitu ſint capaces Iuriſdictionis ſpiritualis, poterunt eam exercere per ſufficientes Miniſtros, vt Rota, *vbi ſupra*, reſpondet, ſic videmus in Prælato electo & confirmato; & non conſecrato, qui in actu non poteſt exercere ea, quæ ſunt Ordinis Epiſcopalis, ſed in habitu habet Iuriſdictionem, & ius exercendi in Subditos, & poteſt exercere per alium Epiſcopum, & idē in Abbate habente Epiſcopalem Iuriſdictionem, *vt in cap. fin. de officio Archid.* & ibi per Abb. *& in cap. dilectus, de officio Ordina.* Sic etiam videmus in Rectore non ordinato, qui licet in actu non poſſit exercere ea; quæ ſunt Ordinis, & quæ pertinent ad ligandum & ſoluendum inter ſuos Parrochianos: tamen habet Ius in habitu, & poteſt exercere Curam per alium idoneum, vt per omnes, *in cap. licet Canon. de electione in ſexto.* Tandem Collegium, Capitulum, Monaſterium, nemo negabit, quod in habitu poſſint habere Ius exercendæ Iuriſdictionis Epiſcopalis, & Curæ, vt quotidie videmus, licet in actu ſint incapaces: quia Collegium eſt perſona repræſentata & ficta, vnde poſſunt per alium exercere: Exiſtimo ego, quod ille habitus eſt ſolum Ius exercendi dictam Iuriſdictionem & Curam, per capacem ad ſuam voluntatem; quod nec Monaſterio virorum, nec Monialium repugnat.

7 Ad ſecundum † Fundamentum reſpondetur, quod Abbatiſſa & Moniales non ſunt perſonæ Laicę, ſed religioſæ & Eccleſiaſticæ, quod pluſquā notū eſt, vt per doctores ſupra citatos, & notāt Syluester & Angel. *in ſuis ſummis*, Syluester *verbo, excommunicatio, ſexto, quæſt. ſecunda* Angel. *verbo, excommunicatio, 5. numero 27.* facit tex. *in cap. de Monialibus, & in cap. Mulieres de ſenten. excommun. & in capit. ſi quis ſuadente*, & ibi Archidia. & omnes *17. quæſt. quarta.* Cum igitur ſint perſonæ Eccleſiaſticæ & Religioſæ; erunt capaces Iuris ſpiritualis, quoad habitum, vt de conuerſo dicimus, qui licet non habeat Ordines, quia tamen eſt perſona Eccleſiaſtica, eſt capax huius Iuris; & poteſt beneficia conferre, Abb. & Felyn. *in capit. cauſam, de præſcriptionibus*, Selua, *in dict. tractat. de beneficiis, part. 2. quæſt. 19. numero 3. per totam*, & ſic remanet hic articulus elucidatus.

Articulus. 2. & § 2.

Ad ſecundum articulum † deſcendendo, videtur primo; quod dictæ Abbatiſſa & Moniales teneantur ponere Vicarium perpetuum; tex. expreſſus, *in cap. primo, de Capellis Monach. lib. 6.* vbi Monachi habentes beneficia Curata annexa, tenentur Vicarium Epiſcopo præſentare, & ipſe debet eū inſtituere, & poſt inſtitutionem non poteſt ab ipſis Monachis remoueri, etiam contraria conſuetudine non obſtante. Igitur tenentur nominare Vicarium perpetuum; per quem tex. ita tenent ibi Ioannes Andreas Ancha. Dominicus Francus, & alii. 8

Secundo facit † tex. *in c. de Monachis, de præben. & in c. extirpandæ, §. quia vero eod. tit.* vbi probatur, quando beneficium eſt vnitum alicui præbendæ, teneri præbēdatum deputare Vicarium perpetuum ad eius ſeruitium, cum congruæ ſufficientis aſſignatione, *& in d. ca. de Monachis* probatur, quod Monachi tenentur præſentare Epiſcopo Vicarium ad ſeruitium Parrochialium vnitarum; & Epiſcopus debet eum inſtituere cū aſſignatione congruæ ſufficientis; & ſic erit perpetuus, *ex d. c. 1. de Capellis Monachorum, in 6. & ex d. §. quia vero*, & notat Abb. ibi, *quinto notabili*, quod de Iure communi non poteſt quis deſeruire beneficio per Vicarium temporalem; ſed debet deſeruire, per Vicarium perpetuum, quē late ſequitur Imol. ibi, *in repetitione*. Igitur idem, ſi ſit vnitum Monaſterio, *vt in præſenti.* 9

10 Tertio, allegatur tex. † *in Clemẽ. quia regulares, in prima part. de ſupplenda negligentia Prælatorum:* vbi in Vicariis, Monaſteriis vnitis, vel beneficiorum vnitorũ, cadunt collatio, inſtitutio, & deuolutio, ob negligentiam, quæ omnia pertinent ad perpetuitatem Vicarii: & ſic Vicaria beneficii vniti eſt beneficium, & per conſequens, Vicarius non poteſt eſſe ad nutum amobilis, *ex. dict. c. 1.* Igitur cõtra dictum Monaſterium.

11 Quarto facit tex. † *in Clemen. ne in agro, verſic ceterum, de ſtatu Monachorum,* vbi in Prioratibus, Monaſteriis vnitis, debet poni Rector aut Vicarius, qui collationem ab Epiſcopo debet ſumere, & debet eſſe viginti quatuor annorum, & ordinari intra annum; quemadmodũ obtinens aliud beneficium Parroahiale. Quæ omnia denotant, quod Vicaria Eccleſiæ Parochialis eſt beneficium, & per conſequens, debet eſſe perpetua: Ergo, &c.

12 Quinto allegatur tex. † *in Clemẽ. vnica de officio Vicarii.* vbi æquiparatur Vicaria beneficio Curato, & eſt incompatibilis cũ alio beneficio Curato, quod denotat eſſe quid perpetuum, alias nullam incõpatibilitatem induceret. Igitur, &c.

13 Pro contraria † tamen parte facit primo tex. *in Clem. 1. verſi. quidam, de exceſſibus prælatorũ,* ibi, *ad mẽſam,* & ibi, *ad formã,* vbi tex. inſinuat, quod quando beneficia Curata, ſunt vnita ad menſam Abbatis vel Abbatiſſæ, aut alterius Prælati, ex eo, ſcilicet, quia ipſi ſunt veri Rectores, & applicãt ſibi & menſæ ſuæ fructus beneficij, quod eſt vnitum in ſpiritualibus & temporalibus Monaſterio, & menſę Prælati nunquam vacant, & Prælatus poteſt aliis Clericis fructus locare, aut arrendare ad formam: ita quod ipſi Eccleſiis deſeruiant, & ipſi Prælati, mortuis prædictis Clericis, aut alias amotis, non poſſunt beneficia illa concedere, in perpetuum titulum aliis Clericis: & ſic euidentiſſime patet, quod poſſunt ea facere deſeruiri per Vicarium ad nutum amobilem, prout ſunt firmarii, & non tenentur, nec poſſunt ea facere deſeruiri per Vicarios perpetuos, per quam gloſ. ita tenet ibi *gloſ. verbo, ad menſam*, & Imol. & Cardinal. illam gloſ. declarantes: Ergo ita poterit facere dictum Monaſterium.

Secũdo facit † tex. *in dict. Clem. prima de ſupplend. neglig. prælato. in 2. part* ibi, *quæ non ſunt de menſa Prælatorum ipſorum*, vbi 14
tex. inſinuat aperte, ꝙ Collatio & Deuolutio in beneficiis vnitis, reſpectu Vicariæ, non habet locum in beneficiis vnitis menſæ Prælati, quæ nunquam cenſetur vacare; quia Prælatus eſt verus Rector, & ſic Vicarius potius appellabitur Capellanus, quam verus Rector, & in eo non habebunt locum ea, quæ in veris Rectoribus & Vicariis perpetuis ſtatuta ſunt, & per conſequens, Prælati poterunt deſeruire beneficiis per Vicarios ad nutum amobiles, alias ipſi non eſſent veri Rectores, ſed ipſi Vicarii perpetui; quia Eccleſia non debebat habere duos veros Rectores & immediatos, quemadmodum nec vxor duos maritos. Igitur idem poterit facere dictum Monaſterium.

Quare † ex his, hæc cõtraria pars in 15
ſuo caſu verior videtur: ſed quia doctores in variis locis materiam præſentis quæſtionis confundunt, & ſibi ipſis contrarii ſunt, pro eius perfecta declaratione, ſtatuo concluſiones ſequentes.

Prima concluſio. Quando † bene- 16
ficium Curatum eſt vnitum Monaſterio, præbendæ aut prælaturæ, ſolum quoad temporale regimen & titulum, ſcilicet, quia Monaſterium ipſum habet titulum, & ius perpetuum annexum gubernandi dictum beneficium & eius bona, & ſolum percipit, quæ remanent, ſoluto Vicario perpetuo, & aliis oneribus; non tamen adminiſtrat Sacramenta Parrochianis, neque vtitur aliis iuribus ſpiritualibus: tunc Prælatus Monaſterii tenetur deputare Vicarium perpetuum, ita probat tex. *in dict. §. quia vero.* & notant Abb. Francus & alij, *vbi ſupra*, & Abb. & Imol. *in dict. c. de Monachis.* Rebuff. *in praxi beneficiali, lib. 1. tit. de Vnionibus, a num. 6.* Alfonſus Oxeda *in trac. de incompatibilitate beneficiorum, par. 1. cap. 15. num. 3.*

Et

17 Et probabitur eſſe † vnitum, ſolum quoad titulum & temporalia; vel ex verbis Vnionis, vel ex lõgo vſu deſeruiendi per Vicarios perpetuos, vt per Franc. Oxedam Rebuff. Imol. & alios, *vbi ſupra*, & indubio ſic præſumetur vnitum, vt minus; quam ſit poſſibile præiudicetur beneficio, ex Imol. *vbi ſupra*, & Felyn. *conſil. 2.*

18 Secunda concluſio. Quando † beneficium eſt vnitum ad menſam Abbatis, aut Monaſterii, aut Prælati, ſeu Præbendati; (ſcilicet, quia Abbas aut Prælatus deſeruit beneficio, per ſe aut ſuos familiares, vel alios, quos conducit, & ipſe percipit fructus beneficii, in ſolidum; & ſoluit Stipendia conuenta, pro ſui libito ſeruientibus,) tunc, quia beneficium cenſetur vnitum in ſpiritualibus, & Prælatus eſt verus Rector, beneficiumque nunquam vacat; poteſt Prælatus ipſe Abbas, aut Abbatiſſa Monaſterii caput, facere ipſum deſeruiri per Vicarium ad nutum amobilem, vt per gloſ. *in dict. Clemen. 1. verbo ad menſam, & in dict. Clemen. 1. de ſupplenda negligen. Prælatorum, & in Clemen. 1. de reſcript.* ſequutas per Imol. Cardin. & alios, ibi per Francum, & Anchar. & Dominicum; *in dicto cap. 1.* per Abb. & Imol. *in dict. cap. de Monachis* per Rebuff. *vbi ſup.* Melius per eundem Rebuf. *in dict. §. quia vero, notabili. 5. concluſione 2. fol. 372.* idem, *in tractat. de congrua petitione, num. 32.* Rip. *in reſponſo, 18. nume. 4. lib. 2.* Petrus de Peruſio, *in tractat. de Vnionibus* Eccleſiarum, *cap. 40. nume. 5.* Oxeda *vbi ſupra, numer. 5.* Rota, *in tit. de exceſſibus Prælatorum. deciſ. 2.* alias *2. 3. in Nouis.*

19 Et probabitur tunc † beneficium eſſe vnitum ad menſam, tũ ex verbis Vnionis, tum etiam ex modo & conſuetudine deſeruiendi, quæ vel debet eſſe immemorialis; vel, exhibito titulo Vnionis, quadragenaria, vt per Rebuff. Oxedam, & alios, *vbi ſupra*, Anchar. *conſ. 102.* Oldr. *conſ. 206.* & Oxed. *vbi ſup. n. 13. & 14.* Fely. *dict. conſ. 2.* & cum Bald. & aliis Maſcard. *in tract. de probationibus lib. 1. concluſ. 179. & lib. 3. concl. 1413. num. 11.* Boet. *deciſ. 345.* Cardina. *in Clem. 1. quæ. 20. de ſuppleud. negligen. Prælato.* Qui omnes mixtim loquuntur deprobanda Vnione, & modo ſeruiendi in beneficio vnitos, & facit tex per eos citatus *in c. cum de beneficio, de præben. in 6.* vbi Francus, Anchara. & alii

Tertia concluſio. Quando † beneficium eſt vnitum Monaſterio pleno iure (& dicitur pleno iure, quando Prælatus habet omnimodam Iuriſdictionem ſpiritualem in beneficio, & eius Parrochianis, excluſo in totum Epiſcopo) *vt in cap. quoniam*, & ibi Abb. *de priuileg.* tunc poteſt eum facere deſeruiri per Vicariũ ad nutum amobilem; vt per gloſ. *in dict. Clem. 1. verbo ad menſam, de exceſſibus Prælatorum*, Abb. *in dict. capi. de Monachis* & Imol. ibi. Cardin. & Imol. *in dict. Clem. 1.* Francus, & Anchar. *in dict. c. 1 de Capellis Monachorum*, & authores omnes ſupra citatos. Et hæc eſt communis opinio, a qua nullus diſcrepat, & viſus eſt eam tenere Abb. *in cap. paſtoralis. de priuileg.* 20

Quarta concluſio. Quando † beneficium eſt vnitum Monaſterio pleno iure, quoad Curam animarum, & his, quæ ad eam pertinẽt in ſpiritualibus & tẽporalibus, licet nõ quoad Iuriſdictionẽ Epiſcopalẽ, quæ eſt ſupra Curã, hec Cura omnino neceſſaria prout eſt viſitare & excõmunicare, & ius dicere, tũc ẽt Prælat⁹ poteſt facere deſeruiri beneficio per Vicarium ad nutũ amobilem: licet in hoc contrarium velint aliqui ex ſupra citatis, ſed certe falluntur, quia Vnio beneficii; quoad iuriſdictionẽ Epiſcopalem, impertinens eſt ad Vnionem; quoad Curam animarum ſolũ; nam dicta Iuriſdictio eſt extra Curam; & poteſt quis eſſe verus Rector & Curatus actũ & habitu, & nõ habere Iuriſdictionem Epiſcopalem. Vnde ſi eſt verus Rector in ſpiritualibus & temporalibus: nõ video, cur non poſſit deſeruire beneficio, vel per ſe, ſi poteſt, vel per Vicarium ad nutum amobilem, vt bene aduertit Imol. *in dicto capit. de Monachis, numero 6. de præbend.* & nouiſſime Caualcanus *in Indice ad primam partem, deciſi. litera V. verbo Vnio, num. 15. & 16.* 21

Imo; ſi vera † loqui fas eſt, ſimilis Vnio eſt Vnio ad menſam; nam Monaſterium, aut Prælatus eſt verus Rector, 22

& gaudet, vt talis, beneficii fructibus, quos ſibi applicat, beneficiumque nunquam vacat. Vnde nulla ratio inueniri poteſt, qua in modo ſeruiendi eam diſtinguamus ab Vnione ad menſam.

23 Quinta concluſio. Quando † beneficium eſt vnitum Monaſterio cum clauſula: *Vt poſſet deſeruiri beneficiis per Vicarium ad nutum amobilem, ſeruanda eſt forma Vnionis, quomodocumque beneficium ſit Vnitum*: & ita fatentur authores ſupra citati, & conſtat ex gloſ. & Fran. *in dict. capit. 1. de Capellis Monachorum, libro ſexto*, & Franciſco Pauino, *in tract. de viſitatione, par. 1. quæſt. 6. num. 43.*

24 Sexta concluſio. Quando † beneficium Curatum eſt vnitum Monaſterio mendicantium, aut Monachorum regularium, Prælatus poteſt ei ſeruire per Monachum; aut Fratrem ad nutum amobilem, & ita conſtat ex ſupra citatis & nouiſſime ſic diſpoſuit Pius Quintus Summus Pontifex, fœlicis recordationis, vt appatet ex eius proprio motu, quod eſt, *in libro collectionis Bullarum & motuum fol. 558. proprio motu 15. inter proprios motus dicti Summi Pontificis.*

25 Et aduerte, quod † idem erit in Monaſteriis Monialium Ordinis ſancti Benedicti, Congregationis ſanctæ Iuſtinæ de Padua, cum ipſæ ex priuilegiis Ordinis potiantur priuilegiis Monachorum, & cum Monaſteria ipſa ſæpe ſoleant per Monachos eiuſdem Ordinis gubernari, qui etiam poſſunt ſeruire dictis beneficiis. Et ſic militat eadem ratio, quæ eſt in beneficiis vnitis Monaſterio Monachorum, & quando eſt eadem ratio, appellatione Monachorum continentur Moniales, vt per Abb. & Felyn *in cap. de Monialibus, de ſent. excommunicatio.* Fulgoſ. *conſi. 121.* Decium *in dict. leg. fœmina, ff. de regu. iur.* Raynerium *de Forliuio, in leg. tres fratres, ff. de pact.*

26 Aduerte etiam, quod † nominatio talium Vicariorum ad nutum amobilium pertinet ad Prælatum, ſiue Prælatam Monaſterii, cui beneficium vnitum eſt, & Epiſcopus ſolum debet approbare & admittere, & licentiam adminiſtrandi Sacramenta dare; ſi Vicarius idoneus inuentus fuerit, quem poteſt examinare, neque vlla alia requiritur collatio aut inſtitutio, & ſic nouiſſime declarauit Congregatio Illuſtriſſimorum Cardinalium ad interpretationem *Sacroſancti Concilii Tridentini*, propoſitorum: vt vidi in publico Inſtrumento ex Roma miſſo, & colligitur ex Abb. & Imol. *vbi ſupra*, & ex Franco, *in dict. capit. 1.* & ex tex. *in d. Clemen. prima, de ſupplend. negligentia Prælatorum, & ex d. Clemen. Ne in agro, §. cæterum*, ibi, *& committi, & commiſſionis, & commiſſio*: Et idem erit in Monachis, nam debent approbari, & examinari ab Epiſcopo, niſi Abbas aut Abbatiſſa habeant iuriſdictionem Epiſcopalem, *ex ſupra dictis*: & ita declaratum eſt per dictos Cardinales.

Ex quibus omnibus † colligitur, 27
quod Monaſterium Monialium, aut Abbatiſſa, de qua agimus in propoſita quæſtione poteſt deſeruire dicto beneficio ſic vnito eius menſæ in ſpiritualibus, & temporalibus per Vicarium ad nutum amobilem: maxime; quia ſic vſitatū eſt a quadraginta annis, & ſic cātat forma Vnionis & fuit vnita Vicaria; & quando Vicaria eſt vnita Monaſterio, poteſt deſeruiri per Vicarium ad nutum amobilem, vt per Rotam, *in tit. de exceſſibus Prælatorum, 2. in Nouis*, alias *273.* quæ eſt omnino videnda.

Et hanc opinionem † tenendo non 28
obſtant contraria. Nam ad primum reſpondetur, quod *in dict. cap. 1.* non loquitur in præſenti caſu, an Monaſterium poſſit deſeruiri, vel non per Vicarium ad nutum amobilem, nec tale determinat, ſed ſolum quod; quando Vicaria confertur per præſentationem Monachorum, & inſtitutionem Epiſcopi, tunc debet eſſe perpetua; quia inſtitutio, ſicut & collatio Matrimonium ſpirituale denotat, quod debet eſſe perpetuum: vt Archidiaconus, Dominicus, Ioann. Andreas, Francus, gloſ. & alii, ibi notant Dynus & Francus, *in capit primo de regul. iur. in ſexto.* Et Ægidius Bellamer. *deciſ. 700.* nec poteſt Vicarius amoue-

amoueri, quacunque Conſuetudine aut Statuto non obſtante, niſi vltra Statutum aut Conſuetudinem ſit etiam Confirmatio aut Papæ Priuilegium; vt gloſ. ibi, *verbo, Conſuetudine*, notat, quam inibi omnes ſequũtur. Igitur ſi in beneficio vnito Monachi poſſint nominare Vicarium ad nutum amobilem, eſt caſus omiſſus in illo tex. qui ſolum loquitur de modo ſeruiendi per Vicarium præſentatum & inſtitutum, qui ſuapte natura perpetuus eſt, & de eius remotione, non vero de modo nominationis Vicarii, & obligatione, aut perpetuitate, vel non.

29 Ad tex. † *in c. de Monachis*, reſpondetur, quod non loquitur de nominando Vicarium, ſed de congrua ei aſſignãda, & quod Monachi debent nominare, & Epiſcopus inſtituere, ſed non declarat modum Vnionis, nec, an teneantur nominare Vicarium perpetuum, vel non?

30 Ad §. *qui* † *vero* reſpondetur, quod non loquitur in Vnione facta ad menſam, & in ſpiritualibus & temporalibus. Et ita omnes ibi declarant.

31 Ad tex. *in. Clemen. quia* † *regulares*, rẽſpondetur, quod in prima parte loquitur de beneficio non vnito ad menſam, & quod conſueuit regi per Rectores perpetuos, cum collatione & inſtitutione: in ſecunda parte facit pro nobis.

32 Ad tex. *in* † *d. §. cæterum*, reſpondetur, quod nõ facit ad caſum; quia in quantũ loquit*r* de Vicariis, loquitur incidenter, & per tranſennã, & nõ declarat, an ſint perpetui, vel ad nutũ amobiles. In quãtum loquitur de Prioribus nominatis ad Prioratus, non declarat, an ſint perpetui, vel ad nutum amobiles, vel an ipſi ſint Curati, vel nõ, & loquitur indifferenter de Prioribus habentibus ſolũ nudam Commiſſionem, & ſic *in illo tex.* nullum poteſt fieri Fundamentum pro parte contraria.

33 Ad tex. *in* † *Clement. vnica, de officio Vicarii* reſpondetur, quod loquitur de Vicario perpetuo, & hunc æquiparat vero & proprietario Curato, & non loquitur de Vicario ad nutum amobili. Et ſic manet hæc pars defenſata, quæ videtur verior.

Ad vnum tamen aduerte † quod licet Vicarius ſit ad nutum amobilis, non tamen poteſt amoueri, niſi finito anno ſeruitij, vt per Rebuff. *in ſua praxi beneficiali, lib. 2. tit. diſpenſatio de non reſidendo num. 18. & tomo 3. ad leges Gallicas, tit. de materiis poſſeſſoriis in beneficialibus, art. 9. gloſ. vnica, & in præfatione per totam*: poſtea vero poteſt amoueri, nec datur illi remedium aliquod ad defendendum ſuam poſſeſſionem, & ita dicit iudicatũ Rebuff. *vbi ſupra*. 34

Licet poſſet attentari, † quod quemadmodum locum tenens alicuius Correctoris, vel Vicarius alicuius Epiſcopi, vel alius vicem alicuius gerens, & ab eo nominatus, non poteſt amoueri abſque cauſa, & ſi amoueatur, datur illi officium Iudicis de manu tenendo: vt per Guilelmum Benedictum, *in repetitione c. Raynutius, verbo, duas habens filias, a num. 37. cum ſequentibus.* Auileſ. *in c. Prætorum, verbo, fidelmente, nu. 4.* Acebed. *in l. 11. tit. 5. lib. 3. Recomp.* Vincentius Franc. *deciſ. 409. part. 2.* ita & dictus Vicarius: ſed quia hoc eſſet facere eum Vicarium perpetuum, non credo, quod praxis admitteret, & ſic teneo opinionẽ Rebuff. ſecundum quam dicit iudicatum. 35

Articulus, & §. 3.

Pro huius Articuli † declaratione, quia non partitur argumẽta, pro vtraq; parte conſidera concluſiones ſequẽtes. 36

Prima concluſio. Quando † beneficia ſunt vnita, ſolum in temporalibus Collegio aut Monaſterio, tunc nulli dubium eſt, niſi quod Epiſcopus poterit facere, beneficio deſeruiri per Vicarium perpetuum, & hoc non tam *ex deciſ. dicti capituli 7. Seſſion. 7. dicti Concilii*, quam ex iure communi, *vt ſupra dictum eſt*. 37

Secunda concluſio. Quando † beneficium eſt vnitum, etiam ſolum in temporalibus, ſed cum priuilegio nominandi Vicariũ ad nutũ amobilẽ: tunc ex diſpoſitione *dicti Sacri Concilii*, Epiſcopus, ſi ſibi videbitur, poteſt deputare Vicariũ 38

Google

perpetuum,non obſtante priuilegio, &
hoc operarur *dicti. Concilii* deciſio.
39 Tertia concluſio. Quando † benefi-
cium eſt vnitum in ſpiritualibus & tem-
poralib. aut ad menſam, tunc maius du-
bium eſt; ſed ex verbis generalibus di-
ctæ deciſionis, negare non poſſumus,
niſi quod Epiſcopus poteſt deputare
Vicarium perpetuum: tum; quia hoc
eſt in fauorem Eccleſiarum, & cultus
diuini: tum; quia alias, quaſi de nihilo
ſeruiret dicta noua diſpoſitio, tum; quia
verba dictæ deciſionis generaliter lo-
quuntur de beneficiis vnitis. Præterea
verba dictæ deciſionis: ibi, *Etiam perpe-
tuum*, clare oſtendunt; ſacrum Conci-
lium voluiſſe addere iuri communi, &
declarare in fauorem Eccleſiarum. Nã
dictio; *Etiam*, auget & includit, quod
prius non includebatur, vt bene norat
Staphilæus; *in tract. de literis gratiæ & iu-
ſtitia, verbo, Circa, numero 10. fol. 287. tom.
15. tractatuum Nouorum part. 1.* Vlterius
etiam; *Ex dicto Motu proprio Pii Quinti*
id cõſtat eſſe verũ; nam dictus proprius
Motus declarauit d. deciſ. & de ea men-
tionem facit, & etiam loquitur de bene-
ficiis vnitis menſæ, & in ſpiritualibus &
temporalibus; & limitat dictam deciſi-
onem ſolum in Monachis & mẽdican-
tibus. Igitur in aliis firmam & generalẽ
reliquit, & exceptio declarat regulam,
*vt in leg. nam quod liquide §. pen. ff. de pœn.
lega.* & per Doct. *in l. 1. ff. de regul. iur.* & ſic
cõmuniter in praxi omnes admittunt.
40 Quarta concluſio. Quando † bene-
ficium eſt vnitum Monaſterio Mona-
chorum, aut mendicantium, Epiſcopus
non poteſt deputare pro eius ſeruitio
perpetuum Vicarium ſed ad nutum a-
mobilem: *ex diſpoſitione dict. proprii Mo-
tus*, qui limitat dictam conſtitutionem
Conciliarem. Et ſic eſt declaratum in
Romana Curia, *vt ſupra dictum eſt*, debẽt
tamen Monachi nominare Vicarium,
& Epiſcopus examinare & approbare;
vt ſupra dictum eſt. Et ſic declarauit di-
cta congregatio Cardinalium.
Quinta concluſio. Quando † Vnio
41 facta eſt per viam Pacti & Concordiæ,
quę approbata eſt per ſedem Apoſtoli-
cam, & vſitata cum Clauſula & Capitu-
lo: *Deſeruiendi beneficio, per Vicarium adnu-
tum amobilem*, tunc Epiſcopus, virtute
dictæ deciſionis Conciliaris, non po-
teſt deputare Vicarium perpetuum:
quia dicta deciſio non expreſſe deroga-
uit Concordiis confirmatis, & conſti-
tutio aut diſpoſitio, quantumuis gene-
ralis, non tollit Pacta aut Concordias
confirmatas per ſedem Apoſtolicam,
niſi de eis faciat expreſſam mentionem,
vt per gloſ. *in Clemen. dudum, verbo Pacta
de ſepultur.* Felyn. *in cap. conſtitutus, numero
3. de reſcript.* Alexan. *conſi. 121. num. 7. libro
4. & conſi. 121. lib. 2.* & ibi Additiones. Ro-
ma. *conſi. 327.* Staphilæus *in tract. de literis
gratia & iuſtitia, numero 8. fol. 283. tomo 15.
tractatuum Nouorum, part. prima*, Cchum
*in tractat. Clauſularum, fol. 492. nume. 23. &
493. numero quarto, tomo 18.* Pariſ. *conſi. 40.
nume. 0. lib. 4.* Rebuff. *ad concordatas Galliæ
t. de mandatis Apoſtolicis in fi. verbo Confir-
matio, fol. 049. in paruis.* Viralem de Lam-
bano *in tract. Clauſularum, verbo, Clauſula
non obſtante, fol. 371. dicto tom. 18.* Qui o-
mnes † etiam loquuntur, quando con- 42
ſtitutio derogaſſet pactis, ſi expreſſe
non addidiſſet: *Etiam confirmatis*.
Et id etiam amplius † haberet locũ, 43
ſi Concordia eſſet iurata: vt conſtat ex
õmnibus Authoribus ſupra citatis; &
ſtylus *S. Concilii* eſt, quando vult deroga-
re Concordiis, dicere: *Non obſtantibus,
Concordiis etiam iuratis, & à ſede Apoſtolica
confirmatis, &c* vt conſtat ex pluribus de-
ciſionibus, *dicti ſacri Concilii*.
Sexta concluſio. Quãdo † Vnio ap- 44
paret facta & obſeruata a tempore im-
memoriali, & citra, & a dicto tempore
cõtinue Cura parochialis adminiſtra-
ta, & exercitã p Vicarios ad nutũ amo-
biles ſcientibus & conſentientib. Ordi-
nariis, nulloq; vnq̃ tẽpore Vicarius per-
petuus viſus eſt; tũc Epiſcopus, virtute
dictæ deciſionis, nõ poteſt deputare Vi-
carium perpetuum ad ſeruitium bene-
ficii. Nã illa deciſio nullas Conſuetudi-
nes expreſſe derogat, minuſque derogat
Cõſuetudini immemorabili, quæ nun-
quam intelligitur derogata niſi expreſ-
ſe de ea fiat mẽtio, vt late probat Auẽda.

reſp.

reſp.16.&generaliter in quaecunque Conſuetudine, ex tex. & ibi doct. *in capit. 1. de conſtit.in 6.& in capit.ſecundo,de prabend.* notat Andreas Barba.*in cap.fin.num.37. de conſuetud.* Burgos de Paz. cum pluribus,*in leg.1. Tauri*, *num.472.* Philippus Francus, *in cap.cum aliquibus, not.1.de reſcript. in 6.& in c.fin.eod.tit.& in cap.cum in Eccleſiis, de prabẽ.in ſexto.*Rebuff.*in dict. tit. de mandatis Apoſtolicis,in fin. verbo Cõtrariis fol.651.in paruis.* & Rebuff. allegat Felyn. Ioannem Monachum, Vitalem, & alios, notant etiam doct. *in capit.ſi propter,de reſcript.in 6.* notat etiam idem Vitalis, *in ſuo tract. Clauſularum, verbo nulla praeſcript. obſtante, fol. 371.tomo 18.* Celſus *in dicto tract.num. 4.fo.493.*

45 Septima concluſio. Poſſet † etiam attentari. quod dicta deciſio,& derogatio priuilegiorum in ea contenta, non extenditur ad Monachos Ciſtercienſes, & Ordinis ſancti Benedicti, ex eo;quia de iure debet de eis ſpecialis mentio fieri,*vt in cap. cum ordinem*, & ibi late Felyn. & Decius, *de reſcriptis*,idq; etiam aperte demonſtrant priuilegia dicto Ordini conceſſa a pluribus ſummis Pontificibus, idque habet locum in Monialibus eiuſdẽ Ordinis, quia iiſdem priuilegiis gaudent,ſed hoc pro nunc non firmo.

46 Octaua concluſio Dicta † conſtitutio Conciliaris non derogat priuilegiis remunerationis gratia conceſſis; quia hæc non cenſetur derogata per Clauſulas generales,*Non obſtantiarum, Et non obſtantibus priuilegiis.* vt cum Aneharan. Roman. & aliis concludit Decius, *conſil.164.num.4.* vbi Additio allegat, Ruyn. Alexan. & alios: & idem vult Vitalis,*in dict. tractat. verbo, Clauſula generalis, num. 1.fol.371.*& Celſus,*fol.493.n.44.*Mandoſius, *in reg.Cancell.reg.13 quaſt.octaua,a num. 10.* Ex quo Infertur, quod ſi ob translationem Monaſterij, de vno loco ad alium, ad petitionem alicuius Populi, vel ob aliam cauſam publicam, fuiſſet vnitum Monaſterio beneficium Curatum, per priuilegium Apoſtolicæ ſedis, & cum clauſula: *Deſeruiendi per Vicarium ad nutum amobilem*,tunc Epiſcopus,virtute dictæ deciſionis, non poſſet deputare Vicarium perpetuum, & alterare formã Priuilegii, & idẽ erit in alia qualibet cauſa onerosa: nã hæc priuilegia ſapiũt Concordiam & Pactum, quibus non intelligitur derogatum,*ex ſupra adductis.*

Nona concluſio.Si † pro bono pacis 47 & quiete & ceſſatione litium, expediat, quod non fiat nouitas in poſitione Vicarii, ſed quod ponatur ad nutum amobilis, ſicut ante ſolebat: tunc non poteſt Epiſcopus deputare Vicarium perpetuum,idque denotant verba dictæ deciſionis,ibi, *niſi &c.* Et confirmatur:quia executio illius deciſionis eſt commiſſa Epiſcopo, per verba denotantia arbitrium boni viri, vt conſtat ex verbo,*videbitur, & expedire,*&*procurent*,quæ verba denotant boni viri arbitrium,ex Iaſo. Alexan. & authoribus, *ex leg.ſi ſic ff.de leg.1.*& ex Menoch.*in tract.de arbit.lib.1.q. 7.& 8.* Vnde ſequitur, quod Epiſcopus tenetur ſequi arbitrium boni viri rationeregularum, & per conſequens ſequi Leges, & Canones, & Æquitatem, Veritatem, Iuſtitiam, & Rationem: alias male faceret & poſſet ab eo appellari, vt late notat idem Menoch. *in d.tract.quaſt 13. circa finem*: Igitur in caſu,de quo agimus, ſectando veritatem & æquitatem, & quod pacifico ſtatui Eccleſię vnitæ conueniat,& bono eius regimini,ſi non expediat nouitatem facere: non debet eam facere.

Deeima concluſio. Quãdo † partieu 48 lariter, & per ſe fuit vnita Vicaria perpetua Monaſterio: tunc Epiſcopus in executione dictæ deciſionis non poſſet deputare Vicarium perpetuum: primo; quia tunc de nihilo ſeruiret Vnio, & tacite Epiſcopus eã tolleret, & ex d.deciſio.nõ cõſtat,quod *ſacrũ Concil.* voluerit in totũ Vnionem tollere,ſed ſolum dare arbitrium Epiſcopo ad limitanda & teſtringenda priuilegia, ſi id cõueniat regimini Eccleſiæ,non autẽ ad tollendã in totum. Secundo; quia in dubio verba dictæ deciſionis, quantũuis generalia ſint, debent intelligi, vt minus, quàm ſit poſſibile, derogent Iuri tertio, ex Felyn.*in c. cauſamque,verbo non obſtante Collatione alteri facta, de reſcript.* & ex Iaſ. *in leg.fin.ff.* de

de conſtitutio. Princip. & notat. Alexan. *conſi.34. lib.4.*Celſus *in dict. tract. Clauſularum, tit. de Clauſulis reſcriptorū, n.24. fol.392.*

49 Vndecima concluſio. Quando beneficium eſt Vnitum poſt dictum Concilium, cum clauſula; *Deſeruiendi per Vicarium ad nutum amobilem*, ſi Vnio fuit facta ex certa ſcientia, aut Proprio motu, aut cum derogatione dicti capituli, non poteſt Epiſcopus deputare Vicarium perpetuum; quia conſtat de voluntate ſummi Pontificis, ad quæ omnia vide, quæ de clauſula; *Ex certa ſcientia*, notat late Antonius Gabr. *lib. 6. concluſionum, tit. de clauſulis concluſione 1. per totū*, & de clauſula: *Motu proprio concluſione 2.* vbi concludit, quod hæ clauſulæ habent vim ſpecialis derogationis, & ſpecialis expreſ-
50 ſionis: Si † vero Vnio fuit facta abſq; dictis clauſulis, & ſine dicta derogatione; tunc non intelligitur dicta Conſtitutio derogata: nam in quocunque Reſcripto, Priuilegio, aut Cōſtitutione nō intelligitur dorogatum conſtitutioni Conciliari, niſi de ea fiat expreſſa mentio: vt colligitur ex Anania, *in c. ſicut olim, de accuſatio.* Abb. *in capit. non magno, in fin. ne Clerici vel Monach. & in cap. dilectus, de præben.* Innoc. *in cap. penul. de Capell. Monachorum*, notat Felyn. *in cap. non nulli, de reſcript. num. 12.* Petrus Gambarus cum pluribus, *in tract. de Legat. fol.229. a nume. 397. cum ſequentibus, tomo, 13. part. 2. tractatuum Nouorum*, notat etiam Rom. *conſi. 436. num. 11. & 12.* Decius, *in cap. prudentiā, de officio deleg.* & cum Selua, Abbat. Decio & aliis, Quinctil. Mandoſ. *ad regulas Cancel. reg.19. fol.17. num.12.* Quod ego intelligerem, niſi conſtet de voluntate Pōtificis, ex verbis Bullæ, cum ſit notoria dicta Conſtitutio, quod arbitrio Iudicis, ex circumſtantijs, dimittimus, & in dubio debet ſuſtineri gratia, cum ſit notoria dicta Conſtitutio.

51 Aduertendum tamen † eſt, quod in caſibus, in quibus Epiſcopus non poteſt deputare Vicarium perpetuum, debet tamen curare, vt bene deſeruiatur beneficio, alias poteſt ponere Vicarium perpetuum; quia priuilegiatus amittit priuilegium, ex abuſu eius, vt per Menoch. *in tractat. de arbitra. libro ſecundo, Centur. ſecunda, caſu 182 numero 47.* & per Robertum Lancellottum, *in tractat. de attenta. capit. numero 418. fol. 313. tomo quinto*, Nepos a Monte Albano, *in tract. de exceptio. art. ſecundo, numero 13. fol. 107. tomo tertio tractatuum*; & Petr. Bell. *in tracta. de re milit. ar. titul. nono, numero octauo fol.344. tomo 16.* Anton. de Roſcellis, *in tractat. de indulgentiis, nu. 407. fol. 156. tom. 27* Ruy. *conſil.18. numero 94. lib.1.*

Ex quibus † omnibus ſupra dictis clare patet, quod in præſenti quæſtione, Epiſcopus non poteſt deputare Vicarium perpetuum, tum; quia vnio eſt facta per viam Concordiæ, tum; per viam renumerationis, tum; etiam Vicariæ ſolæ, tum etiam ceſſant ſcandala non ponendo, & melius gubernatur beneficium, vt ſæpe gubernatum eſt; non curo hic, quod cauſa vnionis fuerit pia, nec quod concurrat præiudicium Tertii. Nam hæc omnia complectitur dicta deciſio Conciliaris. 52

§ & *Articulus.4.*

Ad quartum † articulum deſcendēdo, videtur dicendum primo, quod *ex dict. inſtitut.* Vicarius adquiſierit poſſeſſionem Vicarii perpetui, & quod, lite pendente, debeat manu teneri in ſua poſſeſſione, non obſtante amotione Abbatiſſæ, ex ſequentibus. 53

Primo; quia inſtitutio † eſt actus conueniens Vicario perpetuo, & Vicarius inſtitutus amoueri non poteſt, ex tex. expreſſo, *in dict. cap. primo, de capell. Monach. in 6.* & ibi Iohan. Andr. Arch. Domini. Francus. & omnes, & per vnum actum, qui fuit ſortitus effectum, adquirit quis poſſeſſionem, *vt in cap. cum olim*, & ibi Abb. *de cauſa poſſeſſ. & proprieta.* & videtur tex. *in c. cum de beneficio de præb. in 6.* notat. Ripa, *per text. ibi in c. cum Eccleſia Sutrina, numero 52. de cauſa poſſ. & proprieta.* Alex. *conſi.7, numero 16. libro quarto*, Franciſ. Marcus, *deciſi. 109. 1. part.* Decius *conſil.124. per totum*, Corneus, *cōſi. 43. lib.3.* Lambert. *in tract. iuris patro. prima part. libro ſecundo, quæſt. tertia, art. 11.* 54

Molin.

Digitized by Google

Molin. *de primogen. Hiſpanor. 2. cap 6. nume. 24.* Menoch. *conſi. 90. numer. 117. lib. 1.* Maſcard. *in tract. de probatio. 3. par. conc. 1180. n. 10.* Cum igitur Vicarius adquiſierit dictam poſſeſſionem, amiſit ipſam Monaſterium, quia duo inſolidum poſſideri non poſſunt, *ex Iuribus vulgaribus*: Ergo manu tenendus eſt.

55 Secundo, quia etſi dictus † Vicarius non eſſet, niſi naturalis poſſeſſor, deberet manu teneri, lite pẽdente, ex extraordinario remedio, quod (*interim*) vocamus, vt per Fran. Marcum, *deciſio. 163. num. 4. part. 1.* Ioannem Bottam, *conſi. 42. per totum, & conſi. 76. a princip.* Menoch. cũ Neuizano, Rolan. Couar. & aliis, *in tractatu. de retinen. vel recuperand. poſſ. rem. vlt. num. 18. cum ſequentibus.*

56 Tertio, nam licet dictum † Monaſterium prius habuerit pacificã poſſeſſionem amouendi Vicarium, tamen eam amiſit, quia ſciuit dictum Vicarium habere poſſeſſionem Vicarii perpetui, & tacuit: Ita Innocen *in cap. licet cauſam, de probatio.* ſequuntur Felyn & Decius ibi, tenet Bald. *in leg. non ignorabit, num. 3. C. ad exhibend. & cum* Iaſ. Dec. Natta & aliis communem dicit Maſcard. *in dict. tract. 3. part. caſu. 154. num. 45.* Si igitur amiſit, non poteſt eam continuare, & Vicarius defendendus eſt.

57 His tamen non † obſtantibus, quæ vere non obſtant, contrarium tenendũ eſt, imo quod Monaſterium non amiſerit ſuam poſſeſſionem amouendi, & per conſequens quod debeat defendi, lite pendente, & non dictus Vicarius, ex ſequentibus.

58 Primo, quia † de dicta inſtit. Monaſterium nunquam fuit certioratũ, nec fuit facta cum dicto Monaſterio, at vero ex re inter alios acta non amittitur poſſeſſio, Corneus eleganter, *in conſi. 47. num. 7. lib. 3.*

59 Secundo, quia Abbatiſſa † & Moniales ſemper ignorauerunt, quod dictus Vicarius eſſet conſtitutus in poſſeſſione Vicarii perpetui, quia cum eis nullus actus factus fuit perpetuitatem denotans: at vero ignorans, non amittit poſſeſſionem, *ex leg. quamuis ſaltus, in fin. ff. de acquirend. poſſeſ.* notat Socin. Iuni *in leg. 1. nu. 599. ff. de adquir. poſſeſ.* Maſcard. *in d. 3. part. conc. 1175. num. 17.* Igitur non amiſerunt dictæ Moniales.

Tertio, quia Abbatiſſa † & Moniales 60
nunquam fuerunt impeditæ amouere dictum Vicarium: igitur non fuerunt turbatæ nec ſpoliatæ, & per conſequens nunquam amiſerunt poſſeſſionem, ex his, quæ late cum Menoch. notat Virginius Bocatius, *in tract. de remdiis poſſeſſoriis, cap. 11. per totum facit textu. in leg. clam poſſidere. §. qui ad nundinas, & ibi ſcribentes ff. de adquiren. poſſ. & in l. in amittenda. ff. eo. tit.* notat Lamber. *in d. tract. iuris patron. 1. part. lib. 2. quæſt. 3. art. 15.*

Quarto, quia Abbatiſſa † & Monia- 61
les ſemper habuerunt animum retinẽdi poſſeſſionem, & ita conſtat ex dicta amotione, & conſtat etiam ex pluribus dictis & factis earum: at vero retinens poſſeſſionem, quam nunquam amiſit, poteſt ingredi, & continuare naturalem & tollere impedimenta, Bar. *in l. 1. §. interdum. num. 3. ff. vti poſſidetis,* & cum Ripa & Afflicto & aliis Menoch. *conſi. 104. nu. 8. lib. 1. & in tract. de recuperand. vel retinend poſſeſſi. rem. 9. n. 194.* Pariſ. *conſ. 24. l. 1.* Menoch. *conſi. ſecundo, numero 181. & 366. libro primo.*

Imo & proteſtatio, quam † fecit Vi- 62
carius Monaſterii contra dictam inſtitutionem, poſſeſſionem earum conſeruauit, vt per Menochium, *dict. conſil. 104. numer. 79.* licet in proteſtatione contrarium tenuerit Ioannes. Garz. *in tract. de nobilitate, gloſſa. 5. a num. 5. cum ſequentibus,* ſed debet intelligi eius opinio, quando actus eſt omnino contrarius proteſtationi tunc actus, ſi ſortitur effectum, vincit poteſtationem, & per eum amittitur poſſeſſio: Si vero actus ſit ambiguus, declarat ipſum actum, & in præſenti caſu actus inſtitutionis eſt ambiguus, vt infra dicetur, & conſtat ex tex. & ibi notatis, *in l. at ſi quis, §. plerique, ff. de religio. & ſumptibus funer.* & notant Bart. & authores, *in leg. 4. §. morte, ff de noui oper. nuntia.* Ripa & omnes, *in c. cũ M. Ferrar. de cõſtit.* Philip. Fran. *in ca. ſolicitud. de appellat.* & hoc eſt, ꝙ voluit dicere Meno. *vbi ſup.*

& ſiç

& ſic debent intelligi, quę Ioannes Garzias notat. Nam in præſenti caſu, ex declaratione colligitur animus retinendæ poſſeſſionis, quæ animo conſeruatur. Igitur ad propoſitum, ſi dicta Abbatiſſa & Moniales retinent poſſeſſionem, & poſſunt continuate & intrare, & occupare naturalem, poterunt amouere dictum Vicariũ, quia earum poſſeſſio conſiſtit in hoc.

64 Quinto, dicta inſtitutio † nulla fuit, qa fuit contra formam Vnionis: at verò per inſtitutionẽ nullã, non dicũtur turbatæ dictæ Moniales in poſſeſſione amouendi & nominandi Vicarium, quẽadmodum per Collationem nullam nõ turbatur Patronus in poſſeſſione præſentandi, vt per Virginium Bocatium, *in dict. titu. cap. 11. num. 39.* Decius, *conſi. 126.* Cald. *conſi. 15.* Igitur habent poſſeſſionem.

65 Sexto, dictus † Rector ſi poſſidet dictam Vicariam, vt perpetuam, ignorantibus dictis Monialibus, poſſidet eam vi & clam. At verò poſſeſſio clandeſtina non tuetur poſſeſſionem lite pendente, vt per Francum, *in cap. cum perſonæ, §. quod ſi tales, numero 3. de priuileg. in 6.* & idẽ Virginius, *cap. 3. num. 3.* & eſt tex *in l. 1. ff. vti poſſidet.*

66 Imo Antiquior † poſſeſſor manu tenetur, ſi non amiſit ciuilẽm, contra Iuniorem poſſidentem vi, clam, vel precario, vt per Menoch. *in tract. de retinend. vel recuperand. poſſeſſion. reme. 3. numero 303.* Virginius, *in dict. tract. cap. 10. num. 7.*

67 Nec dicitur † attentare, qui continuat ſuam ciuilem poſſeſſionem, & expellit habentem naturalem, Abb *in cap. cum veniſſent, de reſtit. ſpol.* & cum Pariſ. & aliis, id notat & ſequitur Robertus Lãcellot. *in ſuo famoſo tract. de attentatis, lite pendente, limitatione prima, numero 65.* Ergo dictæ Moniales manu tenendæ ſunt, & non Vicarius.

68 Septimo, dictus † Vicarius fuit nominatus a dicta Abbatiſſa & Monialibus, vt Vicarius ad nutum amobilis: Igitur, vt talis, nomine ipſarum poſſidebat, & ſic erat tanquam precario poſſidens, & non debet manu teneri in ſua poſſeſſione, contra verum Dominum, *vt in dict. leg. 1. §. fina. ff. vti poſſide.* notat P. P. Pariſius *conſilio. 112. numero 69. libro primo,* Ioannes Botta, *conſi. 42 numero 8.* Menoch. *in tractat. de retinend. poſſeſ. remed. 2.* Francus, *in dict. §. quod ſi tales, num. 3.*

Octauo, inſtitutio non † arguit perpetuitatem, quia dictus Vicarius nominatus fuit, vt temporalis, & ad nutum amobilis: at vero in beneficijs, quæ conferuntur ad beneplacitum, inſtitutio nõ arguit perpetuitatem, ex Franco, *in dict. cap. 1. de capellis Monachorum, in 6. numero quinto.* Tunc enim inſtitutio fit ex ſuperabundanti: ſimile videmus in Monacho nominato ad Prioratum, nã licet illi conferatur, vel inſtituatur in eo, nõ ideo efficitur perpetuus, ſed quandocũque poteſt reuocari ad clauſtrum, ex notatis, *in dicta. Clementina 1. de ſupplend. negligentia prælat. & in dicto. §. cæterum.* Igitur Vicarius nõ debet manu teneri. Sed hæc ratio ſuſpecta eſt, & de ea non eſt curandum, licet in præſenti caſu poſſit admitti, ob naturam Vicariæ, quæ ex conſuetudine & priuilegijs eſt ad nutum amobilis, & inſtitutio ſequitur naturam beneficij. Et ſic procedunt, quę Francus notat, & in caſu dubij iudicatur Vicaria perpetua, ex inſtitutione, & ſic procedit tex. *in dict. c. 1.* 69

Vltimo facit, quia † locum tenens Vicarius ad nutum amobilis, precario poſſidens non debet manu teneri, lite pendente, notat Rebuff. *in loco citato, in §. 2. numero 34.* Igitur nec Vicarius, de quo agimus. 70

Et hanc opinionem † tenendo, non obſtant contraria: nam ad primum reſpondeo: quod ex dicto actu inſtitutionis, nec Monaſterium amiſit ſuam poſſeſſionem, nec acquiſiuit Vicarius, niſi ſaltem clandeſtinam, *vt dictum eſt.* 71

Ad ſecundum † reſpondeo: quod dictus Vicarius nõ poterat manu teneri contra ipſum Monaſterium; quia poſſidebat ab eo precario: & ſi aliter ſibi mutuauit poſſeſſionem, fuit clandeſtine & ſine ſcientia Monaſterij. 72

Ad tertium † reſpodetur: quod negatur, dictum Monaſterium ſciuiſſe dictum 73

ctum Vicariũ poſſidete, vt perpetuum: quod patet; quia poſtquam intellexit, quod ipſe ſe iactabat de eo, amouit eum.

74 Ex quibus concludo, quod† dictum Monaſterium poſſidet adhuc dictã Vicariam, vt ad nutum amobilem, & lite pendẽte, debet manu teneri in eius poſſione, & Vicarius non poteſt Officium exercere.

75 Nec poteſt Epiſcopus,† virtute dicti Concilii, maxime ſecluſa appellatione dictarum Abbariſſæ & Monialium, eum facere perpetuum. Primo; quia adhuc nunquam fecit, & ſi nunc vult facere, inueniet incapacem; quia amotum à dicto Monaſterio, & nõ poteſt eum denuo creare Vicarium, abſque præſentatione Monaſterii, vt notatur, *in d.cap.1.* & declarauit dicta Congregatio, *vt dictum eſt:* tum etiam; quia Epiſcopus non viſitando, non poteſt procedere, appellatione remota, & dict. deciſio loquitur de Epiſcopo viſitante, & ita intelligit Robert. Lancell. *in tract. de attentat. appellat. pendente, limit. 8.*

76 Tum etiam; quia† Epiſcopus non poteſt pcedere appellatione remota, quãdo appellatio eſt legitima, & ex legitimis & concludentibus cauſis; quia clauſula, *Appellatione remota*, ſolum tollit appellationes friuolas, quæ ſunt directe contra diſpoſitionem legis, vt per Imol. *in cap. vt debitus, num. 9. de appellatio.* notat Robertus Lancellot. *in tract. de attentatis, appellatione pendente, limitat. 8. num. 40.* & Balbus, *libr. 1. communionum opinionum; tit. 20. num. 104.* allegat Bart. *in leg. 1. §. interdum, ff. à quibus appellare non liceat*, allegat etiam Hoſtienſem, Bald. Salyc. & alios.

77 Et dicta clauſula, *Etiam*, non† extenditur ad contradicentes, de iure, & non de facto, gloſ. & omnes, *in cap. pro illorum, de prabend.* Felyn. & Decius, *in cap. ſuper eo, de officio Delegat.* & eſt communis, vt per dictum Robert. Lancell. *vbi ſupra; num. 41.*

78 Confirmatur; quia† Epiſcopus, exequendo dictam deciſionem, in caſibus, in ea nõ comprehenſis, excedit: at vero licet alias remoueatur appellatio, ſemper tamen in omni cauſa conceditur, ratione exceſſus, & cauſantur attentata, ex Pariſ. eleganter, *conſ. 82. num. 12. lib. 4.* & tradunt ſcribentes, *in l. ab executore, ff. de appell. & in l. ab executione, C. quorum appellat. non recipiantur*, & notat late cum aliis infinitis idem Lancellot. *in d. tract. de attent. appellat. pendente, limit. 53. à num. 23. tum ſequentibus.*

Confirmatur† etiam à ſimili; quia licet Epiſcopus, virtute Concilii, propter præſumptionẽ, quam pro ſe habet, poſſit viſitare omnes de Diœceſi, & eorum appellatio nõ cauſet attẽtata; quia ipſe cõtinuat ſuam poſſeſſionem; & quia eſt remota appellatio: tamen, ſi allegatur ſibi aliqua rationabilis cauſa exemptionis, quæ impediat viſitationem, & de ea fiat ſibi fides, tenetur deferre appellationi, & interim ſupſedere, & appellatio cauſat attentata, & ſic ſemper fuit deciſum in Rota, vt per dict. Rob. Lancellot. *in d. tract. de attent. tit. de attentatis, lite pendente, limit. 1. à nu. 48. cum ſequentibus*, Anton. Gabr. *in ſuis communibus concluſionibus, libr. 5. titul. de acquirend. poſſeſſ. concluſ. 6. num. 1.* Et iſti plures allegant, qui omnes cõcludunt, quod iuſtificatio appellationis cauſat attentata, nõ obſtante remotione appellationis. 79

Ex quibus etiam† concludo, quod Epiſcopus non poteſt ſimpliciter procedere, ad executionem dictæ deciſionis, & poſitionem Vicarii perpetui, non auditis partibus, & quod tenetur audire, & deferre appellationi, & ſuſpendere executionem, quando eſt iuſtificata ex eo, quod ſimus in caſu non comprehenſo in dicta deciſione, *ex ſupra dictis.* Et ſic finitur hæc quæſtio. 80

QVÆSTIO XI.

VTrum Fideiuſſor, qui ſe obligauit, tanquam principalis, faciẽdo de debito alieno ſuum proprium, & in defectum, quod principalis non ſoluat, tunc an

M etiam

etiam per inſtrumentum Guarentigium, poſſit executari non facta excuſſione in bonis principalis debitoris, ſuppoſito, quod ſe obligauit ſolus in ſeparato inſtrumento, & non renuntiauit diſpoſitioni Authenticæ præſenti de Fideiuſſor.

SVMMARIA.

1 *Obligans ſe pro alio, vt principalis, an poſſit conueniri, abſque excuſſione?*

2 *Obligans ſe ſub conditione, ſi alius non ſoluerit, an poſſit conueniri, abſque excuſſione?*

4 *Exceptio excuſſionis, an in his Regnis admittatur?*

5 *Exceptio excuſſionis, an admittatur, contra executionem inſtrumenti Guarentigii.*

6 *Clauſula ſolita apponi de ſtylo Notariorũ, an ſemper fingatur appoſita? & an idem de exceptione excuſſionis? ibi, & num. 7. num. 43. & 44. & 45. vbi declaratur, an id procedat in his Regnis,* ex l. 13. tit. 25. lib. 4. Recompil.

14 *Fideiuſſor, qui ſe obligauit, vt principalis, & ſi principalis non ſoluerit, quomodo poſſit conueniri? ibi, & nu. 15. 16.*

17 *Mandator, Sponſor, & Conſtitutarius, quomodo poſſint conueniri? ibi, & nu. 18. & 19. & nu. 20. 21. 22. 23. & nu. 24.*

25 *Fideiuſſor obligans ſe ſimul cum Reo, an habeat beneficium excuſſionis, & declaratur tex.* in l. Fideiuſſor. §. fin. ff. de Fideiuſſor. *nu. 27. & 28.*

32 *Executio, an poſſit peti ſimul contra principalem Fideiuſſorem, qui non poteſt conueniri, abſq; excuſſione, & quid ſi in proceſſu conſtet, quod Reus non eſt idoneus? ibi, nu. 33.*

44 *Tex.* in cap. cum M. Ferrarienſis de Conſtitutio. *declaratur.*

46 *Fideiuſſor conuentus in via ordinaria, an poſſit compelli ad ſoluendum, ſine excuſſione, etiamſi renuntiatio non ſit appoſita, probando, quod ſolet apponi in ſcripturis.*

48 *Obligans ſe, vt principalis, renuntiat excuſſioni, ibi, & nu. 49. 50. 51. & 52. & declaratur Crauetta*, conſil. 263. *nu. 53. 54. & num. 55.*

PRIMO † pro parte affirma- 1
tiua, quod non ſit neceſſaria excuſſio: primo facit; quia ſi excuſſio eſſet neceſſaria, de nihilo ſeruiret facere de debito alieno proprium, & obligare ſe, vt principalem, quæ verba ſonant: quod Fideiuſſor ipſe ſit Conſtitutor, & proprius & verus debitor ſine adiutorio alterius, & nihil operarentur, ſi excuſſio eſſet neceſſaria: nam tunc nõ eſſet Principalis debitor & Proprius, ſed Acceſſorius, & in defectum alterius, & intercedens pro debito alieno, ac vero in inſtrumentis nulla verba debent inſeri, ſine virtute aliquid operandi, & verba, quantumuis minima, debẽt habere virtutem aliquid operandi, vt dicit Bal. *in Rubric. C. de contrah. empt. q. 7.* cuius doctrinã Alex. in plurib. conſiliis ſequitur quæ refert Hyppolitus, *in Rubrica de Fideiuſſor. num. 64.* Decius, *conſil. 99. num. 3.* Ioannes Botta cum Beccio, & aliis, *conſil. 92. nu. 27.* Igitur non erit neceſſaria.

Secundo facit: Fideiuſſor obligauit 2
ſe cõditionaliter, ſi Principalis non ſoluerit; igitur impleta conditione, quia Principalis ſoluere non vult, tenetur Fideiuſſor, ex natura actus, abſque aliqua excuſſione, ſoluere: ita arguit Ripa, *in l. ſi ſtipulatus, num. 30. & 31. ff. de verbor. obligat.*

Nec obſtat, † quod Fideiuſſor ſemper 3
eſt obligatus, ſub dicta conditione, quæ tacite ſubintelligitur à lege, & nihilominus, ſi non ſoluat, non poteſt conueniri, abſque excuſſione; ergo idem erit, quando exprimitur ipſa conditio; quia taciti & expreſſi, idem eſt iudicium, *ex l. cum quid, ff. ſi cert. peta.* Nam reſpondet ipſe Ripa, quod aliter exprimitur ipſa conditio, quam inſit: tacita enim ſolum obligat Fideiuſſorem, in caſu impotentiæ rei Principalis, facta excuſſione, expreſſa vero obligat in caſu voluntatis ipſius Fideiuſſoris; ergo reddit

dit obligationem conditionalem, *argu. text. in l. ſi ita, §. illi ſi volet, ff. de Leg. 1.*

4 Tertio facit, quia † in his Regnis, ex legibus huius Regni, & particulariter *ex lege decima, titulo decimo ſeptimo, libro quarto Recompilationis*, proceditur comperta veritate, omiſſis Apicibus iuris; at vero exceptio excuſſionis eſt de Apicibus iuris; quia eſt exceptio Ordinis, gl. *in leg. ſi Mancipium, §. primo, ff. de euictio.* Igitur non debet admitti in hoc iudicio: & ea nõ obſtante poteſt Fideiuſſor executari aut conueniri, vt vult Bart. *in dict. §. primo*, Romanus, & ibi elegans Additio, *conſil. 430.* Alexander, *conſilio. 58. libro quinto*, Aufrerius, *in deciſione Capellæ Toloſana. 197.* Socinus, *conſil. vigeſimo quarto, libro primo*, & cum Boerio, Decio, Croto, & aliis, communem dicit Antonius Gabriel. *in ſuis communibus concluſionibus, libro tertio, titulo, de Fideiuſſoribus, numero, 65.* & communem dicit, etiàm plures Authores referendo, Octauia. Ojaſcus, *deciſione. 2. per totam*, communem etiam dicit Præſes Anton. Theſa. *deciſio. Pedam. 52.*

5 Quarto facit, quia † in præſenti quæſtione Fideiuſſor fuit obligatus per inſtrumentum Guarentigium, cõtra eius executionem, ſolum certæ exceptiones admittuntur, ex legibus huius Regni, *1. & 2. tit. 21. lib. 4. Recompil.* at vero quando Fideiuſſor eſt obligatus per inſtrumentum Guarentigium, habet executionem paratam, non poteſt opponere exceptionem excuſſionis, ad differendam ſolutionem, ita notabiliter declarat Paul. *in leg. ſi dubitet, §. 1. nu 3. ff. de Fideiuſſor.* quem in excuſſione ſequitur Socin. *dict. conſil. 24. in fin.* & cum Angel. Bald. & aliis Anton. Gab. *vbi ſupra, num. 78.* & veriorem opinionem exiſtimat Acebed. licet ipſe in contrarium declinet, *in dict. l. 1. num. 178. tit. 21. lib. 4. Recompil.* tenet etiam in terminis Benedictus de Plumbino, *in tract. de diſcuſſionibus, num. 3.* & Benedictus de Barzis, *in tract. de Guarentigiis. 2. part. queſt. 14.* Anton. Maſa. *tractat. de oblig. in forma Cameræ, tit. de perſona petentis executionem, num. 5.* Meneſſ. *in leg. 1. n. 43. C. de iur. & facti ignoran.* idq; magis habet locum ex legibus huius Regni, *de quibus ſupra*, in quibus numerantur exceptiones, quæ opponuntur contra inſtrumentum Guarentigium, & tamen non numeratur exceptio excuſſionis, quæ fuit ratio Angeli conſulentis, & citati à Paulo, & ſupra dictis. Igitur non poteſt opponere dictus Fideiuſſor, de quo agitur.

Quinto & vltimo facit, quia, † vt 6
pluſquam notum eſt, de ſtylo & cõſuetudine Notariorum huius Regni, ſemper in obligationibus à Fideiuſſoribus confectis, ſiue per ſe, ſiue cũ aliis factas, ponitur Renuntiatio excuſſionis: *& Authentica præſente, C. de Fideiuſſor.* Igitur, etſi in præſenti quæſtione non fuerit appoſita, cenſetur ac ſi fuiſſet appoſita & expreſſa, *argu. text. in l. quod ſi nolit, §. quia aſſidua, ff. de Ædili. edict. & in l. fin. & ibi gloſſ. C. de Fideiuſſor.* Et Notarius ſemper intelligitur rogatus apponere clauſulas conſtitutas, vt per Bald. *in dict. leg. fin.* Decius, & Cagnolus, *in l. ſemper in ſtipulationib. ff. de regul. iur.* docet cum pluribus Couart. *in Rub. de teſtament part. 2. numer. 14.* latiſſime cum infinitis allegationibus, Anton. Gab. *tractat. commun. opinio. lib. 6. de conſuetud. cap. 3. à prin.* Thomas Grammaticus, *deciſ. 62.* Menoch. *conſil. 37. à num. 31. lib. 1.* Maſcard. *in tract. de probatio. part. 2. concluſ. 1103. à princip. cum ſequentibus.* Præſes Antonius Theſaurus, *in ſuis deciſ. Pedemontanis, deciſione. 58. num. 7.* Franciſ. Mantica, *in tract. de coniecturis vltimarum voluntatum, libr. primo, titul. 9. nu. 2.* Tum † etiam, quia intelligitur 7
rogatus apponere clauſulas conſuetas, ſi non apponat, & ſi ſine eis inſtrumentũ abſoluat, & parti tradat, perinde habetur, ac ſi in eo ipſo conſuetæ clauſulæ eſſent expreſſæ, ita concludit Socin. *in l. Gallus. §. idem credendum, in fin. ff. de liber. & poſthum.* & Iaſo. ibi, *num. 2.* Idem Iaſ. *in l. Argentarius, num. 8. ff. de edend. & in leg. certi condictio, §. ſi Nummos, ff. ſi cert. peta.* Rip. poſt Felyn. & Decium, *in c. cum M. Ferrarienſis, per text. ibi, à n. 39. cum ſequentibus, de conſtitutio.* Socin. Iun. *in l. hæc verba, nũ. 44. ff. de lega. 1.* idem *conſil. 69. à nu. 33.*

lib.4. Mantica, *vbi ſup.nu.2.* Anton. Gab. qui plures auctoritates confuſe & male citatas allegat, *vbi ſup.num.35.* omnes allegant Bald. *in dict.l.fin.* qui ſolum dicit, quod Notarius intelligitur ſemper rogatus apponere clauſulas conſuetas, non tamen dicit, quod habeantur pro expreſſis, allegant etiam Bart. & alias auctoritates, quæ dicunt, quod contractus debet intelligi, & regulari ſecundũ conſuetudinem, & allegant, *dict.l.fin.& dict.* *§. quia aſſidua*, quod ſi verum eſt, vtile eſt ad intellectum, *leg.13. titul.25. libr.4. Recompil.* licet illius Gloſſator Acebed. non attigerit. Hæc ſunt argumenta, quę pro hac parte fieri poſſunt: licet nullus Authorum, ex his, qui eam tuentur, ea in ſuæ opinionis comprobationem integre adduxerit.

8 Et hanc † opinionem, quando Fideiuſſor ſe conſtituit principalem debitorem, & fecit de debito alieno ſuum proprium, tenuit contra plures Hyppolit. *vt in dict. Rub. de Fideiuſſor.num.62.* & per Tranſennam ſequitur Franciſcus Marcus, *deciſione,1602.num.3 partit.1.* & Matthæus Colerius, *in tract. de proceſſibus executiuis, libr 1. cap.10. à num.255.cum ſequentibus,* Andr. Gaſl. *lib.2.practicarum. quaſt. obſeruatione.28.n.2.&6.* Ioan. Ancharan. Iunior, *in ſuis quaſtionibus familiaribus, lib. 1.quaſt.32.num.9.* Marcus Anton. Narra. *conſil.345.num.3.* Gualder. *in tractat. de arte teſtandi titul.6.cautela.30.num.2.* Ioann. Botta, cum Paulo & aliis, *conſil.48.num. 3.* & plures ex his affirmant, praxin firmare hanc opinionem, & fundantur in verbis Fideiuſſionis, ibi, *Principalis debitor,* & ibi, *Faciendo de debito alieno ſuum pro-*
9 *prium.* Et quando † Fideiuſſor ſe obligauit ſub conditione, ſi principalis non ſoluerit: eãdem opinionem tenuit Rip. *in d.l.ſi ita ſtipulatus, num.51.* & Duennas, *in regul.335. num.12.* & licet Duennas & Emanuel Xuarez, *in Additionibus, ad Anton. Gom. in tom.2. de contractibus, cap. 13.num.2.litera D.* alios auctores allegauerint, hanc opinionem tenentes, non tamen ita expreſſe tenent.

10 Tum etiam; † quando Fideiuſſor eſt obligatus per inſtrumentum Guarentigium, & proceditur de plano, veritate comperta, omiſſis iuris Apicibus, eandem opinionem tenuerunt auctores, quos citauimus ſupra, *num.4.&5.* & infiniti ab eis allegati.

Contrariam tamen opinionem, quo- 11
ad primam partem, de qua ſupra tenuit gloſſ. celebris, *in Authen. de Fideiuſſorib. §. ſi quis igitur, verbo, Fideiuſſorem, in fin. collat.1.* quam inibi Ange. ſequitur, & Alexand. *in Additione ad Barb. in Rubric ff. iudicatum ſolui, verſ. quærit.* Dynus, & Practicus Ferrar. *in Forma libelli contra plures Reos debendi, num.4.5.&6.* Speculator, *in tit. de Renuntiatione. §.1.* Azo, *in ſumma, C. de Fideiuſſorib.* & communem dicit Antonius Gab. *in ſuis concluſionibus communibus, lib.3. de Fideiuſſor. num.27.&28.* Et quando Fideiuſſor ſe obligauit ſolus, & in ſeparata ſcriptura, eandem opinionem tenuit Alexand. *conſil.29.num.36. lib.7.& conſil.32.lib.4.& deciſio Genua.78. num.2.* Pariſ. *conſil.110.num.13.libr.1.* Paul. *in l.2.§.1.ff. de duobus Reis.* Iaſ. *conſ.58.lib.3.* Duennas. *regu.335.limitat.5.* Gregor. Lopez. *in l.9.tit.12.part.5.& in l.57. tit.18.par. 3.* Xuarez. *in l. poſt rem iudicatam, prima limi. ad legem Regiam, num.14.* Acebed. *vbi ſupra,* & nouiſſime cum Greg. & Duennas, & Gutierrez, *in tract. de Iuramento cõfir.1.p.c.23.nu.8.* & ex recentioribus, Weſembecius, *conſil.10.num.2.lib.1.* & Præſes Antonius Theſaurus, *deciſio.166.num.6.* qui dicit ſic iudicatum in Senatu Pedẽmontano, poſt longam diſputationem.

Et quoad ſecundam † partem, de qua 12
etiam ſupra, eandem opinionem contrariam & negatiuam, imo, quod non poſſit conueniri nec executari Fideiuſſor, non facta excuſſione, etiamſi principalis nollet ſoluere, tenet Paul. de Caſtro, *in l. Fideiuſſor. obligari. §. fin. n.2. verſic. itẽ oppono.2.ff. de Fideiuſſor.* quem ſequuntur Anton. Gomez. & Emanuel Xuarez, *vbi ſupra.*

Tum etiam, quoad † tertiam partem, 13
imo quod etiam, quando proceditur, ſolũ comperta veritate, admittatur exceptio excuſſionis, eandẽ & cõtrariam opinionẽ tenuit doctiſſimus Philippus Corneus, *conſ.55.n.28.lib.3.* quẽ ſequitur De-

Digitized by Google

Decius, *in l.fi.ff.ſi cert.pet.* & cum ſequun-
tur Georgius, Natta, Purpuratus, Clau-
dius, Iaſ. Felyn. & alii allegati ab Anton.
Gabr. *d.tit.de Fideiuſſor.num.65.* ſequitur
etiam Anton. de Fano, *in tract. de pigno-
ribus.8.part.membro.1.nu.82.* Hyppolitus,
*vbi ſupra, num.12.deciſio Genuæ.87.& 90.&
91.* Ronchegallius, *in leg.3.§.vbi duo, à
num:123.ff.de duobus Reis*, ſequitur etiam
plura allegans, Ojaſcus, *deciſione Pede-
mon.2.* qui dicit, quod Iudices appella-
tionum ſolent ſequi hanc opinionem,
licet ipſe diſtinguat inter Fideiuſſorem,
& Tertium poſſeſſorem, & in primo pu-
tet nõ admitti exceptionem, in alio ſic:
quia non eſt de Apicibus iuris, ſed de æ-
quitate, vt infra dicetur, & idem faciunt
plures ab eo relati, eandem etiã opinio-
nem ſequitur dictus Præſes Theſaurus,
deciſio.52. qui dicit, q̃ licet Senatus Pede-
montanus ſæpe iudicauerit pro contra-
ria, tamen hæc frequentius practicatur.

Præterea, quod admittatur † contra
14 inſtrumentum Guarentigiũ, ſentit A-
cebed. *vbi ſupra*, quod non negarent
Xuarez & Gutierrez, quos citauimus,
ſup.quæſt.5.num.74. concludentes omnes
legitimas exceptiones admitti intra de-
cem dies oppoſitionis, in via executiua,
ſi intra eos liquidentur, & non negat A-
uen. *in declaratione ad d. l.4. & 5. titul. De
las exceptiones, nu.28.* qui admittit omnes
exceptiones, quæ oriuntur ex natura a-
ctus & obligationis, quæ geritur, prout
eſt hæc exceptio excuſſionis.

15 Fundatur hæc † opinio, quoad dictam
primam partem ab Accurſio, *vbi ſupra*,
ſcilicet, quia eadem eſt ratio Fideiuſſo-
ris ſimpliciter, & Fideiuſſoris, qui ſe ob-
ligat, vt Principalis: quia cum ambo ſe
obligent pro debito alieno, & in nullo
eorum nouetur obligatio Rei principa-
lis, ſed ſemper remaneat in ſuo vigore,
ambo ſunt Fideiuſſores, & vbi eſt eadem
ratio, debet eſſe idem ius, *l.illud, ff. ad l.A-
quil.* Igitur debet fieri excuſſio in iſto,
ſicut in illo.

16 Secundo fundatur, quod † eadẽ æqui-
tas, quæ militat in Fideiuſſore ſimpli-
ci, ſcilicet, ne moleſtetur pro Principa-
li exiſtente eo ſoluendo, eadem etiam
militat in iſto Fideiuſſore, Ergo eadem
diſpoſitio debet eſſe. Hæc ſunt Funda-
menta à gloſſ. tradita, & Doctores, qui
eam ſequuntur, nulla alia addunt.

Sed ego vltra † eos corroboro opinio- 17
nẽ; quia iſte Fideiuſſor, de quo in The-
mate quæſtionis, obligauit ſe, vt Fide-
iuſſor, licet fecerit de debito alieno ſuũ
propriũ: at vero, ex actus natura, Fide-
iuſſor habet priuilegium excuſſionis. I-
gitur aut non erit Fideiuſſor, quod re-
pugnat obligationi, & verbis obligatio-
nis, aut ſi eſt, ne inducatur repugnantia,
debet habere priuilegiũ Fideiuſſorum,
prout eſt beneficiũ excuſſionis, & ver-
ba illa (*vt principalis, & de faciendo debitum
proprium*) poſſunt intelligi in caſu, quo
Reus obligationis, facta excuſſione, non
ſoluat debitum.

Secundo corroboro, quia † iſte, qui ſe 17
obligat, vt Principalis, pro debito alie-
no non nouando, nec ſuſcipiendo ſuo
periculo, eſt ſicut Conſtitutarius, qui
ſe conſtituit ſoluturũ, quod alius debet,
ex tit.C.& ff.de conſtit.pecunia, & faciunt,
quæ notat Rota Genuenſis, *deciſion.4.
num.20.& 21.* & ille gaudet beneficio ex-
cuſſionis, *ex dicta gloſſ.& §.ſi quis igitur:* i-
dem ergo erit dicendum, in Fideiuſſo-
re; quia valet argumentum de Conſti-
tutario ad Fideiuſſorem, & econtra, *ex
d.l.fin.& ex d.gloſſ.verbo, Fideiuſſorem.*

Tertio corroboro; quia † text. *in d.§.ſi 18
quis igitur*, idem, quod in Fideiuſſore, de-
terminat in Mandatore & Sponſore: at
vero iſti, vt Principales, ſe obligant. Igi-
tur idem erit in quolibet Fideiuſſore.

Sed ſi bene & † cum iudicio cõſide- 19
res, Lector optime, argumenta hæc non
concludunt. Nam ad primũ, negamus
eſſe eandem rationem vtriuſque Fide-
iuſſoris; Fideiuſſor enim, qui ſe obligat
ſimpliciter, obligat ſe pro alio, & in de-
fectum alterius. Vnde ex natura actus,
& præſumpta contrahentium volunta-
te, Prima obligatio & Principalis, eſt
Rei principalis; altera vero eſt Acceſſo-
ria. Vnde nimirum, ſi æquitas dictæ Au-
thenticæ interpretata fuerit, quód pri-
mo cõueniátur Principalis, & poſt Ac-
ceſſorius; nam ex ordine obligationum

M 3 con-

coniecturatur idem ordo in voluntate
contrahentium, & quia moleſtum erat,
eum, qui ſe pro alio obligauit, illico ve-
xári, exiſtente ſuo Principali ſoluendo,
ad quod habuit reſpectum dictus obli-
20 gãs. Fideiuſſor † veto, qui ſe obligauit, vt
Principalis, & fecit de debito alieno ſuũ
proprium, licet ipſe ſe obliget pro alio,
etiã ſe obligat pro ſe, & vt proprius De-
bitor. Vnde ex eius voluntate, quæ ex
verbis apparet, non habet reſpectum ad
Ptincipalem, neq; ad excuſſionem faci-
endam; ſed ad ſe obligandum, & ſoluen-
dũ debitum, vt Principalis, & per con-
ſequẽs, tacitæ excuſſioni renuntiat, imo
in neceſſariam conſequentiam, alias de
nihilo ſeruirent verba: ex quibus etiam
diſſoluitur argumenrũ de æquirare. Nã
21 æquitas † non militat cõtra voluntatem
contrahentiũ, quæ ex verbis colligitur.

22 Hæc etiam † prima corroboratio ob-
ſtabit, ſi conſideres, non eſſe annexum
Fideiuſſioni beneficium excuſſionis: i-
mo eſſe admodum ſeparabilia, quod ap-
paret, quia Iure antiquo Fideiuſſores e-
rant, & tamen dictum beneficium non
habebant, & hodie, ſi renuntiant, nõ ha-
bent, & etiam ſemper Fideiuſſores ma-
nent. Igitur bene poteſt eſſe quis Fide-
iuſſor, & teneri, vt Principalis; quia hoc
non repugnat naturæ Fideiuſſionis.

23 Ex quo apparet † impertinens eſſe,
quod gloſ. Alex. & alii ſupra dicti requi-
runt, ad hoc, quod Conſtituens ſe pro
Principali, non habeat beneficium ex-
cuſſionis, ſcilicet, quod debitum noue-
tur, & Reus liberetur pet nouationem à
prima obligatione, id enim minime ne-
ceſſarium eſt, ſed ſufficit, quod appareat
voluntas volentis ſoluere, abſque excuſ-
ſione, quod veriſſimum iudico.

24 Nec etiam obſtat ſecunda † corrobo-
ratio: quippe, qui Conſtitutarius pro ali-
eno debito ſe obligat, vt Fideiuſſor, & id
etiam facit Sponſor & Mandator, vt gl.
vbi ſupra, & Hyppolit. *in d. Rubr. in princi.*
fatentur. Vnde valde differunt à Fide-
iuſſore pro Principali ſe obligante, nec
in Conſtitutario eſt expeditum, an ha-
beat beneficiũ excuſſionis, id enim nul-
lo iure probatur, & *d. l. fin.* ſolum in be-
neficio diuiſionis loquitur, & non in be-
neficio excuſſionis, & ſic reſpondetur
etiam ad tertiam corroborationem. Et
quis ſit Sponſor, Mandans, Conſtitura-
rius, qui habentur, vt Fideiuſſores, po-
nit, *l. 6. tit. 12. part. 5.*

Tandem ex his omnibus † etiam ap- 25
paret, nullo iure fundati differentiam,
quam Alex. *in dictis conſiliis*, quem omnes
ſequuntur, ponit, ſcilicet, an Fideiuſſor,
qui, vt Principalis, ſe obligauit: obliga-
bit ſe ſimul cum Reo, & tunc non habe-
at beneficium excuſſionis, aut vero ſe
obligauit ſolui, & in ſcriptura ſeparatã,
& tunc habeat. Quæ certe differentia,
ex ſolo eorũ capite proceſſit, quod ap-
paret, quia aut Fideiuſſot ſe obligauit
ſimul cum Reo, vt Principalis, & non
vt Fideiſſor, & tunc ambo ſunt duo
Rei, & non eſt dubitandum, quod non
habeant beneficium excuſſionis, aut
vero ſe obligauit, vt fideiuſſot, & ſempet
exiſtat Fideiuſſot; & tunc nõ video; quæ
differentia ſit inter eum, & alium, qui ſe-
paratim obligatur, ambo enim ſunt Fi-
deiuſſores: pone enim, quod Fideiuſſor
ſe obliget cũ Reo, vt Fideiuſſor, & quod
non renũtiet excuſſioni tacite neq; ex-
preſſe: tunc nemo ſani capitis dicet, ꝙ
non competat illi beneficium excuſſio-
nis: aut vero renuntiet, & tunc illi non
competit, non ex coniunctione cũ Reo:
ſed ex renuntiatione racita aut expreſ-
ſa. Igitur retentis iiſdem terminis idem
etit, ſi ſeparatim obligetur.

Vides igitur † quam fragilia ſint huius 26
opinionis Fundamenta.

Quoad ſecundam † vero partẽ Paul. 27
Caſtrenſis, qui Anteſignanus huius fa-
ctionis fuit, nullum Fundamentum, nec
rationes nobis indicauit: ſed ex eius di-
ctis colligi poteſt, vna & ſola ratio, ſcili-
cet, quod Fideiuſſor, qui ſe obligauit ſub
conditione, ſi Reus non ſoluerit, vere &
proprie fuerit Fideiuſſor, *vt in d. l. fideiuſ-
ſor. §. fin. ff. de Fideiuſſ.* Vnde cum tex. *in d.
Authentic. præſente*, loquatur genetalitet
de Fideiuſſote, de illo etiam debet intel-
ligi.

Sed hæc ratio † etiam non concludit: 28
nam ex illo textu apparet, quod condi-
tio

Digitized by Google

tio illa, *ſi Reus non ſoluerit*, verificatur &
impletur, facta interpellatione Reo
principali, & eo non ſoluente, & ex tũc
renetur Fideiuſſor non tantum ex na-
tura Fideiuſſionis, quam ex vi contra-
ctus. Ex quo conſtat non habuiſſe re-
ſpectum ad Reum principalem: ſed ad
implementum conditionis: & ſic ex vo-
luntate tacita viſus eſt renuntiare pri-
uilegio dictæ Authenticæ, vt in illo caſu
diximus. Neque obſtat generalitas di-
ctæ Authenticæ: nam non intelligitur,
quando Fideiuſſor expreſſe vel tacite
excuſſioni renuntiat, vt omnes ibi fa-
tentur.

29 Præterea quoad † tertiam partem; in
articulo de Apicibus iuris, Fundamen-
tum eorum præcipuum eſt, quod aut
conſideramus excuſſionem, quoad or-
dinem, ſcilicet, quod de neceſſitate, ſi-
ue Reus fuerit idoneus ſiue non, præce-
dat excuſſio, & ſententia ſuper excuſſi-
one, & tunc exceptio excuſſionis eſt de
Apicibus iuris. Et ita procedit gloſſ. ſu-
pra allegata, & non curatur de ea, quan-
do proceditur comperta veritate: aut
vero conſideramus eam; quoad ſub-
ſtantiam veritatis, & iuſtitiam partis,
ſcilicet, quod nõ moleſtetur, Reo exi-
ſtente ſoluendo, hoc probato: & tunc
excuſſio procedit ex æquitate, & mera
iuſtitia; vt ait text. *in l. Moſchis ff. de iure*
fiſ. & nõ eſt de Apicibus iuris, & per cõ-
ſequens Fideiuſſor poteſt eam appone-
re, etiamſi procedatur veritate com-
perta: Et ita Neguzantius, *vbi ſup.* reſol-
uit, & eſt certe vera & elegans diſtin-
ctio.

30 Ex qua infertur, quod † in quantum
Ojaſcus & Theſaurus, cum pluribus ab
eis allegatis, diſtinxerunt inter Fideiuſ-
ſorem, & Tertium poſſeſſorem, quoad
exceptionem excuſſionis iudicantes,
in vno eſſe de Apicibus iuris, in alio nõ,
perperam & ſine ratione conſidera-
runt: nam quoad ſubſtantiam mole-
ſtiæ, eadem æquitas verſatur in vno,
quæ in alio, quoad ordinem vero, idem
Rigor.

31 Ex qua etiam infertur, quod †, quan-
do proceditur comperta veritate, omiſ-
ſis Apicibus iuris, vno eodemque iudi-
cio, non curando de dicto ordine, pro-
cedi poteſt contra vnum, & contra aliũ
in defectum alterius. Itaque ſi conſtite-
rit Reum non eſſe idoneum, cõdemna-
bitur Fideiuſſor, ſi vero econtra, conde-
mnabitur Reus, & abſoluetur Fideiuſ-
ſor ab inſtantia iudicii: & ita Oratius,
Mandoſius ad Romanum, *vbi ſupra*, fa-
tetur Alexan. & alios allegans.

Infertur etiam, quod † in via execu- 32
tiua, poteſt ſimul peti executio contra
Principalẽ & Fideiuſſorem, etſi ex bo-
nis principalis Debitoris, & expẽſis ſa-
tis fieri poteſt, non vendentur, neq; ad-
dicentur bona Fideiuſſoris, ſin vero mi-
nus, ſic, & ſic debet declarare Iudex in
ſentẽtia, quã vulgo, *De remate*, dicimus.

Infertur amplius, quod † ſi Creditor 33
agat aduerſus Fideiuſſorem, & in pro-
ceſſu probet, non eſſe idoneum Reum,
vel alias difficilem: conueniendo obti-
nebit, quia cõſtat de veritate, & ſic vult
Neguzantius, *vbi ſupra*, & ſic practicare
ſolemus.

Quoad aliam † partem, de executio- 34
ne fundatur, quia lex in ea ſolummodo
admiſit certas exceptiones, non tamen
admiſit exceptionem excuſſionis. Igi-
tur legitima non eſt, nec debet admitti:
nam incluſio vnius, eſt excluſio alte-
rius *l. cum Prætor ff. de iud.* Et faciunt, quæ
adducit Auendan. *vbi ſupra*, & notat in
propriis terminis elegantiſſime Cor-
neus, *conſilio 109. lib. 1.* qui omnino viden-
dus eſt.

Neque obſtat, quod † aliqui ex Re- 35
gnicolis noſtris dicũt, admittendas eſſe
ſimiles exceptiones: nam id, *in d. q. 5.* re-
probauimus, *nu. citato*: aduerſatur enim
legibus Regni ſupra citatis.

Neque etiam obſtat, quod † hæc ex- 36
ceptio ſit de natura cõtractus, & intrin-
ſeca ipſi contractui, quæ nunquam ex-
cluſa cenſetur: nam iam ſupra probaui-
mus eſſe extrinſecam.

Aduerte, Lector optime, quod † ex 37
inaduertentia fundauimus partem cõ-
trariam: dico, ꝙ Fundamentum Partis
huius eſt, quod hæc eſt legitima exce-
ptio, & de natura cõtract⁹ & intrinſeca:

hoc Fundamentum non concludit, ex ſupra proxime dictis.

38 Vides igitur † quam dubia ſit, & male fundata ſecunda opinio, & quod eſſe veram, nec dicere, nec affirmare poſſumus, quia ſua Fundamenta non concludunt.

39 Nec etiam concludunt Fundamenta † primæ opinionis. Reſpōderi enim poteſt ad primum: quod licet Fideiuſſor ſe obligauerit, vt Principalis, tamen ſemper Fideiuſſor eſt, & Fideiuſſor manet: at vero natura propria Fideiuſſoris erat obligare in ſolidum, & tanquam Principalis, licet lex illi poſtea beneficium excuſſionis concedat. Vnde ſi expreſſit, & manet Fideiuſſor, nihil noui addidit obligationi Fideiuſſoriæ, & ſic gaudere debet Priuilegio.

40 Ad ſecundum † reſpondetur, quod Fideiuſſor cōditionalis eſt Fideiuſſor, & debet gaudere Priuilegio Fideiuſſorum, quia lex non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus, *vt in l. de pretio, ff. de publicia. in rem actione.*

41 Ad tertium poteſt † reſpondeti, prout ſupra dictum eſt, quod exceptio excuſſionis, quoad ſubſtantiam veritatis, non eſt de Apicibus iutis.

42 Ad quartum poteſt † reſponderi, quod exceptio excuſſionis non contradicit Inſtrumento: ſed ſolum ſuſpendit eius executionem; & ideo admitti poteſt ex Auendano, *vbi ſupra.*

43 Ad quintum poteſt † reſponderi, quod licet verum ſit, quod clauſulæ ſolitæ de ſtylo apponi in Inſtrumento, ſi fuerint omiſſæ, debeant de iuſtitia de nouo apponi, & ad hoc poteſt cogi Notarius, quia Partes cenſentur eis conſenſiſſe, & hoc probat textus, *in dicto §. qui aſſidua,* tamen falſum eſt dicere, quod habentur pro appoſitis; nam id non probat textus, *in dicto §. qui aſſidua,* nec text. *in dicta leg. finali.* imo totum contrarium: nam non obſtante conſuetudine Notariorum, Impetator iudicauit neceſſarium legem condere, vt Fideiuſſor non liberetur ex conteſtatione facta, aduerſus Principalem, quod ſic ſolebat in Inſtrumentis poni: ſed ne ex incuria Tabellionum Partes damnum paterentur, habuit neceſſe legem generalem condere, innuens, quod ſi non eſſet cōdita lex, clauſula dicta haberetur pro omiſſa, non obſtante dicta conſuetudine.

Nec obſtat † text. *in dict. cap. cum M. Ferrarienſis,* nec text. *in dict. cap. accepimus, de ætate, & qualit.* Illa enim iura procedūt in clauſulis de iuſtitia neceſſariis, ad iuſtificandum Reſcriptum, Legem, aut Statutū, vel Contractum: illæ enim ſemper ſubintelliguntur, ob æquitatem & iuſtitiam conſeruandam, & ne reſultet abſurdum: ſecus vero eſt in clauſulis, quæ licet ſolitæ, ad iuſtitiam vel iniuſtitiam indifferentes ſunt, & abſque eis contractus poteſt eſſe iuſtus: & ſecus eſt in clauſulis, quæ de voluntate apponuntur, prout eſt Renunciatio excuſſionis, quæ impertinens eſt ad iuſtitiam Fideiuſſionis, & ex volūtate Partium apponitur. Vnde ſi ſit omiſſa, nulla ratio nos cogit, vt habeatur pro repetita, & ſic intelliguntur, quæ ſupra dicti notant, maxime Iaſ. & Socin. 44

Atque in † his Regnis, *ex l. 17. titul. 25. lib. 4. Recomp.* omnes clauſulæ & Renunciationes ſcripturarum debent inſeri in ipſis Inſtrumentis ante Partium conſenſum, & *ò torgamiento,* (quod vulgo dicimus) alias poſt Notarius eas addere non poteſt ſine Iudicis mandato. Vnde hodie nullatenus poſſunt haberi pro appoſitis, & ita expreſſe notat Matienz. de Olano, *in ſuis Antinomiis ad Villalobos, litera N. nu. 24.* 45

Fateor tamen, quod, ſi † lis ageretur aduerſus Fideiuſſorem in via ordinaria, & poſt terminum ſolutionis tranſactū articularetur, & probaretur dictus ſtylus & conſuetudo, & quod Fideiuſſor non cōtradixit prædictæ Renunciationi, tacite neque expreſſe, quod tunc ob vitandum circuitum poſſet Fideiuſſor condemnari, maxime, ſi Tabellio tempore obligationis eam integre nō ſcripſit, argumento eorum, quæ latiſſime notat Tiraquel. *in tractatu de retracta conuentio. ad finem, tit. à num. 21. cum ſequentibus.* Licet in hoc, cum caſus acciderit, amplius 46

amplius deliberandum erit,& conſiderandum eſt, an aliqua vtilitas ex circuitu proueniat,vel non? vt dixit idem Tiraquel. cum Decio,& aliis, *in dicto tract. §. 2. à num. 71. cum ſequentibus.* Tum etiam, quando caſus acciderit, diſcretus Iudex valde debet ponderare qualitates contrahentium, & omnes actus circumſtantias & verba: vt ex eis deprehẽdat, an ex propoſito, vel errore omiſſa ſit excuſſionis Renuntiatio? & in dubio præſumi debet, quod ex errore omiſſa fuit, *ex d. §. quia aſſidua.*

47 Ex his igitur patet, quam † anceps & ambigua ſit hæc quæſtio, & quod ſi ad vnam aut alteram partem declinemus, ſemper ingens labor nobis erit: quid ergo tenendum in tam perplexa quæſtione?

48 Ego vero, Salua † melius ſentientis Cenſura, omnibus recte perpenſis, adhæreo primæ opinioni, quam inuenio melioribus rationibus fultam; nam certe negari non poteſt, quin obligans ſe, vt Principalis, & faciens de debito alieno ſuum proprium, tacite viſus ſit excuſſioni renuntiare, alias non faceret de debito alieno ſuum proprium, ſed ſemper eſſet obligatus nomine alieno, & iuſtũ eſt, vt verba tam præciſa aliquid operentur, neque obſtat mea euaſio; nam verum eſt, quod iure antiquo Fideiuſſor, vt Principalis, erat obligatus ſine beneficio excuſſionis, ſed reſpondetur, quod Fideiuſſio ſuapte natura denotat obligationem non Principalem, ſed Acceſſoriam, & pro alio. Vnde licet iure illo Fideiuſſor ſolueret abſque excuſſione, non tamen erat Principalis, nec debitum erat proprium, & ſic debitum beneficium, bene ſe compatiebatur cum Fideiuſſione: at vero quando Fideiuſſor ſe obligat, vt Principalis, & facit de debito alieno ſuum proprium, iam vere eſt Principalis, & ſua obligatio non ſe comparitur cum excuſſione, quæ facit eum purum Fideiuſſorem, & non Principalem. Vnde propter incõpatibilitatem viſus eſt renunciare dicto benficio, *argumento notatorum per deciſionem Genuæ nonageſimam tertiam, & in capite, ſolitudinem de Appellation.*

Ex qua ratione † etiam reſpondetur obiectioni, quam feci contra ſecundam partem: nam negari non poteſt, quin Fideiuſſor ſe obligans ſub conditione, ſi Principalis ad certum terminum non ſoluat, impleta conditione, ſtatim maneat obligatus, ſecundum ſenſum contrahentium collectum, ex verbis & communi vſu loquendi, & non debet dilationem obiicere, ſed ſtatim ſoluere. Vnde ex natura actus renuntiat beneficio excuſſionis; nam alias de nihilo ſeruiret conditio, nec eius implementum, & ſic habemus intentum. 49

Neque obſtat, quod † hæc conditio etiam tacite ineſt, & nõ excludit excuſſionem, igitur expreſſa nihil amplius debet operari: nam reſponde, quod, quando tacite ineſt, ineſt implicite & confuſe, & Fideiuſſor, qui ſimpliciter ſe obligat in genere, & confuſe, non cogitat de ſimili conditione, ſecundum ordinem iuris, neque ad eam habet explicatam intentionem, ſed ſe iuri conformat, nihil aliud magis, quam de ſimplici Fideiuſſione, cogitando, nimirum, ſi ſecundum iura, ſibi proſit excuſſionis beneficium, at vero, quando talis conditio exprimitur, ineſt alio modo, quia ineſt diſtincte & explicite, tam in verbis, quam in intentione contrahentium. Vnde impleta conditione, manet obligatus Fideiuſſor, non vt Fideiuſſor, ſed vt Principalis, ad debitum obligatus, ex vi verborum, & voluntate contrahentium, & non poteſt exceptionem excuſſionis opponere; quia contradiceret verbis conditionis, & explicitæ voluntati; & hæc fuit intentio Ripæ, *vbi ſupra*, quam non intellexit Emanuel Xuarez, *vbi ſupra*, ſuum Antonium Gomezium defendens, & leuiter à Ripa diſcedens, & hoc iure vtimur, prout ſemper vidi intellectum & practicatum. 50

Neque obſtat generalitas † *dictæ Authenticæ*; nam non debet extendi contra voluntatem contrahentium, qui poſſint 51

poſſint fauori ſuo renuntiare, *vt in leg. ſi quis in conſcribendo, C. de Pactis.*

52 Nec etiam obſtat, quod † diſpoſitioni *dictæ Authenticæ* debet expreſſe & ſpecifice renuntiari, & nō tacite, vt voluit cum Roman. & aliis Crauet. *in conſi. 263. n. 6.* ſequitur Præſes Theſaurus, *d. deciſio. 166. nu. 4.* qui alios auctores allegant (ſed non loquuntur in hoc caſu, ſed in alio, ſcilicet, vtrum in generali renuntiatione auxiliorum renuntiatum cenſeatur huic auxilio) & concludūt, quod non, cuius contrarium Alex. voluit, *conſi. 32. & 34. lib. 4.* & alii plures eum ſequūtur, quos Anton. Natta, ibi, *in additione,* recenſet, ſequitur etiam alios allegans Oratius Mandoſ. *in Additionibus ad Roman. conſ. 472.* & Anto. Gab. *vbi ſupra nu. 83.* qui alios quam plurimos referunt. Et hæc opinio verior eſt, niſi ex præcedentibus & ſequentibus, aut aliis coniecturis appareat, renuntiantem non cogitaſſe de hoc remedio renuntiando, & quod clauſula ſolum ex ſtylo Tabellionum appoſita fuit, ſed redeamus, vnde digreſſi ſumus.

53 Non obſtat, inquam, hæc † Crauettę opinio: nam, iudicio meo, nullo iure fundatur, neque obſtat, quod renuntiatio, etiam iurata, non extendatur ad ea, quæ ſunt de natura Actus, vt Crauetta dicit, quia, *vt ſupra diximus,* exceptio excuſſionis non eſt de natura Fideiuſſionis, neq; ei intrinſeca: ſed priuilegium additū & ſeparatum, quod ex ſe patet, vt bene aduertit in alio caſu Gutierrez, *in tract. de Iuramento confirmatorio, 1. part. c. 23. num. 21.*

54 Tum etiam dicimus, quod ſatis dicitur † expreſſa dicta Renuntiatio, quia euidenter ex dictis verbis colligitur, & expreſſum id dicitur, quod apparet ex claris & euidentibus cōiecturis, & quod ex verbis concipi poteſt, *text. in l. Gallus. §. quidam recte ibi. Qui ex verbis concipi poteſt.* Vbi Aretin. Socin. & alii, *ff. de libe. & poſthu.* notat Molin. *lib. 3. de primogen. Hiſpanor. capit. 8. à numer. 5. cum ſequentibus.* Ex quibus, quoad præſentem quæſtionem ſatis manet confutata opinio Crauettæ.

55 Igitur, vt iamiam † receptui canamus, omnia ſupra dicta aperte demonſtrant, quam vera ſit in puncto Iuris prima opinio, & quæ certe, vt euitentur litium anfractus, debet ſeruari in iudicādo & conſulendo, maxime, in via executiua: temperanda tamen eſt ad praxin, vt ſi aliquid interſit creditori in electione Fideiuſſoris, admittatur indiſtincte hæc opinio. Si vero non interſit ad compeſcendam malitiam creditoris, petente ipſo Fideiuſſore, efficiatur & melioretur executio in debitore Principali, & eius bonis, citeturque ad omnes actus, & poſtea ſi fieri poteſt, abſq; vllo incommodo creditoris, primitus ex eius bonis ei ſatisfiat, & eis deficientibus vel non idoneis exiſtentibus, ex bonis Fideiuſſoris. Et hæc eſt vera & æquiſſima praxis, admodum conformis omnibus ſupra adductis, & hactenus de quæſtione.

QVÆSTIO XII.

De Iuriſdictione Auditoris Cameræ Apoſtolicæ, quoad praxin ordinariam, & an ei ſit derogatum, ex deciſione Sacroſancti Concilii Tridentini, Seſſione 24. capit. 10. de Reformatione.

SVMMARIA.

1 *Auditor Cameræ, quam iuriſdictionem habeat, late declaratur, ibi, & nume. 2. 3. & 4. Et an poſſit auocare cauſas? n. 5. Et an ſit Iudex ordinarius? nu. 6. Et an ſit competens in cauſis beneficialibus, n. 7. Et declaratur* deciſio. cap. 20. Seſ. 24. de Reforma. Concil. Trident. nu. 8. col. 3. & 4. *Declarantur etiam praxes iurium Regnorum, num. 9. 10. & 11.*

12 *Auditor Cameræ eſt executor gratiarum Apoſtolicarum, ibi, & num. 13. 14. 15. & 16. Vbi declaratur Proprius Motus Gregorii XIII. & nu. 17.*

17 Exe-

17 *Executor gratiæ Apoſtolicæ, quando teneatur ſuperſedere, & remittere cauſam Ordinario in prima Inſtantia, & de praxi horum Regnorum, ibi, & nu. 18. 19. 20. 21. & 22. Vbi de Auditore Cameræ, & nu. 23.*

24 *Auditor Cameræ eſt legitimus Executor literarum penſionis, & quomodo ipſe, & eius Subexecutor cum clauſula,* cæterum, *poſſint procedere, & de praxi, n. 25. 26. 27. 28. & 29.*

30 *Executor penſionis, poteſt procedere ad executionem, non obſtante, quod pendeat lis coram Ordinario ſuper nullitate penſionis, late declaratur ibi, & nu. 31. 32. & 33. & quando non poſſit, ſi allegetur ſubreptio, & num. 34. & an ſolutio noceat? nu. 35. 36. 37.*

38 *Poſſeſſio exigendi penſionem, an ſuffragetur in poſſeſſore, non habente titulum iuſtum, late declaratur, ibi, & n. 39. 40. 41. & 42.*

43 *Ab Executore penſionis non appellatur, quoad effectum ſuſpenſiuum, & quid? quando excedit, & de eius exceſſibus, & de praxi horum Regnorum, nu. 44. 45. 46.*

47 *Auditor Cameræ eſt Executor ſententiarum Rotæ.*

48 *Auditor Cameræ eſt Executor obligationum in forma Cameræ, & ibi, de obligatione in forma Cameræ.*

49 *Auditor Cameræ poteſt procedere contra turbantes poſſeſſores beneficiorum.*

50 *Auditor Cameræ poteſt procedere, contra debentes Salaria Officialibus Curiæ Romanæ, & an ſuſpectus ſit, ſi excedit.*

1 QVÆSTIO † hæc in his Regnis, ſcitu digna, & admodum neceſſaria eſt; cui reſpondetur per concluſiones ſequentes.

2 Prima concluſio. Temporibus † antiquis, & in prima inſtitutione huius Officii, Auditor Cameræ ſolum habebat Iuriſdictionem in prima Inſtantia inter Curiales Romanæ Curiæ reſidentes, *vt eſt decіſ. Rotæ, de offic. Ordin. 5. in Antiquis,* notat late Sebaſt. Vant. *in tract. de nullita. tit. de nullitate ex defectu iuriſdictionis delegata, à nu. 12. cum ſequen.* Octaui. Veſt. *in ſua praxi Romanæ Curiæ, lib. 2. c. 4. à princip.* Ciues vero † Romani, ex priuilegiis Pon- 3
tificum, non conueniebantur, neq; hodie conueniuntur, coram dicto Cameræ Auditore, ex Mandoſ. *in ſuo tractat. de Monitoriis, q. 15.*

Secunda concluſio. Hodie † ex plu- 4
ribus Pontificum conceſſionibus, Auditor Cameræ habet Iuriſdictionem admodum generalem, non ſolum contra Curiales: ſed etiam contra alios, vbilibet exiſtentes, & non ſolum in temporalibus, ſed etiam in ſpiritualibus, & nõ ſolum in prima, ſed in ſecunda Inſtantia, vt notat Quinctil. Mandoſ. *in noua forma Mandati, gl. facultates, § ſane, verbo, Generales, in fine.* idem Mandoſ. *in tract. de inhibitio. q. 124. num. 1.* Vantius, *vbi ſupra, & num. 103.* & idem Octauian. Veſtrius, *vbi ſupra.*

Et in tantum hoc † eſt verum, quod 5
poteſt auocare cauſas ab Ordinariis, in vim ſpecialis Reſcripti, vt per Mandoſ. *vbi ſupra,* niſi à Delegatis ſedis Apoſtolicæ, vt per Alciat. *conſ. 48. nu. 5. libr. 6* quod hodie non admittitur, *vt infr. dicitur.*

Tertia concluſio. Auditor † Came- 6
ræ eſt Iudex ordinarius, & non Delegatus: & ita notat Hoſtienſ. *in ſumma, de officio Ordina. in princip.* Mandoſius, *in dict. forma Mandati, §. volentes, gloſ. Cameriaratus, in fine, & gloſſ. in Clemens. ne Romani §. eo tamen; verbo, exſpirare, de electione* idem Mandoſius, *in dicto tractatu de Monitoriis, quæſtio. 44. nume. 3. & quæſtion. 60. num. 14.* & Vantius, *vbi ſupra*: licet contrariũ, imo quod ſit Delegatus, tenuerit gloſſ. *in Rubric. de offic. Delegat.* & Antonius de Pretis, *in tractat. de Iuriſdictione Epiſcoporum, cap. 6. num. 48.* & Staphilæus, *in tract. de literis gratiæ & iuſtitiæ, num. 740. volum. 15. tractat. Nouorum.* & notat Cardin. *in Clem. Auditor, de Reſcript.* Franci. Mar. *deciſ. 285. p. 1.* Quorum opinio confutatur ex commiſſionibus eidem Auditori datis, & quia ſua Iuriſdictio eſt officio in perpetuum & inuariabiliter annexa, quod ſufficit adeſſe Ordinarium, vt notum eſt.

Quarta concluſio. Auditor † Came- 7
ræ non

poſſint fauori ſuo renuntiare, *vt in leg. ſi quis in conſcribendo, C. de Pactis.*

52 Nec etiam obſtat, quod † diſpoſitioni *dictæ Authenticæ* debet expreſſe & ſpecifice renuntiari, & nō tacite, vt voluit cum Roman. & aliis Crauet. *in conſ. 263. n. 6.* ſequitur Præſes Theſaurus, *d. deciſio. 166. nu. 4.* qui alios auctores allegant (ſed non loquuntur in hoc caſu, ſed in alio, ſcilicet, vtrum in generali renuntiatione auxiliorum renuntiatum cenſeatur huic auxilio) & concludūt, quod non, cuius contrarium Alex. voluit, *conſ. 32. & 34. lib. 4.* & alii plures eum ſequūtur, quos Anton. Natta, ibi, *in additione*, recenſet, ſequitur etiam alios allegans Oratius Mandoſ. *in Additionibus ad Roman. conſ. 472.* & Anto. Gab. *vbi ſupra. nu. 83.* qui alios quam plurimos referunt. Et hæc opinio verior eſt, niſi ex præcedentibus & ſequentibus, aut aliis coniecturis appareat, renuntiantem non cogitaſſe de hoc remedio renuntiando, & quod clauſula ſolum ex ſtylo Tabellionum appoſita fuit, ſed redeamus, vnde digreſſi ſumus.

53 Non obſtat, inquam, hæc † Crauettę opinio: nam, iudicio meo, nullo iure fundatur, neque obſtat, quod renuntiatio, etiam iurata, non extendatur ad ea, quæ ſunt de natura Actus, vt Crauetta dicit, quia, *vt ſupra diximus*, exceptio excuſſionis non eſt de natura Fideiuſſionis, neq; ei intrinſeca: ſed priuilegium additū & ſeparatum, quod ex ſe patet, vt bene aduertit in alio caſu Gutierrez, *in tract. de Iuramento confirmatorio, 1. part. c. 23. num. 21.*

54 Tum etiam dicimus, quod ſatis dicitur † expreſſa dicta Renuntiatio, quia euidenter ex dictis verbis colligitur, & expreſſum id dicitur, quod apparet ex claris & euidentibus cōiecturis, & quod ex verbis concipi poteſt, *text. in l. Gallus. §. quidam rectè ibi. Qui ex verbis concipi poteſt.* Vbi Aretin. Socin. & alii, *ff. de libe. & poſthu.* notat Molin. *lib. 3. de primogen. Hiſpanor. capit. 8. à numer. 5. cum ſequentibus.* Ex quibus, quoad præſentem quæſtionem ſatis manet confutata opinio Crauettæ.

Igitur, vt iamiam † receptui canamus, omnia ſupra dicta aperte demonſtrant, quam vera ſit in puncto Iuris prima opinio, & quæ certe, vt euitentur litium anfractus, debet ſeruari in iudicādo & conſulendo, maxime, in via executiua: temperanda tamen eſt ad praxin, vt ſi aliquid interſit creditori in electione Fideiuſſoris, admittatur indiſtincte hæc opinio. Si vero non interſit ad compeſcendam malitiam creditoris, petente ipſo Fideiuſſore, efficiatur & melioretur executio in debitore Principali, & eius bonis, citeturque ad omnes actus, & poſtea ſi fieri poteſt, abſq; vllo incommodo creditoris, primitus ex eius bonis ei ſatisfiat, & eis deficientibus vel non idoneis exiſtentibus, ex bonis Fideiuſſoris. Et hæc eſt vera & æquiſſima praxis, admodum conformis omnibus ſupra adductis, & hactenus de quæſtione. 55

QVÆSTIO XII.

De Iuriſdictione Auditoris Cameræ Apoſtolicæ, quoad praxin ordinariam, & an ei ſit derogatum, ex deciſione Sacroſancti Concilii Tridentini, Seſſione 24. capit. 10. de Reformatione.

SVMMARIA.

1 *Auditor Cameræ, quam iuriſdictionem habeat, late declaratur, ibi, & nume. 2. 3. & 4. Et an poſſit auocare cauſas? n. 5. Et an ſit Iudex ordinarius? nu. 6. Et an ſit competens in cauſis beneficialibus, n. 7. Et declaratur* deciſio. cap. 20. Seſſ. 24. de Reforma. Concil. Trident. nu. 8. col. 3. & 4. *Declarantur etiam praxes iurium Regnorum, num. 9. 10. & 11.*

12 *Auditor Cameræ eſt executor gratiarum Apoſtolicarum, ibi, & num. 13. 14. 15. & 16. Vbi declaratur* Proprius Motus *Gregorii XIII. & nu. 17.*

17 Exe-

17 *Executor gratiæ Apoſtolicæ, quando teneatur ſuperſedere, & remittere cauſam Ordinario in prima Inſtantia, & de praxi horum Regnorum, ibi, & nu. 18. 19. 20. 21. & 22. Vbi de Auditore Cameræ, & nu. 23.*

24 *Auditor Cameræ eſt legitimus Executor literarum penſionis, & quomodo ipſe, & eius Subexecutor cum clauſula,* cæterum, *poſſint procedere, & de praxi, n. 25. 26. 27. 28. & 29.*

30 *Executor penſionis, poteſt procedere ad executionem, non obſtante, quod pendeat lis coram Ordinario ſuper nullitate penſionis, late declaratur ibi, & nu. 31. 32. & 33. & quando non poſſit, ſi allegetur ſubreptio, & num. 34. & an ſolutio noceat? nu. 35. 36. 37.*

38 *Poſſeſſio exigendi penſionem, an ſuffragetur in poſſeſſore, non habente titulum iuſtum, late declaratur, ibi, & n. 39. 40. 41. & 42.*

43 *Ab Executore penſionis non appellatur, quoad effectum ſuſpenſiuum, & quid? quando excedit, & de eius exceſſibus, & de praxi horum Regnorum, nu. 44. 45. 46.*

47 *Auditor Cameræ eſt Executor ſententiarum Rotæ.*

48 *Auditor Cameræ eſt Executor obligationum in forma Cameræ, & ibi, de obligatione in forma Cameræ.*

49 *Auditor Cameræ poteſt procedere contra turbantes poſſeſſores beneficiorum.*

50 *Auditor Cameræ poteſt procedere, contra debentes Salaria Officialibus Curiæ Romanæ, & an ſuſpectus ſit, ſi excedit.*

1 QVÆSTIO † hæc in his Regnis, ſcitu digna, & admodum neceſſaria eſt; cui reſpondetur per concluſiones ſequentes.

2 Prima concluſio. Temporibus † antiquis, & in prima inſtitutione huius Officii, Auditor Cameræ ſolum habebat Iuriſdictionem in prima Inſtantia inter Curiales Romanæ Curiæ reſidentes, *vt eſt deciſ. Rotæ, de offic. Ordin. 5. in Antiquis,* notat late Sebaſt. Vant. *in tract. de nullitat. tit. de nullitate ex defectu iuriſdictionis delegata, à nu. 12. cum ſequen.* Octau. Veſt. *in ſua praxi Romanæ Curiæ, lib. 2. c. 4. à princip.* Ciues vero † Romani, ex priuilegiis Pontificum, non conueniebantur, neq; hodie conueniuntur, coram dicto Cameræ Auditore, ex Mandoſ. *in ſuo tractat. de Monitoriis, q. 15.* 3

Secunda concluſio. Hodie † ex pluribus Pontificum conceſſionibus, Auditor Cameræ habet Iuriſdictionem admodum generalem, non ſolum contra Curiales: ſed etiam contra alios, vbilibet exiſtentes, & non ſolum in temporalibus, ſed etiam in ſpiritualibus, & nõ ſolum in prima, ſed in ſecunda Inſtantia, vt notat Quinctil. Mandoſ. *in noua forma Mandati, gl. facultates, § ſane, verbo, Generales, in fine.* idem Mandoſ. *in tract. de inhibitio. q. 124. num. 1.* Vantius, *vbi ſupra, & num. 103.* & idem Octauian. Veſtrius, *vbi ſupra.* 4

Et in tantum hoc † eſt verum, quod poteſt auocare cauſas ab Ordinariis; in vim ſpecialis Reſcripti, vt per Mandoſ. *vbi ſupra,* niſi à Delegatis ſedis Apoſtolicæ, vt per Alciat. *conſ. 48. nu. 5. libr. 6.* quod hodie non admittitur, *vt infr. dicitur.* 5

Tertia concluſio. Auditor † Cameræ eſt Iudex ordinarius, & non Delegatus: & ita notat Hoſtienſ. *in ſumma, de officio Ordina. in princip.* Mandoſius; *in dict. forma Mandati, §. volentes, gloſ. Cameriaratus, in fine, & gloſſ. in Clement. ne Romani §. eo tamen, verbo, exſpirare, de electione* idem Mandoſius, *in dicto tractatu de Monitoriis, quæſtio. 44. nume. 3. & quæſtion. 60. num. 14.* & Vantius, *vbi ſupra:* licet contrariũ, imo quod ſit Delegatus, tenuerit gloſſ. *in Rubric. de offic. Delegat.* & Antonius de Pretis, *in tractat. de Iuriſdictione Epiſcoporum, cap. 6. num. 48.* & Staphilæus, *in tract. de literis gratiæ & iuſtitiæ, num. 740. volum. 15. tractat. Nouorum.* & notat Cardin. *in Clem. Auditor, de Reſcript.* Franci. Mar. *deciſ. 285. p. 1.* Quorum opinio confutatur ex commiſſionibus eidem Auditori datis, & quia ſua Iuriſdictio eſt officio in perpetuum & inuariabiliter annexa, quod ſufficit adeſſe Ordinarium, vt notum eſt. 6

Quarta concluſio. Auditor † Came- 7
ræ non

tæ non eſt Iudex competens in cauſis beneficialibus in prima Inſtantia, niſi à Papa aliqua ſit ei commiſſa cauſa, vt norat Ægid. Vela. *deciſ. 210. & 305.* Mand. *in d. tract. de inhibitio. q. 87. & de Monitoriis. q. 12. & q. 69. & ad reg. Canc. Apoſtolica, regu. 31. q. 4. à n. 18. & per totam,* nouiſſime Rob. Lancell. *in tract. de atten. tit. de attent. lite pendente, nu. 323. fol. 307. tom. 5. tract. Nouor.* licet dubitauerit Quintil. *vbi ſupra,* ex quibuſdam verbis ſuæ commiſſionis, quæ nimis generalia ſunt, & limitantur in cauſis beneficialibus, quod praxis Romanæ Curiæ manifeſte confirmat.

8 Quinta concluſio. Nouiſſime † *ex d. deciſ. Sacroſanct. Concil. cap. 20. de Reform. Seſ. 24.* moderata eſt dicta Iuriſdictio, quoad cauſas, quæ in partibus accidunt: nã ex deciſ. enim illius text. nec dictus Auditor Cameræ, neque alius Iudex Romanæ Curiæ poteſt de eis cognoſcere in prima Inſtantia, nec Monitorias decernere ad extrahendum Partes à ſuis Domiciliis, ad compellendum eos in Romana Curia litigare, ſed omnes cauſæ in prima Inſtantia, coram Locorum Ordinariis debent agitari & ventilari: quod iuſtiſſime deciſum eſt, ob euitandas infinitas lites, & importunas moleſtias & vexationes, quæ à Curialibus, aut ab aliis quotidie fiebant, degentibus in remotis partibus, qui ob vitandas maximas expenſas, & litium, & itinerum Anfractus & diſpendia iuri ſuo, quantũuis bono, cedebant, & nullo vel paruo dato, in calumnioſos Litigatores transferebant, aut penſiones conſtituebant, aut vero lites deſerebant, & per contradictas condemnabantur, quod in magnum damnum, & detrimentum Reipublicæ Chriſtianæ vertebatur, vt bene aduertit Alban. ab Eſquiuel. *in tractatu de Conciliis, part. 2. capit. vigeſimo nono.* Et ſic praxis Romanæ Curiæ nouiſſime confirmat, in qua ſæpe Partibus petentibus Reſcripta ſolent dari, circa obſeruationem dictæ deciſionis, in præiudicium Iuriſdictionis dicti Auditoris. Confirmat etiam Stylus & Praxis totius Hiſpaniarũ Regni, in eius ſupremo Conſilio ſemper Reſcripta dantur, (quæ vulgo *Prouiſiones*, dicuntur) Iudicibus Regiis directe, vt ipſi videant Decreta, Mandata, aut Reſcripta dicti Auditoris, aut alterius Romanæ Curiæ Iudicis, & ſi inuenerint eſſe contra dictam deciſionem, ea auferãt, & eidem Conſilio remittant, Partibus citatis, vt reuiſioni earum aſſiſtant, qui id faciunt, & in dicto ſupremo Conſilio Partibus præſentibus, vel per contumaciam abſentibus, reuidentur, & ſi contra dictam deciſionem Iudices ſupremi vident eſſe, ea retinent, & Pontifici ſupplicant, & multoties impetrantes in expenſis condemnant & puniũt, ſi qualitas facti id requirat. Sin vero in nihilo aduerſantia inuenerint, ea approbant, & Partibus tradunt, libereque eis vti ſinunt. Eſtq; Rex noſter Catholicus, & inuictiſſimus, ex Bullis & Priuilegiis ſummorum Pontificum perpetuus Conſeruator dicti Concilii, & Iurium eius.

Et in aliis Tribunalibus † ſupremis, 9 vbi de litibus Eccleſiaſticis, per viam recurſus (quod vulgo dicimus, *de fuerza.*) cognoſcitur, ſi Partes, contra quas dictæ literæ impetrantur, vel in quarum præiudicium impetrantes eis vtuntur, coram Executoribus vel Subexecutoribus, allegant aliquid, quod altiorem indaginem requirit, ad litemque ordinariam pertineat; ſitque Reus neceſſarius allegans, qui nunquam litigauit, nec conuictus fuit, taleſque Executores vel Subexecutores eum non audiunt, ſpretiſque ſuis appellationib. ad Executionem procedunt, declaratur vim fieri, & cauſam in prima Inſtantia cognoſcendam Ordinario remittunt, vel iubent eos reponere attentata, & appellationi iuſtæ, non calumnioſæ, deferre. Et hoc Iure vtimur.

In Gallia etiam ex † concordatis, de 10 quibus per Rebuff. & Coſmã. Gomier. *in tit. de cauſis*, nullus ex dictis Iudicibus cognoſcit in prima Inſtantia, ſed ſolum Ordinarii Locorum. Imo neque Executores gratiarum conficiunt proceſſus, nec fulminãt, nec poſſunt fulminare Cen-

re Cenſuras, nec audiunt Partes, ſed ſo-
lum nudam Executionem, quæ eſt fa-
cti, faciunt: & ſi controuerſia ſit, omnia
remittunt Ordinario, vt diximus late, *in
quæſtione 4. de Executoribus gratiarum A-
poſtolicarum, §. 2.* & notat Rebuff. *in tra-
ctat. de pacificis poſſeſſoribus, numero 146.* Et
poſt factam Executionem, etiam non
vtuntur Iuriſdictione contra pertur-
bantes, *vt diximus in dict. quæſtione.*

11 Ex quibus infertur, quod † hodie
Auditor Cameræ non poteſt auocare
cauſas ab Ordinariis, niſi per Reſcriptũ
ſuæ Sanctitatis, & ſua manu ſignatum,
vt conſtat ex d. deciſione.

12 Sexta concluſio. Auditor † Cameræ
eſt legitimus Executor omnium gratia-
rum Apoſtolicarum, quæ à ſummo Põ-
tifice conceduntur, etiamſi aliis ſint di-
rectæ, vt notat Veſtrius, *vbi ſupra,* &
Quinctilianus Mandoſ. *in dict. tract. de
Monitoriis, quæſtio. 60. numero 64. & quæ-
ſtion. 61.*

13 Et hæc Poteſtas † aut Iuriſdictio ſibi
non diminuitur, *ex d. c. 20. Concilii Triden.*
quia text. ille non intelligitur in Execu-
tionibus; ſed ſolum in litibus & cauſis
ordinariis; & requirentibus altiorem
indaginem, in aliis autem, cum proce-
datur de facto ſummarie ſimpliciter &
de plano, abſque ſtrepitu & figura Iudi-
cii, non datur proprie Inſtantia, nec lis;
nec iudicium, ſed mera Executio, vt te-
nuit Bart. *in l. litibus, C. de agricol. & cenſib.
lib. 11.* cuius opinio communis eſt: vt la-
tiſſime ad vtramque Partem diſputan-
do refert Ioan. Bapt. Aſinius; *in ſua praxi
Ciuili, c. 3. num. 35. tum ſequentib.* Et licet a-
lii plures ex Auctoribus contrarium te-
nuerint; ipſe tamen cum fœdere di-
ſtinctionis concordat, quod noſtra o-
pinio procedat, quando in Executione
omnia ſunt clara & liquida; & nihil,
quod impediat, contra eam opponi-
tur, contraria vero; quãdo legitima ex-
ceptio opponitur, & hanc ſententiam
cum Purpurato, videtur amplecti Me-
noch. *in tract. de arbit. libr. 1. q. 22.* tum eti-
iam, vt colliges ex Felyn. *in cap. fin. de præ-
14 ſumpt.* poſt Abb. & alios, ibi. Hæc † Exe-
cutio gratiarum Apoſtolicarum magis
eſt extraiudicialis, quam iudicialis, & in
extraiudicialibus non datur Inſtantia:
vt cum Soci. Iaſ. & aliis, dicit idem Me-
noch. *vbi ſupra, nu. 6.*

Præterea, Executor † gratiæ, eſt quid 15
acceſſorium ipſi gratiæ, & pars ipſius, vt
dicit text. & ibi gloſſ. & omnes, *in c. ſi ſu-
per gratia, de officio de Legat. in 6.* Vnde
quemadmodum conceſſiones gratia-
rum non tolluntur, *ex dicto ſacro Concilio,*
ita neque eis acceſſoria, & per conſe-
quens, non tolluntur Executiones, ne-
que Executores, cum ipſe, qui facit gra-
tiam, poſſit & debeat eam exequi, alias
vana eſſet potentia ſua, & ſi poteſt per
ſe, poterit etiam per alium, *vt in locis
vulgaribus.* Et de hac reſolutione & de-
claratione hodie † nullatenus dubitari 16
poteſt; quia eam confirmat Gregor.
XIII. ſummus Pontifex felicis recor-
dationis, vt apparet ex eius proprio
Motu, quod eſt, *in Summa collectionis Bul-
larum; proprio Motu, 9. ibi, Summariam
duntaxat,* & ibi, *Sed mere executiue.* Et ad-
uerte, quod loquitur, etiam quando eſt
Executor Auditor Cameræ Apoſtoli-
cæ, vt paret, ibi, *Dilecto filio Curia Cameræ
Apoſtolicæ, &c.*

Ex qua declaratione † infertur, quod 17
ſi aduerſus Executionem gratiæ Apo-
ſtolicæ allegetur aliqua exceptio, quæ
altiorem indaginem requirat; & gratiã
efficiat nullam, vel ſubreptitiam aut
obreptitiam; vel Bullam falſam aut ſi-
mile: quod tunc datur Inſtantia: & non
poteſt auferri Iuriſdictio ab Ordinario
in prima Inſtantia, *ex d. capit.* idque con-
firmat, *dicta deciſio Gregorii,* ibi, *Illarum ta-
men forma ſeruata.* Vbi vult, quod Execu-
tor in prima Inſtantia; non poteſt pro-
cedere, omiſſa forma gratiæ: at vero in
gratia ſemper ponitur aut ſubintelligi-
tur clauſula: *Si preces veritate nitantur.* aut
aliæ æquipollentes. Vnde ſi narrata ve-
ra ſunt, aut aliquid ex neceſſariis omit-
tatur, ceſſat Iuriſdictio Executoris, &
non poteſt exequi gratiam, teneturque
ſummarie audire ſuper exceptionibus
allegatis, alias declarabitur vim fieri, &
poſtea remittere cauſam Ordinario, in
prima Inſtãtia terminandã; quia ceſſat

Google

omnino via executiua, vt diximus, *in d. q.4.§.3.& 4.*

18 Infertur ſecundo, quod † ſi Tertius poſſeſſor cum tit.ſaltem colorato ſe opponit aduerſus gratiæ Executionem, & alleget de ſuo iure, & declinet Iuriſdictionem Executoris (quia contra eum non habet locum via executiua, ſed ordinaria) Executor tenetur ſuperſedere, & remittere cauſam in prima Inſtantia Ordinario; quia aliter excederet à verbis gratiæ, quæ ſolum iubet illicitum Detentorem amoueri, vt diximus *in d.q.§.4.*

19 Infertur tertio, quod † ſi ex verbis gratię, de quibus *in d.quaſt.* Executor tenetur aſſumere partes Iudicis, vt per Felyn. *in d.cap. final. Si gratia ſit ſignata manu ſummi Pontificis*, talis Executor poteſt cognoſcere, de cauſa in prima Inſtantia ad effectum Executionis, & non tenetur remittere cauſam Ordinario; quia ex appoſitione manus ſummi Pontificis cenſetur tacite auocata, *ex tex.* & ibi, Abb. Franc. & aliis, *in c. vt noſtrum, de appel.* & ex Dec. Rip. Fel. & aliis, *in cap. cum M. Ferrarienſ. de conſtit.* Quod ſi non ſit ſignata, Executor tenetur ex verbis gratiæ aſſumere partes Iudicis, cauſa Ordinario remittenda eſt, *d.deciſ. Conciliari.*

20 Si vero gratia † requirat aliquam liquidationem, aut verificationem narratiue, non tamen Executor, ſi nõ vult, tenetur aſſumere partes Iudicis, & citare Partes, vt in caſibus notatis a Felyno & Menoch. *vbi ſupra*) ſi aſſumat partes Iudicis, debet Partes ſummarie audire, & procedere executiue, alias ſi ordinarie audiat, excedit a Mandato, & male facit, tenetur que remittere Ordinario, ab eoque, tanquam ab Executore excedenti, poteſt appellari, *vt in dicta quaſtione diximus.*

21 Infertur quarto, quod † omnia ſupra dicta habent locum in Auditore Cameræ, quando exequitur gratiam Apoſtolicã, ex identitate rationis; quia ipſe non poteſt in prima Inſtantia, de cauſa ordinaria cognoſcere, *vt dictum eſt.*

22 Habebitque etiam † locum in Subexecutore eius, quando exceptiones concludunt iniuſtitiam Executionis, & nullitatem gratiæ; quia tunc tenetur audire ad effectum ſuperſedendi & remittendi Inſtantiam Ordinario, vt diximus *in dict.quaſt.* quia Romana Curia longe diſtat, ex æquitate, de qua *in d.q.* alias ab eo poſſet appellari, tanquam iniuſtitiam faciente & excedente, vt *in d.q.* diximus.

Infertur quinto, quod † ex dicta deciſione Gregorii tunc ſecure poterit Auditor Cameræ, vel eius Subexecutor, vel alius Executor gratiæ Apoſtolicæ, procedere, quando vel poſſidens eſt notorie intruſus, aut exceptiones, quæ allegantur, ſunt manifeſte friuolæ, & quæ non impediunt Executionem, tunc enim in mera Executione verſatur: & non in Inſtantia ordinaria, de quibus omnibus late diximus, *in dicta quaſtione.* 23

Septima concluſio. Auditor † Cameræ eſt legitimus Executor literarum, penſionis, ex poteſtate ſibi commiſſa, vnde poteſt procedere per viam Monitorii, contra debitores penſionis: & ſi intra terminum conſtitutum debitores penſionis nihil allegent, ſeruatis terminis, de ſtylo Rotæ ſeruari *ſolitis*, poteſt procedere ad reintegrationem Monitorii, & dare Mandatum executiuum, contra tales Debitores, poteſtque etiam procedere per viam proceſſus, fulminando Cenſuras, de quibus in Bulla penſionis, & committendo publicationem Omnibus, & Singulis, &c. Cum clauſula; *Cæterum*, vt conſtat ex Octauiano Veſtrio, *vbi ſupra*, & ex Camillo Plautio, *in tractat. de penſionibus Epiſcopalibus, à num.27.fol.534.tom.15.tract. Nouorum*, & ex Mandoſio, *in tractat. de Monitoriis, quaſtion.31.cum ſequentibus & quaſt.76.* 24

Aduerte tamen, quod † Subexecutor cum clauſula; *Cæterum*, non poteſt procedere executiue contra bona debentis penſionem; quia hoc ſibi commiſſum non eſt: ſed ſolum poteſt publicare Cẽſuras fulminatas, a dicto Auditore Cameræ, in caſu non ſolutionis, 25

& de-

& denuntiare Debitorem excommunicatum,& præcipere aliis, vt eum denuntient & euitent, alias excederet, & ab eo poſſet appellari,vt per Camill. *vbi ſupra.*

26 Tum etiam nota,quod,† etſi de iure & ſtylo Romanę Curiæ (ſi Debitor penſionis non eſt ipſe, qui conſenſit impoſitioni penſionis) debeant ſibi intimati literæ penſionis, alias ſoluere non tenetur,vt eſt gloſſ. *in regul.25. Cancellariæ Apoſtolicæ*; & notat Gomezius, *in compendio vtriuſque Aſſignaturæ circa finem,* Pariſ. *conſilio 82. lib.4.* Rebuff. *in dicto tractat. de pacificis Poſſeſſoribus, numero 145.* Tamen ſi Auditor Cameræ decernat Monitorium contra talem Succeſſorem, inſerto tenore gratiæ, vt notificetur ſibi Monirorium, tunc non erit neceſſaria intimatio litetatum; quia Monitorium æquipollet dictæ intimationi, & ita practicatur in Rota, vt per Gomezium, *vbi ſupra*, & per Caſſiadorum, *deciſione ſecunda, titul. de penſionibus, & deciſione 12. de Reſcript.* Mandoſ. *in tractatu commiſſionum, in 4. forma commiſſionis, verbo, prænominatos heredes; & in dicto tract. de Monitoriis, quæſtione vigeſima tertia & quæſt.76.*

27 Hoc tamen intellige † eſſe verum; quoad Executionem faciendam in bonis debentis penſionem, non tamen quoad declarandum; eum incurriſſe Cenſuras, & pœnas Bullæ penſionis: nam Audiror Cameræ, nec eius Subexecutor non poſſunt eum declarare publice excommunicatum, nec beneficio priuatum, abſq; eo, quod ſibi intimentur literæ originales penſionis, & ita declarant omnes ſupra dicti.

28 Et licet † exemplum gratiæ penſionis in Monitotio inſertum, propter authoritatem Auditoris Cameræ, faciat fidem, quoad vim & effectũ ipſius Monitorii, vt per Puteum, *deciſione 246. lib.3.* non tamen ad effectum Principalis intimationis, quæ per ſe, & principaliter fit ad incurſum Cenſurarum, vt ſupra
29 dicti dicunt. Imo & ſi † ad trãſlationem penſionis requiratur, quod Bulla ſit expedita & intimata, ſufficit tamen ex dicto Stylo, quod inſerta ſit in proceſſu dicti Auditoris, vt Pureus, *vbi ſupra*, dicit.

Notandum etiam † eſt, quod dictus 30
Auditor Cameræ, aut eius Executor in Partibus, virtute clauſulæ; *Cæterum*, poſſunt procedere ad Executionem pro penſionibus decurſis, vel pet viam Monitorii & reintegrationis, & Mandati, *vt dictum eſt*, vel per viam declarationis incurſus Cenſurarum; non obſtanre, quod in via ordinaria pendeat lis inter Penſionarium & Rectorem grauatum, vel ſupet Reformatione penſionis, vel ſuper eius nullitare, ex vi commiſſionis Pontificis, cum clauſula ordinaria: *Sine retardatione ſolutionis penſionis*, vt per Rebuff. *in dicto tractu de pacificis poſſeſſor. numero 156.* & per Hieronymum Gigantem, *in tractatu de penſionibus, quæſtione 69.* notat Octauianus Veſtrius, *in dicta praxi Romanæ Curiæ libro 3. capit. final.* Gigas, *in dict. tractat. quæſtion. 85. & quæſt. 47.* Camillus Plautius, *in dict. tractat. de penſionib. num. 2.* Robertus Lancellottus, *in tractat. de attent. 2. part. capit. 10. nume. 38. & capit. 17. num. 60. & num. 92.* idem Gigas *quæſt. 35.*

Et idem erit, ſi † coram Iudice ordi- 31
nario agatur de nullitate aut de Reformatione penſionis, abſque commiſſione, vel cum ea, & ſine dicta clauſula, dũ tamen nullitas non ſit omnino nototia, vt per Lancellottum, *vbi ſupra*, maxime, ſi Penſionarius ſit conſtitutus in poſſeſſione recipiendi penſionem; *vt per ſupra dictos*, quia non debet ſpoliari a tali poſſeſſione, ex denegatione penſionis, vt pet Gigantem, *in dicto tract. de penſionibus; q. 47.* & Petrus Gambara, *in tractat. de legato. part. 6. num. 531.* Et ſi eſſet ſpoliatus ex dicta denegatione, deberet reintegrari & reſtitui, non obſtante dicta litis pendentia, *vt per ſupra dictos*, tenetur tamen tunc ad iuſtificandam ſuam poſſeſſionem; docere de titulo iuſto, aut ſaltem colorato, vt cum Decio, & aliis notat Gigas, *vbi ſupra*, & idem Gambara; *in loco citato*, & faciunt, quæ notat cum infinitis Menoch. *in tractat. de recuperand. vel retinend. poſſeſſion. remed.*

N 2 *15. num.*

15.num.458.cum ſequentibus, faciunt ad ſupra dicta, quæ notat nouiſſime Gutierrez Placentinus, *in tractatu, de Iuramento confirmat.c.2 à n.23.* declarando doctrinam Innoc. *in c.cum in iure, de offic. Delega.*

32 Intellige tamen, quod † licet in hoc notabili dictum ſit expeditum, quando agitur de Reformatione pēſionis, quādo vero agitur de nullitate, procedit cum diſtinctione: nam aut nullitas requirit altiorem indaginem, & tunc abſque dubio non impedit dictam Executionem, ex notatis per Bart. Ripā. & alios, *in l.4.§.condemnatum, de re iudicat.* & latiſſime per Robertum Lancellottum, *in tractat. de attentatis, tit. de attentatis, nullitate pendente, per totum*, aut vero nullitas verſatur circa extrinſeca gratiæ penſionis, *verbi gratia*, quando penſio fuit aſſignata ex cauſa Reſignationis, aut Ceſſionis iurium, & diſputatur de titulo & iuribus Reſignantis, vel de validitate Concordiæ, aut aliis extrinſecis, & tunc etiam non impedit dictam Executionem faciendam per Auditorem Cameræ, vel eius Subexecutorem; & ita dicūt

33 Doctores ſupra dicti. Aut vero † verſatur circa intrinſeca gratiæ. vt puta circa eius Obreptionem vel Subreptionem, ſcilicet; quia impetrans non fecit mentionem de alia penſione prius conſtituta, quo caſu impoſitio penſionis iudicatur nulla, & ſubreptitia, vt per Caſſad. *in titulo de penſion. deciſione tertia*, & Petrum Gambata, *in dicta 6.part. nume.127.* Paul. Æmil. Veral. *deciſione 301. & 311. numero quarto. & 312. libr.2.* Tunc lite ſuper Subreptione pendente; non poteſt Auditor, nec eius Subexecutor procedere ad Executionem pro penſionibus decurſis, & hæc eſt legitima exceptio ad impediendam dictam Executionem; quia efficit Auditorem omnino Iudicem incompetentem, & ita concludit dictus Hieronymus Gigas, *in dicto tract. de penſion. quæſtion. fin. num.13.* pro quo facit; quia gratia ſubreptitia eſt ipſo iure nulla, & eſt etiā ipſo iure nulla datio Executoris in ea contenta, & per eam nulla attribuitur Iuriſdictio Executori, ſecūdum Abb. & Imol. per textum ibi, *in capit. cum in noſtris, de conceſſione præbend.* Felyn. *in capit. final. quæſt. penul. de præſumption.* Gigas, *vbi ſupra*, eleganter Felyn. *in cap. ad Audientiam, primo, verſic. Literæ beneficiales non dant Ius, de Reſcriptis*; Menoch. cum aliis quam plurib. ab eo relatis, *in tract. de arbitr. iudicū, libr.2. cent. 3. caſu. 201. num.1. cum ſequentibus.* Igitur cum Auditor non ſit Iudex competens ex cauſa Subreptitionis, non poteſt procedere ad Executionem, lite ſuper Subreptione pēdente, maxime, ſi Subreptio corā eo, vel eius Subexecutore allegetur, & de ea in continenti pateat, vel patere poſſit, ex Gigante, *vbi ſupr.* Et in tantum † hoc eſt verum, quod etiam 34 ſi Auditor Cameræ proceſſiſſet contra Rectorem, penſione oneratum, per viam Monitorii, & quia ipſe non comparuit, proceſſiſſet, ſeruatis terminis de ſtylo Rotæ ſeruari ſolitis. ad reintegrationem Monitorii, & relaxaſſet Mandatum executiuum ad Partes, virtute cuius Rector ſoluiſſet penſionem, nihilominus ſi poſtea allegaretur Subreptio, & ſuper ea litigaretur, non deberet Penſionarius exigere penſiones, lite pendente, nec Auditor Cameræ, aut eius Subexecutor Rectorem poſſet, via executiua, compellere ad ſoluendum, ſed cauſa debet, in prima Inſtantia Ordinario remitti, nec per dicta Monitoria & Mandata Rector eſt præiudicatus, aut Penſionarius in legitima poſſeſſione cōſtitutus, ita quod in eius fauorem habeat locum via executiua dicti Auditoris, lite pendente: quia acta per ipſum, per viam Executionis & Monitorii, omnia fuerunt ipſo iure nulla, tanquam facta à Iudice incompetenti, & quia exiſtente nulla gratia, nulla etiam exiſtit datio Executoris, & eius Executio, *vt dictum eſt*, etiamſi Pars non appellauerit: ita notabiliter declarat Felyn. *in d.cap. ad Audientiam, 2. verſic. dicto, ampliatione 1. per totam*, qui & amplius vult, quod etiamſi Executor aſſumpſiſſet Partes Iudicis, & proceſſiſſet in via ordinaria, omnibus terminis ſerua-

ſeruatis, & dediſſet ſententiam diffinitiuam, a qua Partes non appellaſſent, nihilominus acta ab eo ſunt nulla, & nõ præiudicant, maxime; quia nullitas incompetentiæ, virtute Reſcripti, aut gratiæ ſubreptitiæ, irremiſſibilis eſt, per
35 Partes in ſpiritualibus. Imo † Iudex incompetens, dicitur procedere, vt priuatus & ſpoliare iudicatur, ex his, quæ cum pluribus notat Menoch. *in tractat. de recuperand. vel retinend. poſſeſſion. remed.*
36 *8. à num. 13. cum ſequentibus.* Tum † etiam ad propoſitum facit; quia acta facta in via executiua non nocent in Iudicio ordinario, vt per Abba. Anton. Imol. & alios, *in cap. cauſamque primo, extra, de teſtibus, & in cap. veniens, eodem tit.* notat late Baptiſta Aſinius, *in d. praxi Ciuili, §. 15. cap. 17. num. 15.*

37 Nec ſolutio facta † virtute Executionis factæ, à dicto Auditore Cameræ, vel eius Subexecutoribus quidquam nocet; quia præſumitur metu facta, ex Gigante, *in dict. tractat. quæſt. 36.* Nec etiam poſſeſſio ſoluendi penſionem: nam hæc, *vt dictum eſt*, non ſuffragatur non habenti titulum iuſtum, vel ſaltem coloratum, at vero habẽs titulum, ex gratia ſubreptitia non habet titulum iuſtũ, nec coloratum, imo, in beneficialibus intruſus reputatur: ex notatis per Abb. *in cap. in noſtris, in fine, de conceſſione praben.* & per Felynum, *in capit. in noſtra, corollario 2. num. 12. & 13. de Reſcriptis*, Gomez. *in reg. de triennali, quæſt. 51.* Vbi titulus diſco-
38 loratus † dicitur, quando eſt ipſo iure nullus, & intruſus dicitur, quando nullum habet titulum de facto, vel habet titulum ipſo iure nullum, vel ipſo iure, vel per hominis ſententiam eſt priuatus titulo, & quis dicatur intruſus, lati-
39 us dixi, *in dict. q. 4. §. 2. & 3.* Præterea † habens titulum non coloratum in beneficialibus, non defenditur, ſed poteſt libere ſpoliari, vt per Ripam, *in l. naturaliter, §. nihil commune, num. 71. ff. de adquiren. poſſeſ.* & infinita allegat Menoch *in dict. tract. de recupe. vel retinend. poſſeſſ. remed. 15. à nu. 463. cum ſeqq.*

40 Nec iuuaret etiam † dictam poſſeſſionem, quantumuis eſſet annalis, vel triennalis, ex defectu tituli, quia regulæ de annali & triennali, quę de beneficiatis titulatis loquuntur, non iuuant Penſionarios, qui non proprie ſunt beneficiati, nec habent titulum beneficii, vt cum Gomezio, & aliis concludit Hieronym. Gigas, *in d. tract. de penſionib. q. 79.* Gambara, *in d. 6. p. de penſionib. nu. 519. cum ſequentibus.*

Præterea † notandum eſt, quod ſi 41
Rector onere penſionis grauatus per longum tempus, puta per decennium, penſionem non ſoluerit, & cauſas apparentes non ſolutionis allegauerit, debet audiri coram Ordinario in prima Inſtantia, & non poteſt procedere contra eum executiue dictus Auditor Cameræ, nec contra eum datur commiſſio cum clauſula, *Sine retardatione penſionis, ob præſumptionem*. quæ eſt in eius fauorem, vt notat Gigas, *in d. tractat. quæſt. 85. num. 3.* Gomezius, *in dicto compendio Signaturæ, in fine.* Tum etiam † ex eo-
dem Gomezio, ſi gratia penſionis ali- 42
quas qualitates, aut conditiones contineat, non poteſt executiue procedere, niſi verificatis dictis qualitatibus, & ſi contradictorium iudicium, & viam ordinariam requirant; quia tunc Auditor tenetur aſſumere partes Iudicis, ex Felyn. *in d. c. fin.* remittendæ ſunt Ordinario, in prima Inſtantia, *ex deciſione noua, dicti cap. 20.*

Ex quibus omnibus † ad propoſitum 43
cumulatis, iam vides, quod Executor Cameræ eſt Executor gratiarum penſionis, & in caſu, in quo habet locum Executio pro penſionib. decurſis, non obſtante litis pendentia, aut exceptionibus allegatis, & non tenetur aſſumere partes Iudicis Ordinarii, *vt ſupra dictum eſt*, ſed ſolum proceditur, de plano poteſt procedere ad Executionem & declarationem Cenſurarum, ſiue impedimento dictæ conſtitutionis Conciliaris; quia tunc nulla apud eum eſt Inſtantia, nec illam Ordinario auffert, ſed in ſuo ſtatu relinquit, nec excedit exeqnendo; & ideo ab eo appellari non poteſt, ex Gigante, *in dicto tractat. quæſt. 95.* & ſi appelletur, & proteſtetur Re-

gius recurſus (quem dicimus *de la fuerza*) Iudices ſupremi debent declarare vim non fieri, & cauſam Subexecurori
44 remittere. Si vero non † habeat locum via executiua; quia gratia eſt Subreptitia, & Auditor eſt incompetens, ac proinde eius Subexecutor: vel quia alias aliqua legitima exceptio opponitur, quę impediat Executionem, & oriatur ex natura gratiæ, ſiue ꝓpter verba expreſſa, ſiue propter conditiones, à iure ſubintellectas, quæ habentur pro expreſſis, *ex d. cap. cum M. Ferrarienſis, de Conſtitutio. & capit. ſicut accepimus, de ætate & qualitat.* vel quælibet alia exceptio allegetur cōtra Iuriſdictionem Executoris, de qua ſaltem ſummarie incontinenti apparet, ita quod non videatur per calumniam opponi: tunc Executor, aut Auditor, vel eius Subexecutor excedit ſi exæquatur, & ab eo poteſt appellari, quoad vtrumque effectum ſuſpenſiuum & deuolitiuum, conſtat ex Gigante, *dicta quæſtione 95.* & cum Felyno, notat dictus Æmil. Veral. *deciſ. 333. par. 1.* Imo vt con-
45 ſtat † ex eodem Gigante, *quæſt. 70.* Pars damnificata poteſt ad Ordinarium recurrere, vt cauſam retineat, & eum ab iniuſta vexatione Subexecutoris defendat, quod etiam conſtat ex eleganti cōſilio Hieronymi Grati, *conſi. 36. per totum. lib. 2.*

46 In his tamen † Regnis, recurrendum eſſet ad dictos ſupremos Iudices, qui declarabunt vim fieri, & acta reponent, vel cauſam Ordinario remittent, ab eo fine debito terminandam, ſi longiorem diſcuſſionem requirat, vel appellationi deferre iubebunt, & ſic practicatur, & hoc modo ſeruabitur, *deciſio dicti ſacri Concilii.* Imo ſi ad Conſilium Regale recurratur indiſtincte, ſi Executor excedat, cauſam Ordinario remittet, qui abſque dubio, quod ſupra dictum eſt, facere poterat ſeruādo modos, de quibus *in capit. paſtoralis, §. quia vero, de officio delegat.* de quibus etiam per Marantam *diſputatione prima*, & omnia ſic perſcrutando, & intelligendo, Auditori Cameræ ſeruabitur illæſa Iuriſdictio, auctoritas & obedientia debita, & ſaluabitur, *deciſio dicti Concilii*, & declaratio facta per dictum ſummum Pontificem Gregorium, qui non dat Iuriſdictionem Executoribus in prima Inſtantia, excedendo à forma Reſcripti, & debita Executione, *vt dictum eſt.*

Octaua concluſio. Auditor Came- 47
ræ †, eſt etiam Executor ſententiarum ab Auditoribus Rotæ decretarum, vt per Mandoſium, *in dicta quæſtione ſexageſima, numero decimo quinto*, non poteſt tamē procedere ad declarationem Cenſurarum, de quibus in Executorialibus, niſi Monitorio præcedente, vt per Mādoſium, *tractat. de Monitoriis. q. 75.* quod Monitorium ſemper, & in omnibus, Parte cōparēte, reſoluitur in vim ſimplicis citationis, vt per eundem, *in dicto tracta. q. 17.* & ſi nihil, quod releuet, allegat, reintegrantur & publicantur Cenſuræ, & decernuntur Mandata, *vt dictum eſt*: raro tamen Partes vtuntur dicta Iuriſdictione; quia fere ſemper intimatis Executorialibus à Rota decretis, ſolent ad eam recurrere pro declaratoria & brachio ſeculari, quod ſibi conceditur incuſatis contumaciis, & ſeruatis terminis ſeruare ſolitis, in Audientia contradictarum.

Nona concluſio. Auditor † Cameræ 48
eſt ordinarius & perpetuus Executor obligationum in forma Cameræ factarum, & poteſt procedere contra obligatos in forma Cameræ, licet in Partibus exiſtant, & licet extra eam contraxerint, vt per Mandoſium, *in dicta forma Mandati, §. ſitque, verbo generalis*, Veſtrius, & alii, *vbi ſupra*, Anton. Maſc. *de obligat. in forma Cameræ, p. 6.* Imo poteſt cauſas ſuper dictis obligationibus pendentes, coram Ordinariis ad ſe aduocare, vt per Lancellottum, *in dict. tractat. de attentat. lite pendente, limitatione, 15. numero 8. folio 330. lib. 5. tractat. & fol. 418. capit. 20. limitatione 26.* Et hoc ſibi conſeruatum eſt *ex dicta Gregoriana ſanctione*, quippe, quia in his cauſis ſemper executiue procedatur, nec viæ ordinariæ ſit locus, & dictus Auditor Iudex proprius & legitimus ſit harum cauſarum, & non erit iuſtum, quod tam propria Iuriſdictio ſibi

ſibi auferatur, nec aliter intelligere, & practicare poſſumus, de ſtylo procedendi, coram dicto Auditore, & exceptionibus, quæ admittuntur, aduerſus eius Executionem, & aduerſus obligationem Cameralem, videndus eſt idem Galleſius, *in dict. tract. & particulariter in 3. part.* à quo non eſt neceſſarium trãſcribere, nihilq; illi addi poteſt, ſufficit, quod ex dicto ſtylo ſecundum formam Nouarum obligationum, abſque alia citatione, datur Mandatum in forma Monitorii, vt Debitor intra tres dies ſoluat, alias declaratur pro excommunicato, & ſi intra illos tres dies ſoluerit, aut allegauerit, & probauerit aliquas exceptiones legitimas, Executor non poterit publicare Cenſuras. Si verò nõ faciat, poterit publicare: & ita declarat Galleſius, *dict. 3. p. q. 3.* potuit tamen Debitor per ſe, aut per Procuratorem conſenſiſſe ſententiæ excommunicationis inſertæ in obligatione, & impoſitæ à Iudice coram Notario obligationis: & tunc ex conſenſu, & ob contumaciam in non parendo declaratur. Si vero non conſenſerit, eſt ad recognitionem, & ſententiam ferendam per viam Monitorii, cum termino competenti citandus: & ſi non compareat, proceditur contra eum ad Executionem: ſi vero compareat, proceditur ad declarationem reintegrato Monitorio, eo non probante aliquam legitimam exceptionem.

49 Decima concluſio. Auditor † Cameræ poteſt procedere contra turbantes legitimos Poſſeſſores beneficiorum, in fructuum perceptione, & contra Poſſeſſorem beneficii, vt doceat de titulo, vel illud dimittat, non tamen contra debitores Decimarum, vt per Mandoſ. *in tractat. de Monitoriis q. 13.* Hoc tamen, vt credo, in his Regnis non admittetur in prima Inſtantia, & ſeruabitur deciſio dicti Concilii, niſi quando ipſe eſſet Executor alicuius gratiæ, & is, cui facta fuit, intra annum turbaretur, & agetetur de moleſtiis Facti, & non de moleſtia Iuris.

50 Vndecima † concluſio. Auditor Cameræ poteſt decernere Monitoria, cõtra debentes Salaria Officialibus, aut Aduocatis Curiæ Romanæ, vt per Mandoſ. *vbi ſup. q. 59. & in tract. commiſſionum, commiſſione 11. gloſſ. verbo, validitate*, & de hoc non eſt dubitandum; quia ſic etiam practicatur in omnibus aliis Tribunalibus, & in his caſibus proceditur executiue, velo leuato, vt diximus, *in q. de Salariis.*

Duodecima † concluſio. Auditor Cameræ ſuſpectus eſt, ſi excedit in modo procedendi, vt vult Innocen. *in tract. de exceptio. fol. 104. tomo. 3. tractatuum Nouorum, par. 2.* Ex quibus caſibus inhibeat aliis Auditoribus & Iudicibus, videndus eſt Herculanus, *in tract. de attentatis, cap. 18. num. 18. fol. 272. tomo. 5.* Hodie tamen in caſibus Ordinariis, inhibere non poteſt Ordinariis Locorum in prima Inſtantia; in caſibus autem, in quibus eſt Iudex competens, ex ſupra adductis, inhibere poterit. Et cum his finitur hæc quæſtio. 51

QVÆSTIO XIII.

AN habens Beneficium Curatum, ſi poſtea nanciſcatur aliud beneficium, aut beneficium incompatibile, poſſit reſignare dictum beneficium Curatum in fauorem alicuius, cũ reſeruatione penſionis? & an Ordinarius facta reſignatione, & conteſtando de ea, & diligentiis, poſſit procedere ad priuationem, vacationem, & prouiſionem beneficii, non audito reſignante?

SVMMARIA.

1 *Beneficium curatũ, an vacet per adeptionẽ ſecundi, late declaratur, n. 2. & declaratur tex.* in c. 17. Seſſione. 24. Cõcilii, de Reformatione, *nu. 3.* & c. 4. Seſſion. 7. *nu. 4. & quid: quando confertur*

fertur ſimplex, & quando poſſit quis habere ſimplex cum Curato, num. 5. & 6.

7 *Beneficium, quando vacat per adeptionem ſecundi, an poſſit poſſidens reſignare illud? late ibi. Et quid? quando non vacet ipſo iure, ſed poſſeſſor venit priuandus, num. 8. & traditur limitatio, quando lis vertitur ſuper priuatione, & eſt facta teſtium publicatio, ibid. nu. 11. 12. & 13.*

14 *Alienatio rei, lite pendente, facta, quando valeat? num. 15. 16. & 17.*

18 *Beneficii impetratio ante reſignationem poſſeſſoris, an valeat facta reſignatione? ibi. n. 18. & 19.*

20 *Reſeruatio Papæ, an impediat permutationem? ibi, contra plures.*

22 *Ordinarius poſt reſignationem poſſeſſoris, & pendente tempore conceſſo, ad expeditionem gratiæ, non poteſt procedere ad priuationem, ob non reſidentiam poſſeſſoris habentis aliud incompatibile, ibi, & num. 23. & 24. vbi eleganter declaratur, & quantum ſit tempus, ibi, n. 25. & an teneatur audire poſſeſſorem? num. 26.*

27 *Quis ordo requiritur ad procedendū contra non reſidentem, & de tempore, ibi. vſque ad finem, & de tempore ad optandum.*

1 PRo reſolutione † huius
quæſtionis præmitto primo,
quod per aſſequutionem
beneficii Curati, &
adeptā illius pacificā poſſeſſionē, vacat
primum ipſo iure, *vt in cap. de multa, de
prabend. & in extrauaganti Execrabilis, de
prabend.* notant late doctores, *in dict. cap.
de multa, & in cap. extirpanda, §. quia vero,
eod. tit.* præcipue Rebuff. ibi, *fol. 403. &
421.* Lambert. *in tract. iuris patronatus. 1.
p. lib. 2. quæſt. 7. art. 15. & in 6. q. art. 15. 16. &
17.* Salzedo, *in praxi Bernard. Diez. capit. 58.
per totum,* Gutierrez Placentinus, *conſil.
10. per totum,* Eſpino, *de teſtamen. gloſſ. 3. à
num. 74.* latiſſime Alphonſus Oxeda, *in
tract. de incompatibilibus, 1. part. capit. 15. nu.
18.* & cum Veroio, Bernardo Diez, & a-
2 liis, idem *cap. 13. nu. 13.* Et † licet aliqua
iura velint, quod beneficiatus habeat
tempus ad dimittendum primum beneficium,
vel ſex menſium, vel menſis:
verius eſt nullum tempus habere: ſed illico
teneri dimittere de facto, quia ipſo
iure vacat, nec poteſt ex duobus alterum
optare, & Epiſcopus, eo non vocato,
poteſt alii primum conferre, *ex cap. licet
Epiſcopus, de præbend. in 6. & tex. in dict.
extrauagāti Execrabilis,* proceſſit ex quadam
diſpenſatione in quantum aſſignauit
menſem habenti duo beneficia Curata
de facto, abſque diſpenſatione, ex
eo; quia eo tempore, de facto vſus, licet
iniuſtus, irrepſerat habendi plura beneficia
Curata, qui vſus quodammodo, &
ſi leuem excuſationem facto dabat, & in
prima parte loquutus eſt de his, qui ex
diſpenſatione obtinebant, cum quibus
mitius erat agendum, *tex. etiam † in c. 17.* 3
*Seſſione. 24. de Reformatione Sacroſancti Cōcilii
Tridentini,* qui habentibus plura beneficia
Curata dat ſex menſes, intra
quos, vno relicto, alia dimittant, procedit:
vt patet ex textu ibi, etiam in
habentibus diſpenſationem, cum quibus
Concilium maiori benignitate vtitur
ex cauſa diſpenſationum, quam vſus
erat text. *in dict. extrauag. Execrabilis.*
& licet *ex capit. 4. Seſſion. 7. de Reformatione
dicti Concilii,* habens duo beneficia
Curata, vtroque ipſe iure priuabitur,
procedit tex. in habente poſt promulgationem
ipſius Concilii, & præſumptiue
& de malitia, aut ex propoſito, contra
iura Canonica recipiente duo Curata
beneficia, & ea retinente, hic enim
iam committit delictum, ob quod dignus
eſt priuatione: at vero abſque delicto,
ſi recipiat ſecundū poſt primum,
ſolum primo eſt ipſo iure priuatus & tenetur
illico dimittere, abſque vllo termino:
vt dicit *dicta extrauagans Execrabilis,*
& ſi non dimitteret, & Ordinarius
intra breue tempus prouideret,
tunc nullum delictum committeret,
non capiendo fructus, ſi vero de facto
retineret, & fructus ambarum Parrochiarum
reciperet, eſſet locus pœnæ
dicti capituli, & ſic concordantur Conſtitutiones,
quæ de hac materia loquūtur,
ad quæ omnia non aduertunt plures

res, qui de hac materia ex profeſſo lo-
quuntur.

5 Secundo præmitto, quod † ſi haben-
ti beneficium Curatum, conferarut a-
liud ſimplex incõpatibile; ſcilicet; quia
requirit reſidentiam, vt ſunt beneficia
præsbyteralia, in Epiſcopatu Palenti-
no, vel habenti Curatum conferatut a-
liquod officium, aut Cathedra extra lo-
cum beneficii, quæ etiam incompatibi-
lis ſir, non propterea vacat beneficium
primũ ipſo iure; quia hoc non inuenitur
in iure diſpoſitum, ſed Prælatus, ob non
reſidentiam vel incompatibilitatem,
poreſt agere ad priuationem: vt vult
Abb. eleganter, *in cap. fin. in fin. de Clericis
non reſident.* idem *in d. cap. de mulcta, nota-
bili. 1. & 2.* Rebuff. & alii, *vbi ſupra*, gloſſ.
etiam, *in pragmat. ſanct. Gallicana, tit. de col-
lat. gloſſ. reſidentia, litera E.* Oxeda cum
pluribus *de incompatibilitate beneficiorum,
p. 1. cap. 18. num. 30. & cap. 27. num. 40.* vbi re-
fert Antiquorum opiniones. Sed tamen
hæc eſt verior, & communior opinio, &
quæ ſemper in praxi recipitur, & eam
ſequuntur doctores omnes, *infra ci-
tandi.*

6 His præmiſſis, quæſtioni † reſponde-
tur, concluſionibus ſequentibus.

7 Prima concluſio. Quando † benefi-
cium primum vacat ipſo iure per aſſe-
quutionem ſecundi, non poteſt poſſi-
dens reſignare illud in fauorem alterius
amici; quia nemo dat, quod non habet,
ita concludit Rebuff. *in ſua praxi benefici-
ali, lib. 3. tit. de modis amittendi beneficia, nu.
52.* Boer. *deciſ. 205. per totam*, Alphonſus
Oxeda, *in d. tract. p. 1. c. 13. nu. 62.* Chriſto-
phorus Ruffiniacus, *in ſuo tract. de benef.
c. 29. n. 4 & 5. cum ſequentib. fol. 275. to. 15. tra-
ctatuum Nouorum, p. 2.* & id ſatis inſinuat
dicta extrauagãs Execrabilis. cum ibi ſum-
mus Pontifex ſibi reſeruet collationem
beneficii, quod ipſo iure vacat, & ſic tã-
quam beneficium reſeruatum non po-
terit reſignari in præiudicium reſerua-
tionis, ſatis etiam id probat, *d. c. licet Epi-
ſcopus*, vbi Epiſcopus tale beneficiũ pro-
uidere poteſt, non citato Poſſeſſore, qui
aliud beneficium aſſequutus fuit, at ve-
ro ſi ille poſſet reſignare, citandus eſſet,
antequam Epiſcopus alteri collatio-
nem faceret, licet ad hunc tex. poſſet re-
ſponderi, quod ſufficit citari, antea quã
Prouiſo tradat poſſeſſionem, & ſic ſal-
uabitur nullitas, quæ ex defectu citatio-
nis poteſt interuenire.

Secunda concluſio. Quando † bene- 8
ficium primum non vacat ipſo iure, ſed
eſt Poſſeſſor priuandus, ob incompati-
bilitatem & non reſidentiam, per ſen-
tentiam Iudicis: tunc Poſſeſſor ipſe po-
teſt reſignare in fauorem alterius, etiam
cum reſeruatione penſionis, vt eſt gloſſ.
in cap. 2. verbo, finita, vt lite pend. libr. 6. per
quam ita tenet & defendit Boer. *deciſ.
206. per totam*, Fel. *in cap. inquiſitionis, in
princip. de accuſat.* Aufrerius, *ad deciſiones
Capellæ Toloſana, deciſ. 237.* Rebuff. *vbi ſup.*
gloſſ. *in pragm. ſanctio. Gallicana, titul. de col-
lationibus, §. item ſuper, verbo, diſpoſitio,*
Dominicus, *conſil. 105. per totum*, Ludoui-
cus Gomez. *in regul. de annali, quæſt. 42.
per totam*, Ruffiniacus, *vbi ſupra.* Probus,
ad dictam pragmaticam, Thomas Ferra-
tius, *cautela. 44.* Robertus Lancellot. *in
tract. de attentat. p. 2. c. 4. num. 503. fol. 312. to-
mo. 5. tractatuum Nouor.* idem *in c. 5. à nu.
10. 11. 12. & 13. fol. 338.*

Et licet iſti aliqua † iura allegent, ea 9
non bene probant, nec plures ex Aucto-
ribus ab eis citatis, qui loquuntur, quan-
do lis pendet ſuper priuatione benefi-
cii, & Poſſeſſor cedit liti: tunc dicunt i-
pſi, quod ceſſat lis, ſed non aperiunt, an
poſſit cedere per viam reſignationis in
fauorem alterius? facit doctrina Bald.
in leg. inceſtas. C. de inceſtis nupt. vbi dicit,
quod priuatus ipſo iure, non poteſt bo-
na alienare, ſecus priuandus, & plures
alias auctoritates in cõfirmationem hu-
ius doctrinæ, Bal. allegat ipſe Oxe. *vbi
ſup. c. 4. nu. 11.*

Limitant tamen † hanc concluſionem 10
plures ex ſupra dictis cum Butrio, & a-
liis, duobus modis.

Primus, quando lis † vertitur ſuper 11
priuatione beneficii, ob non reſiden-
tiam: vel ob aliud delictum, & ante reſi-
gnationem, facta eſt teſtiũ publicatio:
tunc enim habetur, ac ſi eſſet lata ſen-
tentia priuationis, vt per iura ab eis alle-

gata,

gata, & tunc nō poteſt reſignare. Quam
tamen limitationem ego intelligerem,
quando facta teſtium publicatione, ap-
paret poſſeſſorem omnino priuandum;
nullamq; ei cōpetere defenſionē: tunc
reſignare non poterit, quia tunc perin-
de habetur, ac ſi eſſet priuatus ipſo iu-
re; nam idem eſſet in ſentētia, à qua ob
notorietatem iuſtitiæ non poſſet appel-
lari, aliàs ſi dubium verſaretur in iure &
in facto, bene poterit reſignare, quem-
admodum poſſet reſignare, pendente
appellatione, à ſententia priuationis, vt
vult Rebuff. *vbi ſup.*

12 Sed ego valde † dubito de hac limita-
tione; nam cum priuandus ſemper in
omni tempore, vſquedum ſit actualiter
beneficio priuatus, in poſſeſſione &
proprietate habeat Ius, nō video, quare
illud non poſſit cedere in fauorem alte-
rius, neq; vlla fraus ſit, quia lex permit-
tit, & quia ſi ob delictum priuandus
veniebat, poterit etiam alia via puniri.
Si vero ob incompatibilitatem & nō re-
ſidentiā, ceſſat cauſa priuationis, eo re-
nuntiante: tum etiamſi notorie conſta-
ret, quod eſſet priuandus, ac proindè nō
poſſet reſignare, nec vti re ſua, iam pri-
uatus ipſo iure cenſeretur, & ſic non fie-
ret differētia inter priuatum & priuan-
dum.

13 Tum † etiam, vt Abb. *in d. c. ſi. in fin.* di-
cit, quem Oxeda & omnes ſequuntur,
talis Poſſeſſor poteſt optare inter hæc
duo beneficia incompatibilia, & alterū
eligere: at vero ſi de primo non poſſet
diſponere, quia ex notorietate facti ha-
betur, vt priuatus, optare non poſſet.
Præterea licet dicta reſignatio dicatur
in fraudem condemnationis, nihilomi-
nus valet, quia renuntiauit poſſidens
ius quod habebat: quemadmodum va-
let alienatio omnium bonorum in frau-
dem delicti, vel creditorū, licet reſcin-
datur ex remedio tituli, *Si quis in fraudem
creditorum*, quando apparet in fraudem
factam, ex Bart. *in l. poſt contractum, à nu.
11. ff. de donat.* quem omnes ſibi ſequuntur.

14 Imo ex diſtinctione † Bart. ibi com-
muniter approbata conſtat, quod alie-
natio vnius rei, abſq; ſimulatione, etiam
poſt litem conteſtatam, quando bona i-
pſo iure non publicantur, eſt valida. I-
mo etiam & omnium bonorum, ſi fuiſ-
ſet facta abſque ſimulatione, & per con-
tractum onerosum, quod nō firmo; quia
ex tali alienatione præſumitur ſimula-
tio & fraus, vt per Barto. *vbi ſupra.*

Tum etiam † ipſe Bart. ibi dicit, quod 15
ſi alienatio eſſet facta poſt ſententiam,
appellatione ſuſpenſa, valeret, licet poſ-
ſet per viam attentati reuocari. In quo
puncto reprehenditur à Barba. ibi, *in ad-
ditione*, & merito; quia appellatio non
tollit libertatem, quæ erat lite penden-
te, & ante ſententiam; imo in ea conſer-
uat appellantem ex titu. *ff. nihil nouari,
appellatione pend.* & quia, quando agitur
actione, aut perſequutione perſonali,
non contrahitur vitium Litigioſi. Ideo
poteſt fieri alienatio, lite pendente, vt
cū Baptiſta, Ferretto & aliis, notat Me-
noch. *conſil. 79. num. 27. lib. 1.* & cum dict.
gloſſ. *verbo finita*, & aliis notat Robert.
Lancell. *in tract. de attent. 2. p. c. 4 in præfa-
tione, à num 479.* Tunc enim contrahitur
vitium Litigioſi, quando agitur actione
reali, idque etiam procedit in benefici-
alibus, & ita intelliges, quæ notant au-
ctores à Lancellotto citati, *vbi ſup. num.
493.* Igitur conſtat † ex his, quod aliena- 16
tio, lite aut appellatione pendente, fa-
cta à Domino rei, licet ex aliqua cauſa
veniat priuandus, ſemper valet, in quo-
cunque ſtatu litis fiat, niſi ſimulata, & in
fraudem fiat, vt cōſtat ex Pico Anniba-
le, & aliis repetentibus, *in d. l. poſt contra-
ctum*, nimirum, etiamſi id propter ean-
dem rationem obtineat in beneficiali-
bus, quando vitium Litigioſi non con-
trahitur. Quare nō ſolum dubito de ſu-
pradicta limitatione, ſed eam penitus
falſam iudico, & quæ non cōſeruaretur
in praxi, prout aliquādo vidi nō ſeruari.

Secundus modus † eſt, quando antea 18
quam Reus vel Poſſeſſor priuandus re-
ſignaret, alius impetrauit beneficium in
caſu priuationis, tunc enim, ſi Poſſeſſor
ſciat de dicta impetratione, & gratiæ
conceſſione, reſignare non poteſt: ſi vē-
ro ignoret, poteſt, & ita Gomezius, Do-
min. Butrius, & alii, quos ipſi allēgant,
tenent.

tenent. Tenet etiã Chriſtophorus Ruffiniacus, *vbi ſupra, c. 21.* & latius Lancellot. *in d.c.5.à n.10.cum ſequentib.fol.338.* Sed ego etiã falſam exiſtimo hanc differentiam; nam ſi ſciẽtia prouiſionis impedit dictam reſignationem, ob decretum irritans, de quo in Nouis prouiſionibus, idem etiam erit, quando interuenerit ignorantia; quia decretum irritans afficit ignorantes, ſaltem quoad annullationem actus: vt eſt gl. *in Clemen. vnica de conceſſione præben.* & plura congerit Anton. Gabr. *in ſuis communibus concluſionibus lib.6. tit.de clauſulis, concluſ.3.per totam,* Robertus Lancellottus, *2.p.c.10.tit.de attenta.poſt auocationem cauſæ à num.27.cum ſequentibus,* & facit; quia, quando Papa manus apponit prouiſioni alicuius beneficii, ſunt ligatæ manus inferiorum, vt notãt Auctores, *in cap. vt noſtrum, de appella.* & cum Pariſ. & aliis Lancellottus, *vbi ſupra;* ſolum enim conſiderandum eſt, an omnia ſint Pontifici narrata, vel ſubreptio interuenerit; nam ſi hæc deficiat, iam conſtat de voluntate Pontificis, & in præiudicium ſuæ gratiæ non eſt locus Reſignationi, etiam ab ignorante factæ, & ita conſulerem, ſi caſus acciderit, & ſi reſignaret in fauorem alicuius in manibus ſummi Pontificis, & gratia noua expediretur in fauorem Reſignatarii, eam iudicarem nullam, & ſubreptitiam.

20 Ex quo infero† falſum eſſe id, quod Capra, Vellacomba, & alii, *in libr. 4. communium opinionum, tit. 42. à nu. 20.* dicunt, ſcilicet, reſeruationem Papæ factam de aliquo beneficio ad impetrationem alterius, non impedire eius permutationem cum alio, id enim aperte falſum eſt; quia ſi conſtat de voluntate Pontificis, volentis reſeruare, ſiue tacite ſiue expreſſe certum corpus beneficii, impediti ſunt inferiores, nec poſſunt de eo diſponere in præiudicium dictæ reſeruationis, quæ afficit ipſum beneficium neque obſtat tex. *in cap. vnico, de rerum permuta.lib.6.* Nam procedit in reſeruatione generali conceſſa in fauorem expectantium, quam declarat ſummus Pontifex, non extendi ex æquitate ad beneficia vacantia, per viam permutationis, ne per indirectum auferatur alicui libertas diſponendi de rebus ſuis; modo licito, & honeſto & debito, & ita etiam tenet, & dicit eſſe communem reſolutionem Mandoſ. *ad Regul. Cancellariæ, reg.1.q.13.per totam,* & inter reſeruationem ſpecialem & generalem, nulla eſt differentia, quando vtraque habet Decretum irritans: vt per eundem *in d. regul.1.q.31.*

Vides igitur, quod, quemadmodum Reſignatio nõ valet appoſita manu Papæ per prouiſionem, quæ inducit reſeruationem, ex Decreto irritanti, vt per Paul. Pariſ. *conſil.47.libr.4.* ita etiam, nec permutatio facta, exiſtente ſpeciali reſeruatione beneficii, aut generali, niſi in fauorem expectantium, ex quadam æquitate, de qua *in d.c. vnico,* vt dictum fuit.

Quare, ad propoſitum† redeundo;
limitatio hæc ſecunda eſt vera, & abſq; 21
diſtinctione ſeruanda, & vt credo eam ſemper Rota ſeruat.

Tertia concluſio. Ordinarius, pen-
dente† tempore neceſſario, ad expedi- 22
tionem literarum, & gratiæ conceſſionem, poſt Reſignationem, non poteſt, ob non reſidentiam, procedere contra poſſeſſionem beneficii incompatibilis, quod nõ vacauit ipſo iure; quia non tenetur reſidere; ſed poteſt habere & reſidere, dico, poſſidere ambo beneficia, vſque ad dictam diffinitionem, & ſeruire vni per ſe, & alteri per ſubſtitutũ, quod apparet ex ſequentibus.

Primo; quia iſte† non fuit priuatus i- 23
pſo iure, ſed veniebat priuandus, & ideo potuit dictam Reſignationem facere. Si igitur potuit facere dictam Reſignationem, ex conſequenti poteſt poſſidere beneficium, vſque ad euentum Reſignationis; quia alias ſi priuaretur, inanis eſſet Reſignatio, qui enim vult conſequens, vult etiam antecedens neceſſariũ ad illud, *vt in l. illud, ff. de adquirend. hered. & in leg. 2. & ibi Dd. ff. de Iuriſdictione omn. iud.* at vero, quando quis poteſt licite tenere duo beneficia incompatibilia, non tenetur reſidere in vtro-

in vtroque; quia eſſet impoſſibile, poterit igitur vni deſeruire per ſe, & alteri per ſubſtitutum; quia pro illo tunc cenſetur diſpenſatus à reſidentia, quemadmodum diſpenſatus circa pluralitatem beneficiorum, in dubio cenſetur etiam diſpenſatus ; quoad reſidentiam, ex conſequentia neceſſaria : vt vult Rebuff. *in dicta praxi beneficiali, libr. 2. titul. diſpenſatio, de non reſidendo, num. 28.* & cum pluribus dictus Alphonſus Oxeda, *in tractat. de incõpatibilitate beneficiorum, part. 1. capit. 17. num. 29.* gloſſ. Abb. & Decius, *in cap. quia in tantum, de prabend.* & plures alii, quos Oxeda, *vbi ſupra*, allegat, facit tex. *in capit. extirpanda, §. quia vero, de prabend.* Selua *de beneficiis, parte 4. quæſtione 6. num. 2.* imo, quaſi in propriis terminis allegati ab Oxeda, & dictus Selua dicunt, quod qui eſt pluralis, licite poteſt excuſari à reſidentia in vno ex incompatibilibus. Si igitur excuſatur, non poteſt priuari ob non reſidentiam.

24 Secundo facit; quia † miſſio Nuntii ad Papam, ad faciendam Reſignationem, in manibus Pontificis eſt, ſicut miſſio Nũtii ad proſequendã appellationem, & eſt ſicut quædam appellatio, quæ impedit Ordinatium, ne de cauſa ſe intromittat, ex tex. *in cap. meminimus, cap. dilecti, el 2. de appellatio.* & cum Portio Imolenſi, & aliis notat Robert. Lancellot. *in tract. de attent. 2. part. cap. 12. ampliatione. 16. à num. 1. cum ſequentibus.* Igitur ſic erit in dicta miſſione, quæ propter auctoritatem ſedis Apoſtolicæ ligauit manus Ordinarii, vt non poſſit procedere ad dictam priuationem, durante tempore conuenienti, ad Reſignationem faciendam.

25 Quarta concluſio. Tempus † intra quod debeat expediri gratia cotã ſede Apoſtolica, non eſt determinatũ à iure, ideo erit aſſignandũ arbitrio Iudicis, qui conſiderata diſtãtia Loci, & rei grauitate, maius vel minus tempus conueniens iudicabit, & eo finito, ad priuationem procedet : ita probat tex. *in leg. continuus, §. cum ita, ff. de verb. obligat.* late Iacob. Menoch. *in tract. de arbitra. iud. libr. 2. caſu. 2. à num. 1. cum ſequentibus.*

Quinta concluſio. Si † Ordinatius procedat contra recipientẽ ſecundum beneficium, aut officium incompatibile, & ſi non inducat priuationem primi ipſo iure, & ad eiuſdem priuationem, ob non reſidentiam, & incõpatibilitatem, non poteſt ipſo facto eũ ſpoliare & priuare: ſed prius eũ tenetur audire, & citare, & de cauſa cognoſcere, ſi aliquã defenſionem habeat, & ſententiam diffinitiuam proferre, à qua poterit appellari, *gloſſ. verbo, prouideat, in d. Pragm. in fin.* alias nulliter procedet, & omnia per ipſum facta reuocabuntur, per viam attentati iniuſtitiæ & nullitatis, vt colliges ex tex. *in c. inter quatuor, & in c. ex parte,* & ibi Abb, & Imol. *de Cleric. non reſidentibus*, idem Abb. *in d. §. quia vero, num 21. & in repet. nu. 16.* gl. & doctores, *in cap. ex tuæ, de Clerie. non reſiden.* Oxeda, *in d. tract. cap. 18. num. 5.* & Benedictus Caprai, *n ſuo tract. regularum, reg. 91. num. 46.* Selua late *in ſuo tract. de benef. par. 4. cap. 3. 4. & 5.* & licet Salzed. *in Additionibus ad praxin criminalem Bernardi Diez, cap. 25. verbo, ad priuationem, litera D.* voluerit, quod contra Clericum non reſidentem, non eſt neceſſaia ſolennis citatio, ſed ſolum requiſitio, & ſpoliatio de facto, & allegauerit Gregorium Lopez. & alios, intelligendus eſt, quando cõſtat, nõ reſidenti nullam defenſionem competere, alias male & perperam & contra iura & auctoritates expreſſas diceret, & in praxi prima opinio recipitur, & quando Ordinarii non audiunt poſſeſſorem in tribunalibus Regiis, declaratur vim fieri, prout ego in ſimili cauſa iam vidi declaratum. 26

Sexta concluſio. In † iure adoptandum inter beneficia incompatibilia, in quibus non inducitur priuatio ipſo iure vel ad reſignandum, nullum tempus videtur aſſignatum & determinatum, ſed tamẽ arg. tex. *in d. extrana. Execrabilis*, videtur, q. ſaltẽ onerofis debeat aſſignari & dari, ſic determinat Coſmas Gimier. *in pragm. Sanctione Gallicana, tit. de collationib. gloſ. reſidentia litera. E. in fin.* Ex quibus omnibus conſtat reſolutio huius quæſtionis, cui finem impono, Laus Deo. 27

QVÆ-

QVÆSTIO XIV.

AN à Sententia lata in cauſa Reformationis penſionis in fauorem Rectoris, cui eſt aſſignata pars congrua, poſſit appellari, quoad vtrumque effectum ſuſpenſiuum & deuolutiuum? & an, lite pendente, poſſit Secreſtari penſio?

SVMMARIA.

1 *Appellari, an poſſit à ſententia lata in cauſa Reformationis penſionis? ibi. & declaratur tex.* in Clem. 1. de iure patronat. & de congrua aſſignanda, *& à ſententia, qua eam aſſignat, an poſſit appellari, ibi, & declarantur plures deciſiones* Sancti Concilii Tridentini, *& nu. 5. 6. & 7.*

4 *Appellatio declaratur, an detur in cauſa alimentorum? & nu. 10. & 11.*

7 *Quæſtio; an poſſit appellari à ſententia lata in cauſa Reformationis? reſoluitur. num. 7. & 8. Vbi Reſpondetur ad contraria.*

9 *Appellari an poſſit à procedente, ſecundum conſcientiam?*

12 *Prouiſio, an detur Rectori petenti congruam, lite pendente?*

1 PRo parte negatiua, † imo quod non poſſit appellari, ſaltem quoad effectum ſuſpenſiuum faciunt ſequentia.

2 Primo, facit † text. *in Clemen. 1. de iure patronatus*, quem text. vltra Scribentes, ibi, eleganter, & late declarant, Cæſar Lambertinus, *in tract. iuris patronatus, par. 3. libr. 2. q. 10. art. 9. & 10. cum ſequentibus*, & Rebuff. *in tract. de Congrua portione, q. 4. per totam*, vbi probatur; quod Epiſcopus in aſſignatione Congruæ portionis, debet procedere ſecundum conſcientiam, & velo leuato, ſemotis omnibus exceptionibus, & allegationibus & per conſequens, ſemota appellatione, idque etiam nouiſſime videtur probare tex. *in cap. 7. Seſſ. 7. de Reformatione, inter deciſiones Sacroſancti Concilii Tridentini*, probat etiam text. *in cap. 16. Seſſion. 25. de Reformatione, & in capit. 8. Seſſ. 21. & in cap. 4. eadem Seſſ.* quæ omnia iura probãt, quod ab aſſignatione Cõgruæ portionis non admittitur appellatio, ſaltem quoad effectum ſuſpenſiuum. Cum igitur in præſenti quæſtione ſimus in materia aſſignationis Congruæ portionis, non poterit appellari à Sententia, quæ eam aſſignat, ſaltem quoad dictum effectum.

Confirmatur † hoc *argum. ex gloſſ. in* 3
dict. Clem. 1. verbo, oneramus, quam ibi Card. Ancharan. & alii ſequuntur, & Lambertinus, *vbi ſupra, art. 13* quæ dicit, quod ſi Epiſcopus aſſignat de nouo Rectori Congruam portionem, & appellatur ab exceſſu aſſignationis, Epiſcopus non tenetur deferre appellationi, quoad effectum ſuſpenſiuũ. Si vero ſit contentio ſuper Congrua portione ab antiquo aſſignata, quæ tunc allegatur inſufficiens, & Epiſcopus maiorem aſſignet, à qua aſſignatione appelletur, Epiſcopus non tenetur deferre appellationi, quoad dictum effectum ſuſpenſiuum; itaque nullo caſu tenetur dictæ appellationi deferre; quia eſt ei onerata cõſcientia, & procedit ex dicto arbitrio & ſententia: & de iure non appellatur à Iudice, cui eſt onerata conſcientia, ex dict. gl. q̃ admodũ in iure laudata, & ſingularis eſt, & eam plures commendant, & ſequuntur, quos refert & ſequitur Iacobus Menoch. *in tract. de arbitrat. iud. lib. 1. q. 8. num. 40.* & in materia appellationis cum Couarr. & infinitis allegationibus eam defendit, & ſequitur idem Menoch. *in d. tract. lib. 1. q. 70. per totam*, ſequitur etiam cum Franco, & aliis Robert. Lancellot. *in tract. de attentatis. 2. cap. 12. limitat. 10. per totam.* Igitur ad propoſitum redeundo caſus gloſſæ oneramus; eſt caſus noſtræ quæſtionis: nam ſicut ibi erat quæſtio ſuper Congrua antiqua augenda, ita in præſenti, & ſicut ibi Epiſcopus non tenetur appellationi

Digitized by Google

deferre, quoad effectum ſuſpenſiuum, ita etiam hic, ob Congruæ fauorem, & ſic dicta gloſſ. iuncto text. in euitabiliter facit pro hac negatiua opinione. Secun-
4 do pro hac † opinione facit, quia in cauſa alimentorum non conceditur appellatio à Sententia lata in fauorē alimentorum, ſaltem quoad effectum ſuſpenſiuum, vt notat per text. ibi Bart. *in l. fin. ff. de appellat. recipiendi, num. 1.* vbi allegat Speculatorem, & alios antiquos. Hanc eandem ſententiam tenet gloſſ. *verbo, decedat in cap. qua fronte, de appellati.* Speculator, *in tit. de appellatio. §. in quibus, nu. 11.* Et cum infinitis ſequitur, & communem dicit Antonius Corduba de Lara. *in tract. de alimentis, ad §. ſi vel parens, num. 26* ſequitur etiam Anton. Nicellus, *in tract. de Concordia gloſſarum, num 35. fol. 191. tom. 18. tractatuum Nouorum*, ſequitur etiam Lancellottus Gallus, *in tract. de ſtatutis, verſ. ſolidos, quæſt. 6. num. 27. fol. 333. tomo. 2.* Bald. Nouellus, *in tract. de dote. p. 9. priuilegio. 7. num. 2.* Lancellot. *in tract. de attentat. limitatione 24. à num. 5. cum ſequentibus f. 1372. tomo 5.* Rebuff. *in 1. tom. ad leges Gallicas, tit. de Sententiis prouiſionalibus, art. 1. gloſſ. 2 per totam*, & nouiſſime Ludouicus Pontanus, *in tracta. de alimen. cap. 19. per totum, tomo. 8. part. 1.* Latiſſime etiam cum Couarru. & Ludouico de Molina, Aluarus Velazquez, *rerum iudicatarum, conſultatio. 1. per totam.* eleganter Auend. *in repetio. legum Regni, verbo, gouierno per totum*, & facit expreſſus tex. *in l. 6. tit. 18. ibi, Sobre dar gouierno à ninnos pequennos, libr. 4. Recompilat.* Si igitur in caſu alimentorum non conceditur appellatio, quia res dilationem non recipit, ita erit in cauſa Congruæ, quæ alimentis æquiparatur: vt notat Hieronym. Gigas, *in tract. de penſionibus, quæſt. 95.* & notant doctores, *in dict. Clemen. prima*, & Rebuff. *vbi ſupra*, idem *in dict. titul. de Sententiis prouiſionalibus, in præfatione, num. 137.* & ſic iudicauit Rota coram Grato in cauſa Decimarum Legionenſis, quæ, vt credo, erat inter Clericos *Villæ ſancti Facundi*, & Incolas eiuſdem Loci, & Abbatem, & Conuentum *Monaſterii ſancti Facundi Ordinis ſancti Benedicti* eiuſdem Oppidi ex altera, ſuper ſeruitio Parrochialiũ, quorum Decimæ pertinent ad dictum Monaſterium, ex conſuetudine, de qua deciſione meminit Robertus Lancellottus, *in dict. tract. limita. 24. fol. 372. tomo 5. num. 6. & 7.*

His tamen non obſtantibus (quæ vere non obſtant) contrariam partē nempe affirmatiuã in terminis noſtræ quæ- 5
ſtionis tenuit dictus Hieronymus Gigas, *in tract. de penſionibus, quæſt. 95. circa finem*, & tenuit etiam Rebuff. *in dict. tract. de Congrua portione. num. 79. fol. 244. tomo 15. tractatuum Nouorum, part. 2.* Fundamentum horum omnium eſt, quod in iure ſemper, & in omnibus caſibus per mittitur appellatio, quoad vtrumque effectum, ſuſpenſiuum & deuolutiuum, niſi inueniatur prohibita, *vt in Locis vulgaribus:* at vero in hoc caſu non inuenitur prohibita, vt patebit ex reſponſione ad contraria. Igitur erit permiſſa.

Et hanc opinionem † tenendo (quæ 6
teneri debet) & vera eſt, & ſemper, & pro ea conſului, & vidi practicari, non obſtant contraria.

Nam ad primum † reſpondeo, quod 7
loquitur, quando Epiſcopus ex officio aſſignat Congruam portionem Curato, quam antea non habebat, & non per viam actionis à parte intentatæ, vt in præſenti quæſtione, & ita etiam procedunt *deciſiones ſancti Concilii ſupra citatæ.* Cum enim Epiſcopus procedat ex officio, procedit ſecundum ſuam cōſcientiam, ad aſſignanda alimenta Rectori, vt commode poſſit Eccleſiæ deſeruire, & procedit ſummarie, & de plano, vnde nimirum ſi appellatio non ſortiatur effectum ſuſpenſiuum. Quando vero aſſignata eſt Congrua à ſummo Pontifice, vt in præſenti caſu procedit per viam actionis, & ad Partis petitionē, nimirum ſi quoad vtrumque effectũ, ſemper concedatur appellatio, propter præſumptionē, quæ eſt pro aſſignatione antea facta; & quia tunc non eſt periculum in mora, nec maxima inopia ex parte Rectoris, eum poſſit ſibi prouidere ex Congruæ aſſignatione facta.

Neq;

Neque † obſtat *d. gloſſ. verbo, oneramus*, in ſecundo caſu, nam iure non probatur, nec eam probat dicta Clementina, quæ ſolum loquitur, quando de nouo Congrua aſſignatur Rectori, quæ antea nunquã fuerat aſſignata: & ideo ſecure contra illam tenendum eſt, & ego tenerem, tum etiam Imol. ibi, *in fin.* eam intelligit, quando Epiſcopus procedit ex officio ad aſſignationẽ Congruæ, & eſt, quando inter eum & Patronum, ſuper Congrua aſſignata, non vero, quando procedit ordinarie ad Partium petitionem, & eſt quæſtio inter Patronum & Rectorem.

9 Neq; † etiam obſtat, quod à procedente ſecundum conſcientiam non detur appellatio; nam vt videre eſt apud Menoch. & Lancellottum, hæc opinio non eſt ſecura, & multi cõtra eam tenent, & ſi demus, quod vera ſit, quando Iudex non grauat nimis Partem, nec excedit notabiliter. Si tamen excederet, daretur appellatio, quoad vtrumq; effectũ, vt vult Francus, *in cap. Statutum. §. Aſſeſſorem, verbo, conſcientiæ; de reſcript. in 6.* Ego vero quoad effectum ſuſpenſiuum, ſi Iudex procedit ex officio & ſummarie, & extraiudicialiter ex forma Mandati, ſecundum ſuam conſcientiã, quæ ſibi eſt onerata, nec Partes tenetur audire, in via ordinaria, tenerẽ opinionem gloſſæ. Si vero cauſa requirat iudicialem indagationẽ, & verſetur inter Partes, per viam actionis, ſemper cõtra eam tenerem, quia nullo iure probatur, & ſic ſentiunt Francus, Lancellot. & alii, *in ſuis limitationibus.* In præſenti vero quæſtione ſumus in via ordinaria, & cauſa inter Partes vertente, & in reſcripto, ex quo ſententia proceſſit, quæ omnia denotant & inducunt iudicialem indagationẽ, & ſic non erit locus *gloſſ. ſupra dictæ.*

10 Ad ſecundum † reſpondetur, quod dupliciter proceditur in cauſa alimentorum, primo ſummarie, & ex officio Iudicis ſcilicet, quando Pupillus, qui non habet vnde ſe alat, petit alimenta, vel quando ſunt decernenda alimenta Infanti, Pupillo vel Minori, vel Filiis, vel Parentibus, vel quando aliquis petit hereditatem aſcendentium, & lite pendente, petit ſibi decerni alimenta; quia non habet vnde ſe alat, & expenſas litis faciat, vt in caſibus, quos cumulatur late Pontanus, Molina; Varquez, Lancellottus, & alii, *vbi ſup.* & tũc à Sentẽtia vel Decreto alimentorũ, non conceditur appellatio, vt ſupra dicti exiſtimant. Tũ propter neceſſitatem naturæ, & præſumptionem iuſtitiæ: tum etiã ne ꝓcedatur in infinitũ, & ita practicatur.

Secundo, proceditur † ordinarie & ad Partis petitionem, & per viam actionis, vt in præſenti quæſtione, vt quando alimenta debentur ex cõtractu, & tunc proceditur ordinarie, & habet locũ appellatio, maxime, ſi litigans poſſit ſe aliunde alere, & ita declarat Auendan. *vbi ſupra*, & declarat Corduba, *vbi ſupra, nu. 33.* q allegat Abb. Didac. Perez, & alios, & allegat *l. 7. tit. 19. part. 4.* Et hoc eſt, de quo agimus in præſenti quęſtione, & ſic non obſtat contrarium, & manet reſoluta quæſtio. 11

Fateor tamẽ, quod ſi Congrua ab Antiquo Rectori aſſignata, per tractũ temporis ita facta eſſet exigua; quod ipſe magnam inopiam pateretur, nec poſſet litem proſequi, quod tunc appellatione pendente, per viam prouiſionis ſibi deberet decerni Congrua ſufficiens, & ſic procedunt, quæ in contrarium allegata ſunt. Imo & ſi aſſignata per ſententiã, non eſſet exceſſiua, poſſet Iudex appellationi non deferre, quoad effectum ſuſpenſiuum. Quare hæc omnia arbitrio Iudicis ſuperioris, qui de attentatis debet cognoſcere dimitto, qui etiã in dubio, niſi aliud ſibi cõſtet, ex ꝓceſſu iudicabit attentatum, ex ſupra dictis; quoad partem quæſtionis, quæ de Secreſto loquitur, reſolutiue reſpondendum eſt, non eſſe locum Secreſto, niſi eſſet timor dilapidationis; nam *Clement. 1. de Sequeſtratione poſſeſſio. & fructuum* procedit, quando prima ſententia lata eſt in Rota tum etiam non procedit in materia penſionis, vt per Gigantem, *in tract. dict. quæſtione 40. per totam.* 12

Et ſic finitur quæſtio.

QVÆSSTIO XV.

Vtrum Minor poſſit petere rationem à Curatore, non obſtante, q ipſum liberauit liberatione generali: & quis eorũ teneatur probare rationes bene vel male redditas?

SVMMARIA.

1 *Tutor, qui reddidit rationes, an teneatur denuo reddere? num.2. & quid ſi reddidit? abſq; calculatoribus, & Auctoritate Iudicis num.3.*

4 *Præſumitur pro rationibus datis à Curatore in ſolemni forma; maxime ſi ei data ſit quietatio, & quid ſi non conſtat, an integre, & per inuentarium reddiderit? ibi, nu.5. & declaratur late, nu.6. & 7. & an præſumatur eſſe in dolo? ibi, & ex quibus coniecturis præſumitur dolus, ibi, nu. 8. & quid ſi probet quod integre reddidit. nu. 9.*

10 *Liberatio facta à Minore ex certa ſcientia in fauorem Curatoris, an illi proſit, & tollat dolum præſumptum? & nu.11.*

12 *Curator tenetur de nouo reddere rationem, etiamſi tam legitime reddiderit, ſi minor errores probet, num.12.*

13 *Curator, ſi non conſtat de rationibus redditis, etiamſi habeat liberationem generalem, denuo tenetur reddere rationes, ibi, & quid ſi liberatio eſſet antiqua? ibi, num.14.*

15 *Rationes præſumuntur imperfecte datæ ſine calculatoribus.*

16 *Liberatio generalis, an poſſit teſtibus probari? & declarantur leges Regiæ.*

1 HÆc quæſtio aſſidua † eſt in praxi & Dd. confuſe in eius explicatione procedunt, & eam ex profeſſo tractauit melius omnibus, Bart. & Soci: *conſ.159. & 190. per tota conſil. lib.2. & conſ.92. lib.4.* Iaſ. *conſ.219. lib.2.* Cephal. *cõſ.192 lib.2.* elegãtiſſime Roland. à Valle, *conſ.49 per totũ, lib.1.* & alii, de quibus infra. Quare pro eius vera ad praxin reſolutione, colligo concluſiones ſequentes.

Prima concluſio. Si Tutor † ſuæ adminiſtrationis rationẽ reddidit, in dubio alio non allegato, nec apparente; non tenetur eam denuo reddere, *argum. tex. in l. ſemel, C. de Apochis publicis libr. 10. deciſio. Genuæ 189. nu. 3.* Ioannes Monach. Fran. Ioannes Andr. & alii, *in cap. 1. §. fin. de Cleri. ægrotan. libr. 6.* Auend. *in 2. part. Mandatorum Regalium, cap. 10. nu. 39.* Rebuff. *in l. Boues, §. intercedere, fol. mihi 548. de verbor. ſignificat.* Decius, *conſil. 94. num. 4.* Acebed. *in leg. 22. num. 9. titul. 6. libr. 3. Recompilat.* Menochius, *in tract. de arbitrar. iudicum, libr. 2. Centur. 3. caſu 209. nu. 37.* Iacobus Damhauderius, *de patrocinio Pupillorum, titul. de ratione Tutorum, num. 16.* 2

Secunda concluſio. Si † Tutor, aut Curator rationes reddidit minori ſimpliciter, & abſq; calculatoribus, nec ſint à Iudice per ſententiam approbatæ, nec ipſe generalem liberationem Tutori aut Curatori fecerit, nec ſuper eis pacti ſint, & minor ipſe alleget errorem, vel errores, & petat denuo reuideri, etiamſi pluries petat, audiendus eſt, ita Bald. & Salycetus per tex. ibi, *in l. vnica, C. de errore calculi.* Et aduerte, quod tunc minor, nec alius, qui petit rationes reuideri, non tenetur errores probare, ſed ſufficit allegare: vt ſentiunt ſupra dicti & Iaſ. & Curtius, *in d. l. vnica.* 3

Tertia concluſio. Si † Tutor aut Curator rationes reddidit per calculatores, qui eas abſoluerunt, vel à Iudice approbatæ ſunt, vel pactum poſt eas factas interuenit, vel generalis liberatio, aut quietatio ſucceſſit, tũc præſumitur pro rationibus datis, & qui vult, vt denuo ſibi dentur, tenetur errores allegare & probare, ita ſentit Bart. *in l. 2. C. de iure fiſci, lib. 10.* Iaſ. *in d. l. 1. num. 6.* notat Socin. *d. conſil. 190. nu. 3. & conſil. 92. nu. 8.* notat Roland. à Valle, *dict. conſi. 49. à n. 50. & 56.* Decius, *conſi. 110. nu. 9.* Paul. *conſil. 36. lib. 2.* Cephal. *d. conſil. 192. num. 4. & num. 1. & 3. lib. 2.* Bertachi. *in tract. de Epiſcopo, part. 6. numer 6. Pariſ. conſ. 89. libr. primo, per totum* 4

Ri-

Riminal. Iunior, *conſil.300.num.67.lib.2.* Veroi. *conſil.191.num.41.lib.1.* Menoch. *vbi ſupra nu.40.* Maſcard. *in ſuo tract. de probatio. lib.3. concluſione 1258. num.16.* licet contrarium tenuerit Placentinus Gutierrez, *in ſuo tract. de Iuramento confirmatorio, 1 part. cap.40. nu.18.* deceptus ex dictis Auctoribus, qui contra eũ loquuntur, niſi in caſibus, de quibus in concluſionibus. Et ratio pro hac concluſione clamat; nam cum Tutor fecerit id, ad quod erat obligatus, puta rationes reddere, præſumitur pro eo, & qui dicit nõ bene reddidiſſe, id probare tenetur, ex allegatis ab eodem Gutier. *vbi ſupra.*

5 Quarta concluſio. Si conſtat † de redditione rationum à Tutore vel Curatore facta, non tamen ex probationibus, aut ſcriptura conſtat, quod reddiderit eam integre & perfecte, prout tenetur per inuentarium legitimum, aut librorum rationis, non obſtante quacunque liberatione, denuo eam reddere tenetur in forma ſolemni: ita omnes, *vbi ſupra,* concludunt, ex Card. & Imol. *in Clement. 1. quia contingit de religioſ. domi.* Paul. *conſil.342. lib. 2.* Neuizan. *conſ. 64. in fin.* Anchar. *conſ.331.* Baeza, *in tract. de Decima Tutorum, c. 2. à n. 16. cum ſequentib.* Caualcan. *in tract. de Tutore, & Curatore, à num.230. cum ſequentibus,* Iacobus Damhauderius, *in d. patrocinio Pupillorum, tit. de Tutorum liberationibus, cap.2. num. 48.* adducunt rationem; quia ratio non ſufficienter reddita, non iudicatur reddita, *ex l. quoties, ff. qui ſatisdare cogantur,* & quia contra non exhibentem Libros rationum & inuentaria, præſumitur dolus, ex notatis *in l. Tutor, qui repertorium, ff. de adminiſtratione Tutorum, & in l.1. §. Officio, ff. de Tutelis & rationibus diſtrahen.* & in generali remiſſione non venit dolus, *ex leg. Creditor. §. Lucius. ff. manda.* & notatur, *in l. tres fratres, & in l. emptor. § Lucius. ff. de pact.* notat late Maſcard. *in d. tract. part. 3. concluſ.1253. à num. 8. cum ſequentibus.* Et

6 licet, † *in num.10.* cum Felyn. & aliis id limitet, in dolo præſumpto, qui includitur ſecundum ipſum, in generali quietatione, & remiſſione, quod etiam ſentit Couar. *lib.2. variarum quæſt. c.14. nu.2. verſic. ſecundum:* authores tamen, qui ab ipſo citantur, non bene id probant: nam Decius, *conſil. 177. num.4* Felyn. & Anton. *in cap. Fraternitatis, de teſtibus,* Decius, *in leg. contractus, de regul. iur. nu.40.* & Cagnol. ibi, *à nu.75. cum ſequentibus,* Paril. *conſil.49. num.35. lib. 1.* ſolum dicunt dolum præſumptum, qui conſiſtit in omittendo, poſſe remitti per pactũ: hoc enim non negamus; nam idẽ etiam obtinet in dolo vero de præterito, vt notat Bart. *in l. Aurelio, §. Gaius, ff. de libe. lega.* idem Bald. Salycet. Iaſ. & Curt. *in l. actione, C. de tranſactio.* Paul. Iaſ. & Alex. *in l. ſi vnus. §. illud, ff. de pactis.* Et licet etiam Cagnolus dicat, quod dolus præſumptus tacite remitti poteſt: etiam non negamus, dummodo ex indiciis perſpicuis colligatur remiſſio, aut renuntiatio, idemque etiam erit in dolo vero, quando vel verba renuntiationis ſunt nimis generalia, vel quis renuntiat actioni, vt vult gl. *in d. l. actione, in fin.* & Bart. *vbi ſup.* Meneſſ. *in d. l. actio. n 6.* notat etiam Couar. *vbi ſup.* Sed quod ſimpliciter in generali remiſſione veniat dolus verus, vel præſumptus, nõ dicunt, nec docent, nec etiã ego inuenio legem, quæ diſponat in generali remiſſione dolum præſumptum contineri, ex quibus non videtur vera dicta limitatio.

Quare verius † exiſtimo, quod ſi dolus ſit præſumptus, ex vehementi præſumptione, puta, quando Tutor non fecit inuentarium, quo caſu præſumitur, 7
bona minoris ſurripuiſſe, *vt in d. l. Tutor,* notat etiam Plotus, cum pluribus, *in tractat. de in litem iurand. §. 9. n.26.* quod tunc non intelligitur remiſſus; quemadmodum nec dolus verus; quia æquiparatur dolo vero, vt cum Bal. Curtio, Duarcho, & aliis notat idẽ Plotus, *in d. tract. §. 40. nu.31.* Et de dolo vero, quod non veniat in generali remiſſione, notant Bart. *vbi ſupra,* per textũ. ibi, Fulgoſ. Curtius, Iaſ. Meneſſ. *n.6.* declarando gloſ. *in l. actione ſupra dicta.* Et cõfirmatur; quia ideo dolus verus non includitur in generali remiſſione, ne detur materia ſurripiendi & delinquendi, & quia partes ignorabant occultata à doloſo, *ex dict. l. tres Fratres,* idem etiam inconueniens militaret

in dolo præſumpto; nam Tutor occultãdo inuentariũ,& rationes, poterit impune bona minoris,eo ignorãte ſurripe.

8 Si vero dolus† prçſumptus prçſumatur ex leuibus coniecturis, aut ex eo nihil adſit, neç poſſit adeſſe Tutoris, nec abeſſe minori,tũc exiſtimo quod includeretur in dicta generali remiſſione, & ita contraria procedunt.

9 Ex quo ſingulariter† infertur ad noſtram cõcluſionem, quod ſi probaretur ab ipſo Tutore,vel Curatore, quod integre, & ſine fraude,& de omnibus bonis minoris rationem dediſſet: tunc licet non exhibuiſſet inuentarium, non tenetur iterum teddere; quia cũ dolus non eſſet damnoſus, cenſeretur incluſus in generali liberatione,ex Barbar.*vbi ſupra.* Confirmatur;quia,quando Tutor probat bona omnia,quæ minor habebat, & quod plura non habebat abſq; fraude, tunc propter nõ confectionem inuentarii non defertur contra illũ iuramentũ in litem;quia ceſſat vehemens præſumptio doli, ita cum Ploto.Calcaneo,& aliis probauit Menochius, *in tracta.de arbitra.iudi.lib.2.cent.3. caſu. 208.nu. 21.* Cum igitur remaneat quaſi inefficax doli præſumptio, nimirum ſi comprehendatur in generali remiſſione.

10 Secundo† infertur,quod ſi minor effectus maior ex certa ſcientia, quæ conſtaſſet ex verbis liberationis, & ex aliis coniecturis,dediſſet generalẽ liberationem Tutori, includeretur dolus, etiam verus, qui poteſt remitti,præteritus ſaltem, ex ſupradictis, & ita laro ſermone defendit Cephal.*vbi ſupra,* quod nullam patitur difficultatem.

11 Conſtat † ergo,*ex ſupra adductis,* quod noſtra concluſio vera eſt, quam etiam tenet,& ſequitur Plotus, *in d.tract. §.5. num.36.*

12 Quinta cõcluſio. Si† Tutor aut Curator rationem reddidit per Inuentarium,& Librum rationis,tenetur denuo eam reddere, ſi minor errores probet, ex Socin.& aliis,*vbi ſupra*, maxime ſi errores conſiſtant in eo,quod aliqua bona ſua remanſerunt apud Curatorem, vel quod ipſe occultauerit, vel dolũ in perniciem minoris commiſerit, vt Socin. *vbi ſupra,* latiſſime notauit, quem vide.

Sexta concluſio. Si non †conſtet de 13
rationibus redditis, neq; in forma ſolemni,nec minus ſolemni,& ſimus omnino in dubio, ſed ſolum appareat liberatio generalis in fauorem Curatoris aut Tutoris, cum relatione rationis datæ: tunc;ſi Tutor nõ probat vere & integre rationem datã, denuo reddere eam tenetur:ita colligitur ex mente Socini,Iaſo.Roland.& aliorum,*vbi ſupra.* Et ratio eſt; quia in præſenti materia rationum reddendarum à Curatoribus,requiritur actualis redditio rationis, *vt in l.cum ſeruus,ff.de condictio.& demonſtra.* At vero vbi ad euitandas fraudes, vt in præſenti caſu requiritur, factum fuiſſe,non ſufficit confeſſio; quia eſt materia ſuſpecta, alias de facili leges fraudarentur, & bona Pupillorũ ſurriperentur, & hoc modo intelligendo facit dicta ratio, quod non ſufficit confeſſio; quia actus eſt ſuſpectus & prohibitus,*ex l.ſi forte,ff. de Caſtrenſi pecul.* & ex gl.communiter approbata,*in l.donatio.C.de proba.& ex l.qui teſtamentum,ff.de proba.& ex l.fin.& ibi gloſſ.C. manda.* Et faciunt,quæ de cõfeſſione ſuſpecta,notat late Maſcard. cũ pluribus *in d.tract.de probatio.part.1.concluſio.364.& 365.cum aliis tribus præcedentib.* & ita intelligendo,recte concludunt rationes redditæ à Dd.quæ alias non concluderent.

Septima concluſio. † Si liberatio eſ- 14
ſet iam antiqua,puta,ab hinc viginti annis cõfecta,tunc puto,quod omnia prçſumentur ſolemniter acta; & quod minor tenetur probare rationes, vel non datas vel minus plene datas,ex notatis, *in l.ſciendum,ff. de verbo.obligation. & in c. peruenit, de Cenſibus,* & facit; quia ſolutio præſumitur ex diuturnitate temporis, concurrente ſilentio Creditoris, *argumento leg.ſi quis forte,§.1.ff.de pœn.* & cum Decio Pariſ.Alex.Corneo,Crauetta,& aliis,late notat Maſcardus, *in d.tract. de probatio.part.3.concluſio 1219.à nu.16.cum ſequentibus,* & confirmat manifeſta ratione; quia alias nullus eſſet litium finis, & daretur occaſio mille fraudibus: nam è cõmuniter accidentib.in tãto tempore.

ſuc-

ſuccedunt vel obliuiones, vel amiſſiones ſcripturarum, & mortes Teſtium, ita quod difficillimum eſſet Tutori denuo bonas rationes dare, & poſſet minor, cum eius iactura, locupletari, quod ferendum non eſt.

15 Octaua concluſio. Poſſet † attentari (quia à communiter accidentibus, ſecundum vſum communem, ad dandas rationes à Tutoribus nominantur Calculatores,) licet hoc à iure non requiratur, ſi tamen ſine eis eſſent datæ, præſumerentur imperfecte datæ, ac proinde denuo eſſent dandæ, quemadmodum dicit Socin. *d. conſilio 94. à num. 14.* quando ex ſtatuto requirebantur, quod tamen, concurrétibus aliis, etſi leuiſſimis indiciis, rationes non perfecte redditæ, verum exiſtimo, alias non.

16 Nona concluſio. Liberatio † generalis, in materia præſenti, poteſt duobus teſtibus probari; quia omnis ſolutio duobus teſtibus probari poteſt: vt per Anton. de Butrio, *in capit. ad Audientiam, num. 11. de praſcriptionib.* notant Dd. *in l. teſtium, C. de teſtibus,* notat etiam eleganter Maſcard. *in d. tract. de probation. 3. par. concluſion. 1319. à num. 16.* notat Aluarus Valaſcus, *in tract. iuris Emphyteotici, 1. par. q. 7. à num. 7.*

17 Nec † obſtat, *d. l. teſtium, & l. partita,* quæ cum ea concordat, *l. 32. tit. 16. part. 3.* nam procedit, quando contractus fuit celebratus in ſcriptis, ex partium conuentione cum additamento, quod abſque ſcriptura non valeat contractus, & ita declarant cum pluribus Maſcard. & Valaſcus, *vbi ſupra.*

18 Præterea † hodie, *ex l. 4. tit. 21. lib. 6. Recompilat.* ibi, *Por teſtigos,* ſemper ſolutio, in quocunque caſu, poteſt duobus teſtibus probari, & ita intelligit ibi Acebed. *num. 18.* qui ait ſic practicari, omiſſa diſtinctione Auendan. quam ipſe refert, & quam nunquam in praxi vidi admitti, & ſic *dict. l. 32 cum d. l. teſtium,* vſu antiquata eſt, & ceſſant declarationes, de quibus per Maſcard. *vbi ſupra,* & eundem *in 2. parte, concluſio. 983. per totam,* ſecureq; ſolutiones Canonum, Emphyteoſis, teſtibus probari poſſunt, vt per Valaſcum, *vbi ſupra.* Cum quibus finitur hæc quæſtio.

QVÆSTIO XVI.

VTrum Filius naturalis ſuccedat in Maioratibus, Patronatibus & Anniuerſariis Hiſpanorum, & ſi deficiāt Conſanguinei legitimi, an ſaltem in defectum eorum admittatur, ſaltem, ſi perſona Nobilis ſit, & nobiliter viuat, & an Conſanguineus legitimus Monachus eum excludat.

SVMMARIA.

1 *Filius naturalis, quando admittatur ad ſucceſſionem Fideicommiſſi, & Maioratus num. 2. & quando filius naturalis ſuccedit in Fideicommiſſis, & excludat ſubſtitutum, ſub conditione, ſi ſine liberis deceſſerit, nu. 3. & ibi late videatur vſq; ad nu. 4. & 5. eiuſdem quæſtionis, an appellatione filiorum etiam naturales intelligantur, n. 5. vbi interpretatur caſus* legis Lucius, in §. fin. de leg. 2.

6 *Filiorum appellatione, etiam naturales veniunt, niſi contrarium de mēte Teſtatoris conſtet: quam quæſtionem per te videas, & communem multi affirmant.*

7 *Filium naturalem, quando ſtatutum, aut Conſuetudo, illum legitimum faciat.*

8 *Conditio, ſi ſine liberis ab homine expreſſa, & etiam conditio, ſi ſine liberis, à lege ſubintellecta, eūdem ſortiuntur effectū, & ita intelliges tex.* in l. cum auus, de condiction. & demonſtratio. & l. cum acutiſſimi, C. de Fidcicommiſſ. *& quomodo differant filii ſpurii & naturales.*

9 *Filii naturales, quando gaudeāt honore & nobilitate parentum.*

10 *Filii naturales & legitimi in hoc Regno in conſeruatione familiæ, & agnationis, ſunt eiuſdem qualitatis & conditionis,*

conſeruantque nomen, & arma contra infra. Et ſi ratio in teſtamento non ſit expreſſa: ſi tamen vna ſola poteſt dari, ipſa attenditur, tanquam ſi eſſet expreſſa, & colligitur voluntas teſtantis, numero 11.

12 *Filius naturalis in hoc Regno, quando admittatur ad ſucceſſionem Maioratus & Fideicommiſſi, & Subſtitutum excludat.*

13 *Filius naturalis, an ſit capax ſuccedendi in Maioratu? num. 13. & quod non ſuccedat, vide ibi Gregorii opinionem, & aliorum Scribentium.*

14 *Conditores Maioratuum prætendunt in conditione Maioratum agnitionis, & nominis conſeruationem, & aliarum dignitatum, nu. 14.*

15 *Quando filius naturalis ſuccedat in Maioratu, & quid in ſucceſſione Regni, & quantum valeat in iure noſtro*, argumentum à contrario ſenſu.

16 *An valeat argumentum de Feudo ad Maioratum, & de Emphyteuſi ad Maioratum?*

17 *Et an Filius naturalis ſuccedat, vel non in Emphyteuſi?*

18 *Filius naturalis an ſuccedat in Feudo, vel non, & qui non ſuccedit in Feudo, an poſſit ſuccedere in Emphyteuſi? Filius naturalis, an dicatur Filius verus proprius aut iuſtus?*

19 *Vt autem Filii naturales ad ſucceſſionem Fideicommiſſi admittantur, oportet voluntatem Teſtantis conſiderari, & attendi. Vide etiam opinionem Vlpiani, & Papiniani,* in §. ſi quis rogatus, *& quomodo in dubio naturalis Filius admittatur ad ſucceſſionem Fideicommiſſi, & an ſit quæſtio voluntatis, aut quando iuris?*

20 *Comprobatio opinionis Vlpiani per infinitos Auctores fide dignos.*

21 *Confirmatio quæſtionis per reſponſum Iuriſconſulti,* in l. final. de iure deliberan. *reiectis multorum contradictionibus.*

22 *Interpretatio* ad dict. §. volo, in confirmationem, §. ſi quis rogatus, *quam videre poteris, vſque ad finem, numero 22.*

23 *Reſponſum ad replicationem intellectus,* §. ſi quis rogatus, *vt bene aduertit Auguſt. Verotus,* per totum. *numero 23.*

24 *Replicatio Abbatis, & Decii,* in d. cap. in præſentia, *& intellectus eiuſdem tex. & an natus ex ſeruis, & ex ſeruili, & licito contubernio dicatur naſci naturalis, ſeu legitimus filius: an contubernium inter ſeruos ſit, tanquam Matrimonium, aut ſit inter liberos concubinatus?*

25 *Reprobatur opinio Caldaſ. qui à Bart. opinione receſſit, quem videas. & admittitur Bart. opinio, qui recte intellexit,* d. §. volo, *colligendo ad vnguem mentem Vlpiani, quem multi ſequuntur, nu. 25. & 26.*

27 *Intellectus ad reſponſum Iuriſconſulti,* in d. l. Lucius, §. fin. *ibi, Claudius, quem videas.*

28 *Reſpondetur* ad l. heredibus, §. fin. ad Trebellian. *& declaratur,* verus, & genuinus l. intellectus.

29 *Filius Furioſa, an faciat deficere conditionem, ſi ſine liberis deceſſerit? ibi.*

30 *Filius naturalis, an excludat Subſtitutum, & quando? num. 29. & intellectus* ad l. generaliter, §. cum autem, *ibi, ſine iuſta ſobole, reprobando opinionem, & reſponſum Benedicti de Barʒis, ibi, iuſta enim ſoboles, an intelligatur de naturali, aut de legitima tãtum, ibi, n. 30.*

31 *Differentia inter conditionem ſubintellectam à lege, & conditionem ab homine expreſſam, quam differentiam colliges,* ex d. §. cum autem, & d. §. ſi quis rogatus.

32 *Iuſta Soboles ſemper præſumitur de legitimo Matrimonio, niſi aliud conſtet de mente Teſtatoris, ad repellendum Subſtitutum.*

Filius naturalis non excludit ſubſtitutum, niſi aperte conſtet de voluntati Teſtatoris, & hoc eſt tenendum, tam in conſulendo, quam in iudicando.

33 *Conditio*, ſi ſine liberis, *an intelligatur de legitimis aut naturalibus, tam in fœminis, quam in maſculis Maioratus concedentibus? & non eſt præſumendũ, quod mulier habeat filios naturales, ibi, & in*

& in Maioratibus prætenditur nominis & familiæ conſeruatio.

34 *Filii naturales, vtrum ſuccedant in Fideicommiſſis, tam patri, quam matri.*

35 *Filii illuſtrium naturales, an ſuccedant parentib. habentibus Dignitates, & quomodo, videas Auctores de hac materia ſcribentes, ibi.*

36 *Opinio procedens approbatur.*

37 *Filii illuſtrium naturales, an gaudeant parentum ſuorum Priuilegio, & æquiparentur aliis nobilibus, & perfectè cōſeruent nomen generis, & ſi militet eadem ratio, quæ in legitimis, n. 37.*

Articulus & §. 2.

1 *Filius ſuccedens in Maioratu aut in Feudo, religionem ingrediens, an ſuccedant conſanguinei proximiores in gradu, an vero Monaſterium, in quo accepit habitum? & quando Monaſterium ſit capax bonorum?*

2 *An Monachus, cui competit ſucceſſio Maioratus, conſeruet agnationis nomen, & ſi Monaſterium ſit capax ſucceſſionis Maioratus.*

4 *An in Maioratibus nobilium in hoc Regno ſuccedat Monaſterium, nu. 4.*

5 *An in anniuerſariis Capellis patronatib: & in meliorationibus factis à particularibus perſonis Tertii & Quinti ſuccedat Monaſterium, & vide Decii & aliorum ſcribentium opinionem.*

6 *Quando Monaſteria Monialium, Ordinis etiam Minorum ſint habilia ad ſuccedendum, & ſuper hoc interpretatur* Concilium Tridētinum, Seſſ. 24. c. 3. de Reformatione.

7 *Quando Monaſterium ad ſuccedendum ſit capax, vel non?*

8 *Quando filius naturalis ad ſucceſſionē Maioratus admittatur, & hoc indubitanter aſſerunt multi, quos videbis in propriis terminis, nu. 8. & quando ſpurius filius ſuccedat parentibus, non ſolum in bonis, ſed etiam in Dignitatibus.*

9 *An Monaſterium excludat filium naturalem? & quando Monaſterium excludatur à filio naturali in Maioratu, & quando filius naturalis conſeruet, & ſuſtineat nomen & arma, & præferatur Monaſterio. Monaſterium ſuccedit contra voluntatem Teſtatoris, eod. nu.*

QVÆSTIO hæc diuiditur in † duas partes, prima eſt, 1
an filius naturalis ſuccedat in Primogeniis Hiſpanor. Secunda, an ſaltem admittatur in defectum legitimorum Conſanguineorum? Et an Monachus vel Monialis, qui legitimi ſunt, eum excludant?

Pars prima, & §. primus.

Pro parte † affirmatiua, quod Filius 2
naturalis admittatur, facit; quia de Fideicommiſſis ad Maioratus valet argumen. vt late reſoluit Molin. *libr. 1. de primogen. Hiſpanior. cap. 7. per totum*, & cum Alex. Socin. Iaſ. & aliis Anton. de Gamm. *in deciſionibus Luſitanis. deciſ. 278. nu. 14.* & Pelaez de Mieres, *in tract. Maioratuum, lib. 2. q. 6. n. 6.*

At vero filius naturalis † ſuccedit in 3
Fideicommiſſis, & venit appellatione filii, & excludit Subſtitutum, ſub conditione, *Si ſine Liberis deceſſerit primo nominatus aut vocatus*; Ergo ita in primoge. Hiſpa. Antecedens probat tex. expreſſus, *in leg. ex facto §. ſi quis rogatus, el 1. ff. ad Trebel.* ibi. *Naturalem filium efficere, vt deficiat conditio; & in Libertino, eodemque Colliberto ſcribit, &c.* Vbi Vlpianus ex auctoritate Papiniani, *libr. 8. quæſtionum*, probat, Filium naturalem excludere Subſtitutum, ſub dicta cōditione, quod idem Papinianus in Libertino, eodemque Collibetto notauit; *in l. cum pater, §. volo ff. de Legat. 2.* vbi patronus iuſſit dari prædia Libertis ſuis, & quod ſi quis eorum ſine Liberis decederet, pars eius ad Collibertos veniret: vnus deceſſit, qui habebat filium, & fuerat in ſeruitute conceptus, eratque iam Libertus vt alii, & Collibertus patris: dubitauit Iureconſultus, an iſte faceret deficere cōditionem, & excluderet Subſtitutum, cum non eſſet legitimus ſed naturalis: nam in ſeruitute conceptus, etiamſi in figura Matrimonii non poteſt eſſe legitimus, ex his, quæ notant Bart. Alexan.

Ripa.

Ripa,& omnes, *in d. §. ſi quis rogatus*, late
Auguſt. Veroius poſt Decium, *in capit. in
præſentia, num. 209. de probat. & in §. 1. in-
ſtituta de ſeruili Cognat.* & reſpondet Pa-
pinian. eum Subſtitutum excludere.
Vnde licet inter Auctores ingens pu-
gna ſit, an filius de quo in illo text. fue-
rit conceptus in figura Matrimonii, vel
non? & an non conceptus in tali figura
eſſet Spurius, aut Naturalis? de quo late
& ſubtiliter dictus Auguſt. Veroius, qui
modo defendit Barto. modo Abbatem,
qui inter ſe contrarii ſunt, attamen in
quocunque ſenſu dictum reſponſum
accipiamus, ſemper pro hac affirmati-
ua parte facit.

4 Idemque etiam probat † text. *in l. he-
redibus, §. fin. ff. ad Trebel.* ibi, *Nam & ſi Ma-
trimonium cum furioſa non fuit, tamen ſatiſ-
factum eſt huiuſmodi conditioni.* Vbi Ti-
tius Filiam furioſam heredem inſtituit,
& ſi ſine Liberis decederet, iuſſit porti-
onem ſuam ad fratres deuenire, poſt-
ea Teſtator ipſe de facto furioſam co-
pulauit Matrimonio, quæ ex marito Li-
beros habuit, dubitabatur, an hi Liberi
facerent dictam conditionem defice-
re, & dubium faciebat, quia furioſa non
potuit in Matrimonium conſentire, &
per conſequens Matrimonium de iure
non tenuerat, nec filii legitimi erant,
nec bona parentum fides prolem po-
tuit legitimam facere quippe, qui in fu-
rioſa, nec mala fides, nec in marito bo-
na fides, aderat, cũ eam furioſam & in-
capacem contrahendi videret, & per
conſequens, Liberi erant naturales &
non legitimi, nihilominus reſpondet
Iuriſconſultus, quod dicti Liberi exclu-
dunt Subſtitutum, & faciunt deficere
dictam conditionem.

5 Quod confirmat † text. *in l. Lucius, §.
fin. ff. de legat. 2.* ibi, Claudiuſque creditur
appellatione filiorum naturales Libe-
ros, id eſt, in ſeruitute conceptos conti-
neri. Accedit etiam Trebatii ſententia,
in l. fin. ff. de iure deliberan. ibi, quia filii ap-
pellatione Libertini quoque continen-
tur. Ex quibus iuribus aperte patet,
quod filiorum, aut Liberorum appel-
latione, naturales continentur, & fa-
ciunt dictam conditionem deficere. Ex
quibus etiam † iuribus hanc opinio- 6
nem pro regula generali, niſi contrari-
um de mente Teſtatoris appareat, te-
nuerunt & poſuerunt, Bart. *num. 2.* Rip.
num. 10. in d. §. ſi quis rogatus, qui hanc di-
cit communem opinionem, & cum
Decio, Burſato, Sfortia, & aliis infinitis
magis communem & veriorem dicit
Michael Craſſ. *in ſuo tract. ſenten. q. 37. n. 2.*
Et eandem etiam videtur tenere Cor-
neus, *conſi. 202. n. 9. lib. 3. & conſ. 131. n. 5. lib. 3.*
idem Corn. *conſil. 22. nu. 12. libr. 2. & conſ.
131. n. 2. lib. 2.* idem tenuit Socin. *conſi. 182.
n. 1. lib. 2.* & Decius, *conſil 433. n. 17.* Socin.
Iunior, *conſil. 154. num. 3. lib. 2.* & cum di-
ſtinctione Barto. *in dict. § ſi quis rogatus*,
tranſit Ferrara. *in ſua practica Papien. ſi, in
forma Libelli*, quo agitur ex ſubſtitutio-
ne, gloſſa decederet ſine filiis, *numero 2.*
Et hanc etiam opinionem communem
dicit, & eam videtur ſequi, licet poſtea
arbitrio Iudicis remittat, Ludouicus de
Molin. *libr 3. de primogenit. Hiſpanor. capit.
3. à num. 41.* Albara. *in tractat. de coniecturis
vltimarum voluntatum, libr. 2. capit. 1. §. 1.
numero 19.* Antonius Gomez. *in tomo 1.
de vltimis voluntatibus, capit. quinto, nume.
40.* Rolandus à Valle, *conſilio 67. à num. 1.
libr. 3.* Pariſ. *conſilio decimo quarto, numero
20 lib 2.* Mantica, *in tractat. de coniecturis
vltimarum voluntatum, lib. 8. titu. 7. à num.
4.* & eandem cum pluribus ſequitur, &
communem dicit, Burſatus, *conſilio 51.
numer. 20. lib. 1.* Anton Gabr. *lib. 4. commu-
nium concluſionum tit. de Fideicommiſſ. con-
cluſ. 2. num. 67. & 68.* & alius Communi-
ſta, *lib. 5. commun. opinio. titu. de naturalibus
Liberis, verſic. reſultat.* & hi Alexa. & alios
infinitos Auctores allegant, qui huius
fuerunt ſententiæ.

Imo, quando filius † naturalis, per 7
Statutum & conſuetudinem eſt legiti-
mus heres patris, indubitanter eam te-
nuit Corneus, *vbi ſupra* idem tenet glo.
in dict. l. heredibus, §. 1, & eſt communis
reſolutio: vt per Franciſcum Caldaſ.
Peryra. Luſitanum, *in tract. de nominatio-
ne Emphyteotica, quæſt. 20. num. 14.* Gabriel
Paleotus, *in tractat. de Nothis & Spuriis,
cap. 27.*

Et non

8 Et non ſolum † ſupra dicta opinio procedit in conditione, *Si ſine liberis*, ab homine expreſſa, ſed etiam in conditione, *Si ſine liberis*, à lege ſubintellecta, vt cum pluribus Meneſſus, *in l. cum acutiſſimi, num 31.* licet fateatur magis communem eſſe diſtinctionem Bart. *in d. §. ſi quis rogatus*, vt per eum ibi, *num. 30.* & in caſu text. *in l. cum Auus, ff. de condition. & demonſtration. & in l. cum acutiſſimi*, vbi idem Meneſſ. *C. de Fideicommiſſ. & in l. generaliter, §. cum autem, C. de Inſtitu. & Subſtitutio.* prout quando deſcendētes ſunt grauati reſtituere alicui abſque aliqua conditione expreſſa, & ita tenent Bart. Angel. Cynus, Fulgoſ. Decius, & alii relati per Antonium Gabr. *vbi ſupra*, & tenet etiam Benedictus de Barzis, *in tractat. de Filiis non legitime natis, numero 16.* qui reſpondet ad textum, *in d. §. cum autem*, ibi ſine iuſta Sobole, qui contrarium tenere videtur, vt procedat in filiis Spuriis non naturalibus; nam naturales ex concubina habiti illo iure, vt iuſti Filii, & iuſta Soboles habentur. Ex quibus remanet fundatum, quod filius naturalis admittitur ad Fideicommiſſum familiæ relictum, & excludit Subſtitutum, & per conſequens eodem modo debet admitti ad Maiorarum, conſequentia patet ex præmiſſis.

Secundo facit; quia † naturalis filius, ſecundum huius Regni leges, & generalem conſuetudinem gaudet honore, & nobilitate parentum, & iudicatur, vt de familia & parentela, & eius prærogatiuis gaudet: vt notat late Ioā. de Rojas, Valentinus Inquiſitor, *in ſuo tract. de ſucceſſio. ab inteſtato, c. 15. à nu. 18.* & Gutierrez, Placentinus, *in ſuis practicis quæſtionibus, ad nouam legum Regiarum collectionem, lib. 2. quæſt. 105. n. 2.* & Ioannes Garzias, *in ſuo tract. nobilitatis*, quem infra, Deo volēte, citabimus: imo ex dicta cōſuetudine videmus in Hiſpania plures filios naturales poſſidere Maioratus, & Domos illuſtres, aut ſaltem deſcendentes ab eis, & videmus etiam iudicari, vt Decippo & Agnatione, & quod portant nomen & arma agnationis, abſque vlla diſtinctione, & ſedent, & ambulant cum nobilibus, & conſuetudo poteſt facere naturales, Decippo, Domo, & Agnatione, & quod ferant nomen & arma, & conſeruent familiam, vt per Rayner. *in tractat. de nobilitate, in 2. quæ. 5. quæſtionis principalis*, Bart. *in tractat. de inſignib. & armis, collatione 2.* & cum Nicolao de Vbaldis. Dominic. Socin. Afflict. Boer. Guidone Papa, Angel. & aliis, late Tiraq. *in titu. de nobilit. c. 15. nu. 25.*

Si ergo naturales † in hoc Regno 10
conſeruant agnationem & honorem familiarum, eadem ratio militat in eis, quæ in legitimis; ideo enim legitimi admittuntur ad ſucceſſionem Maioratus; quia conſeruant nomen, arma, & agnationem parentum; Ergo idem Ius, & ſuccedent in Maioratibus. Vbi enim eadem eſt ratio, debet eſſe idem Ius. *l. illud.* & ibi Bald. & Flor. *ff. ad l. Aquil.* Imo ex identitate rationis colligitur voluntas Teſtantis, vt colligitur ex his, quæ late notauit Mantica, *in d. tractat. libr. 6. titul. 14. per totum.*

Tum etiam † & ſi ratio in teſtamen 11
to non ſit expreſſa, ſi tamen vna ſola poteſt dari, ipſa attenditur, ac ſi eſſet expreſſa, ex Fulgoſ. *conſil. 15. num. 1.* & cum Corneo, Ripa & aliis, idem Mantica, *vbi ſupra, num. 20.* Et hæc ratio vel diſpoſitionem reſtringit, vel eam ampliat de perſona ad perſonam, vt cum Tiraquello, & aliis tradit idem Mantica, *vbi ſupra, num. 22. 23. & 24.* at vero filii naturales admittuntur & excludunt Subſtitutum ex voluntate vera, aut præſumpta & coniecturata Teſtantis, vt abſolute docuit Vlpian. *in d. §. ſi quis rogatus*, ibi: *Mihi autem, quod ad naturales Liberos attinet, voluntatis quæſtio videtur eſſe, &c.* Melius Papinianus ad propoſitum, *in dicto §. volo*, ibi. *Ex voluntate ſubſtitutionem excludere.* Igitur liquido apparet,
quod † filius naturalis admittitur ad 12
Maioratum & Fideicommiſſum, & excludit Subſtitutum in his Regnis. Tum ſuapte natura, tum etiam ex coniecturata mente Teſtantis, quæ præſumitur ex identitate rationis, *vt dictum eſt.* Et hanc ſententiam in propriis terminis viſus eſt tenere Gregorius Lopez.

Lopez.*in l.32 tit.6.partit.6.* gloſſa magna in medio, quem refert & ſequitur Placentinus Aceb. *in l.2.tit.6.nu 45.lib.5.Recompilationis.*

13 His tamen † non obſtantibus, contrariam opinionem, imo, quod filius naturalis in Maioratu nõ ſuccedat, nec ſit capax ſuccedendi, tenet idem Gregor.Lopez.*in l.2.titul.15.verbo, Sino el hijo mayor part.2.* Ioannes Lecerier, *in tract. de primogenit. Hiſpanor.lib.1.quæſt.5.num.2.* Andreas Tiraquell. *in tract. de primogen. Hiſpanor.q.34.nu.1.& nu.59.* & eam ſequiquitur, & communem dicit Ludouicus de Molina, *in ſuo tract.de primogen.Hiſpanor.lib.1.cap.4.num.45. & lib.3.capit.3.n.41. cum ſequentibus.* Eandem opinionem tenet & ſequitur Aluarad.*in dict.tractat.de coniecturis,lib.2.cap.1.§.1. à num.13.* & cum ea tranſit dictus Acebed. *in l.7. nume.20. titul.8.lib.5.Recompilat,* & eam tenet & ſequitur Velazquez de Auendan. *in l.40. Tauri.gloſſ.2.à num.43.cum ſequentibus.* Ex quibus patet hanc eſſe comunem opinionem.

14 Pro qua ptimo facit; quia † Maioratus conditores prætendunt in Maioratuum conditione, conſeruationem agnationis, nominis, & aliorum, ad Dignitatem familiarem pertinentium, vt Molin. Tiraqu. & alii ſupra citati fatentur: & ad oculum videmus: at vero filius naturalis incapax eſt ad conſeruationem familiæ & conditionis, imo non eſt de familia, nec agnatione, nec nomen & atma ferte poteſt, vt Molin. & alii, *vbi ſupra*, teſtantur, & notant Bartol. Bald. Corneus, Iaſ. & omnes *in l fin. C.de verborum ſignificatione,* & eſt text. *in l.Spurius, ff. vnde cognati,* notat Batt. *in leg. Tutelas, ff. de capitis diminutione.* Bald. *in l.final. C.vnde legitimi,* Decius, *conſilio 215.num.1. part.1.* Crauetta, *conſilio 138.numero 3.lib.1.* & cum Barto. Felyno, Corneo, Angelo, Abbate, Anchatano, & aliis, communem dixit Alexand. *conſilio 163. numero primo, inter conſilia collecta à Ziletо, de vltimis voluntatibus.1.part.* Salycetus, *conſilio 70.num.70.lib...* Tiraquel. *in dict. tract. de nobilitate, capit.15.à num.10.* Ioannes Garzias, *in tractatu de nobilitate, gloſſ.20.num.17.* Gabr. Paleotus, *in dict. tractat. de Nothis & Spuriis. cap.39. num.4.* latiſſime Aſcanius Clemens, *in tractatu de patria poteſtate, capit.5. numero 23.* Ludouicus de Sardis, *in tractat. de legitimatio. 2. part. in princip.* Nicolaus de Vbaldis, *de ſucceſſionibus ab inteſtato.1.part.à num.50.* Rojas, *de ſucceſſionibus ab inteſtato. capit.15.per totum.* Cum igitut incapax ſit, non poteſt ſuccedere in Maioratu; quia ſuccederet contra voluntatem Teſtatoris, quæ colligitut ex dicta ratione, vt per Matic. *vbi ſupr.* & per Rip. Alex. & alios *in d.§ ſi quis rogatus.* & in fideicommiſſo eſt text. expreſſus, *in d. §. ſi quis rogatus, in verbis; de quibus ſupra.*

Secundo facit † text. *in l.2.tit.15 par.2.* 15
ibi, *Si dexaſſe hijo ò hija de ſu muger legitima.* Quæ verba denotant, quod in ſucceſſione Regni ſuccedit filius ex vxore legitima: Ergo non ſuccedit natus ex legitima: nam valet argum. à conttario ſenſu, *vt in iuribus vulgaribus*, & diſpoſitio loquens de ſucceſſione Regni, extenditur ad alios Maioratus patticulares, vt per Molin. *lib.1. de primogen. Hiſpan. cap.1 & 2.* per quem tex. hanc opinionem etiam tenet, & ſequitur Pelaez de Mieres, *in ſuo tract. de Maioratib. 2.p.q.2.per totum,* & allegat in eius fauorem dictam legem pattitæ.

Tertio facit; quia † de Feudo ad Ma 16
ioratus, valet atgumentum, & etiam de Emphyteuſi ad Maioratum, vt Molin & alii citati, in primo argumento pro contraria opinione, pto conſtanti affitmant, & in Feudo, Bald. *in l.cum Antiquioribus, C.de iure deliberand.* At vero Filius naturalis non ſuccedit in Feudo, vt eſt textus, *in cap.1.§. naturales, tit. ſi de Feudo fuerit controuerſia, in vſibus Feudorum,* late Pariſ. *conſilio decimo quarto, numero 18. libr.2.* Iulius Clarus, *libr. 4. Sententiarum, §. Feudum, quæſtione 82.* Burſat. *conſilio ſeptuageſimo ſexto, lib.1.* Riminaldus Iuniot, *conſilio ſexageſimo, numero 1. lib.1.* Bertrandus, *conſil.112.num. 23.libr. 2.* Franciſcus Sonsbecius, *in tractat. ad ius Feudorum, num.78.*

Et idem in † Emphyteuſi, quod in ea 17
non ſuccedat Filius naturalis, maxime, quando

Digitized by Google

quando acquiſita fuir ab Eccleſia; notat eleganter Carolus Ruyn *conſi.47.n.7. li.1.* Menoch. *in tract. de adipiſcend. & retinend. poſſeſſ. remed.4. nume. 388.* Tiraquell. latiſſime, *in leg. ſi vnquam, verbo, ſuſceperit Liberos, a num. 56. cum ſequentibus, de reuocand. donat.* Iulius Clarus, *in dict. lib.4. ſententiarum, §. Emphyteuſis. qu. 30.* Oliuerius Textorius, *de ſucceſſio. ab inteſtato, num.30.* Gigas, *de penſionibus, quæſt.16. numer.5.& 6.* Latiſſime cum infiniris Aurelius Corbulus, *in tractat. de cauſis, ex quibus amittitur Emphyteoſis, tit. de cauſa ob lineam finitam a num.54. cum ſequentibus,* qui ex profeſſo defendit idem eſſe in Emphyteoſi priuata, niſi de contraria voluntate contrahentium cōſtet, aut niſi Emphyteoſis ſit hereditaria, & ad extraneos poſſit peruenire, quod verum puto, *ex d. §. ſi quis rogatus, & ex dict. leg. fin. ff. de iure delibera.* Vbi Filius naturalis, filius ꝓprius non eſt: latiſſime etiam Caldaſ. Pereyra Luſitanus, *in d. tract. de Nominatione quæſt.19. per totam;* vbi reſoluit quæſtionem eſſe voluntatis, vt in Fideicōmiſſo, prius reſpondit Vlpianus, *in dict. §. ſi quis rogatus*, idem etiam tenet Antonius de Gamma Luſitanus, *in ſuis deciſionibus, deciſion.377. a num.2.*

18 Igitur ſi Filius † naturalis non ſuccedit in Feudo, nec in Emphyteoſi; quia non verus & proprius, aut iuſtus Filius dicitur, minus ſuccedet in Maioratu, in quo agitur de dicta agnationis conſeruatione, & honore, ſeu ſplendore familiæ, prout in Feudo.

19 Quarto, facit † tex. *in dicto. §. ſi quis rogatus,* ibi; *Ego autem, quod ad naturales Liberos attinet, &c.* Vbi Vlpi. quoad admittēdos, vel non admittendos filios naturales, ad Fideicommiſſi ſucceſſionem, putat deberi in primis conſiderari voluntas Teſtatoris, & ea attēdi & expectari; innuens; quod in dubio, ſi de ea non cōſtat, non admittuntur, & hoc apertius patet; quia Vlpia. videtur corrigere, vel ſaltem modificare, & declarare ſententiam Papiniani indiſtincte putantis, naturales admitti, vt conſtat ex illis verbis: *Ego autem,* quæ aduerſantur ſententiæ præcedenti: at vero in nihilo corrigeret, ſi ſimpliciter naturales admitterentur, non conſtito de voluntate: nam id etiam Papinianus dixit, neque obſtat, ſi dicas, quod potuit aduerſari in eo, quod addit Papinianus, dico Vlpia. quod eſt quæſtio de voluntate: nam ſi intelligas, quod tunc naturales admittantur, quādo cōſtat de voluntate, habemus intentum, & iam aduerſatur Papiniano. Si vero intelligas, quod tunc excludantur, quando conſtat, aut coniecturatur de voluntate Teſtantis, volentis eos excludere, tunc in nihilo aduerſaretur Papiniano: nam id Papinianus non negauit. Igitur intelligere debes, quod Vlpia: clare ſentit, quod naturales in dubio nō admittantur, niſi conſtito de voluntate, & ideo dixit Vlpianus, quod erat quæſtio de voluntate, & non de iure: nam ſi in iure dubitaretur, an deberent vel nō admitti, ſecluſa voluntate, quæſtio eſſet iuris, & non voluntatis. Vnde præſupponendum eſt, quod ſecundum ſententiam Vlpiani de iure non admittuntur.

Et ita † tenent & intelligunt Azo, 20
Odofredus, Accurſius, Cyn. Alber. Faber Corraſius. Emanuel. Coſta. & alij allegati a Molin. qui dicit communem reſolutionem, *dict. lib 3 cap.3. num.4.* & nouiſſime, & neruoſe dictus Caldaſ. Pereyra, *in dict. tract. de Nominatione Emphyteotica, quæſt.20. per totam,* quem vide; & idem tenet Angelus, conſulendo, *conſi.360.* ſequitur Antonius Theſaurus, *deci. Pedem. 166. num.6.* vbi dicit, quod hęc opinio eſt verior, & eam magis viſus eſt amplecti Socin. *dicto conſi.182. lib.2.* & Socin. Iunior, *conſi. 28. a num.15. & 10. lib.4* & idem Bart. Socin. *conſi 86. num.13. libr.3. & conſil. 51. num. 13. lib. 4.* Et licet Auguſtinus Veroius, Decius, & Pariſius, *in dict. c. in præſentia*, confuſe nimis procedant, & modo hanc, modo contrariam opinionem defendant, non tamen hæc opinio ſibi vnquam diſplicuit.

Et eam † maxime confirmat Iuriſcō- 21
ſulti Reſponſum, *in dict. leg. fin. ff. de iure deliberand.* vbi poſt relatas opiniones Iuriſconſultorum ſibi contradicentium, tandem tenet, quod tunc filii appellatione, Libertinus, qui erat filius natura-

lis, contineri, quando liquido conſtat id voluiſſe Teſtatorem, & hoc caſu approbat opinionem Trebatii id indiſtinctè putantis, innuens, quod ſi de voluntate non conſtet, ſit vera opinio, Labeonis dicentis, ſimpliciter non contineri, qui eſt tex. clarus, & cauillari nō poteſt.

22 Neque obſtat Papiniani † reſponſū, *in dict. §. volo*, putantis appellatione filii Collibertum contineri, prout etiam cō ſtat, *ex dict. §. ſi quis rogatus*: nam licet Veroius & Caldaſ. multa comminiſcantur, in illius reſponſum intellectum, & confuſe procedant, tamen eorum dictis & aliorum recte perpenſis, verus ſenſus illius reſponſi eſt; quod ideo Collibertus filius Liberti grauati ſub conditione, *Si ſine Liberis*, aliis Libertis reſtitueret facit deficere conditionem, & excludit Subſtitutos: quia ipſe fuit, in ſeruitute conceptus, quod apparet: quia Collibertus erat patris, & ſimul illi cum patre fuit data libertas, ac proinde ſecundum illa tempora iuſte conceptus erat, & iuſtus filius erat habitus ex ſeruili contubernio, quibus ex eo, quod parentes nullos alios filios magis legitimos poterant habere, ita fauebatur, ſicut legitimis, & iudicabantur, vt in Matrimonio nati, *ex §. 1. instituta de ſeruili Cognatione*, & ſic ex voluntate Teſtatoris excludebant Subſtitutos, quemadmodum & legitimi: credendumque eſt de illis ſenſiſſe Teſtatorem cum Libertus eos iam haberet, ita dilectos, vt legitimos; & quia a communiter accidentibus Serui & Liberti hos filios habebant, & Domini eos diligebant, & in communi vſu verbum filijs ad eos relatum de his intelligebatur; tum etiam; quia cum in caſu illius tex. filius etiam Libertus eſſet dilectus & notus teſtanti erat, & per conſequens ex voluntate teſtantis, excludit Subſtitutum.

23 Etſi replices † quod hic intellectus ſemper procedit ex voluntate teſtantis, & non ex natura diſpoſitionis, quod eſt contra ſupradicta, & contra ſenſum Vlpiani, *in d. §. ſi quis rogatus*, reſpondetur, vt bene aduertit Auguſt. Veroius, *vbi ſupr.* quod ex verbis Papiniani Collibertus ex natura diſpoſitionis excludit Subſtitutum, quod patet: quia non admittit eum in caſu, quo conſtet de voluntate, prout alios naturales admiſit Vlpi. *in d. § ſi quis rogatus*, & ſic non requirit, quod voluntas probetur, ſed ſimpliciter & diſpoſitiue eum admittit. Tamen ex voluntate teſtantis, quæ præſumitur in eius fauorem: quemadmodum filius legitimus ſimpliciter admittitur, ſed tamen admittitur ex voluntate teſtantis, quæ in dubio præſumitur, alias contra voluntatem non admitteretur, at vero filius in ſeruitute conceptus, vt legitimus eſt, & ideo pro ſe habet teſtantis voluntatem.

Et ſi etiam replices † cum Abb. & 24 ſuo defenſore Decio, *in d. cap. in præſentia*, quod in dicto textu non conſtat, quod filius in ſeruitute conceptus, fuerit conceptus in figura Matrimonii: replicatur, quod ſufficit, quod conſtet, quod fuerit in ſeruitute conceptus, & quod fuerit ſeruus: nam tunc ſatis præſumitur, quod natus fuerit ex ſeruis, & ex ſeruili & licito contubernio, quod ſecundum illa tempora erat figura Matrimonii, nec inter ſeruos alia figura Matrimonii erat, niſi contubernium, quemadmodum in Liberis concubinatus, qui habet figurā Matrimonii, nec erat præſumendum, quod natus eſſet ex alio illicito coitu. Tum; quia Spurius eſſet, tum; quia delicta non præſumuntur: tum; quia iuſtus ſeruus non eſſet, neque inter Seruos & Collibertos deberet numerari, & quia verba in iuſto vero & potiori ſignificatu accipi debent, *ex l. 1. ff. ſi ager vectiga vel Emphyteoticarius petatur*, & licet non omnia ſupradicta, ita exacte declaret, ſed tamē in ſubſtātia, contra Deciū, ita declarat & defendit opinionem Bart. *in d. §. ſi quis rogatus.* Gabri. Poleotus, *in tract. de Nothis & Spuriis, cap. 13. & 14.* quod prius fecerat Auguſtinus Veroius, *vbi ſupra.* Ex quibus paret, quod non ſine Myſterio Vlpianus in Liberto & Colliberto non reprobauit, nec modificauit propriam ſententiam Papiniani, neque in eis dixit eſſe quæſtionem voluntatis, ſed ſimpliciter admiſit, ad quod non aduer

aduertit Calda. *vbi ſupra*, qui ab opinione Barto. *vbi ſupra*, receſſit, putans, indiſtinctè naturales etiam filios Libertorũ in ſeruitute conceptos admitti, conſtito de voluntate ex coniecturis, & non alias, ita intelligens, *dict. ſi vero*, fallitur enim vir ſubtilis; quia Papinianus indiſtinctè diſpoſuit in fauorem Collibertorum, cuius ſententiam ita Vlpianus, *vbi ſupra*, declarauit.

27 Ex † quibus patet, quis ſit verus intellectus dicti reſponſi, qui prius fuit Bart. *vbi ſupra*, quem Rip. Alex. Veroi. Ferrara, & alii communiter ſequuntur, & ſaluatur ab obiectu Abbatis & Decii, *vbi ſupra*.

28 Ex quo etiam † intellectu iam intelliges reſponſum Iuriſconſulti, *in dict. leg. Lucius, §. fin. ibi, Claudiuſq́; creditur, &c.* Nã Iuriſconſultus ibi loquitur de Pamphila filia Pamphili Liberti, quæ fuit in ſeruitute cõcepta. & erat naturalis, quia ex contubernio ſeruorum, quod apparet, quia textus ibi eam nominat filiam naturalẽ, & quia Teſtator eam iuſſit in ſuo teſtamẽto manumitti: igitur ſerua erat, & in ſeruitute concepta, alias ſerua non eſſet, & Claudius eam naturalem, & in ſeruitute conceptam appellat; & per conſequens, ex contubernio illo tempore licito, alias non eſſet naturalis: ſed ſpuria, vt dictum eſt, & licet non eſſet patris Colliberta, tamen; quia erat ſerua, ſicut legitima & dilecta, vt legitima, & in figura legitimæ habita; excludit Subſtitutũ, & facit deficere conditionẽ, *Si ſine liberis*; ex natura ipſi⁹ diſpoſitionis; & nõ ex voluntate ꝓbata, aut cõiecturata, ex aliis verbis teſtamenti, vt Cald. ſentit; cuius ſententia ſententiæ Claudii Iuriſconſulti repugnat, neque obſtat, quod Iuriſconſultus ponderet, illi fuiſſe relictam libertatem in teſtamento, ac proinde à Teſtatore dilectam; nam Iuriſconſultus de libertate ideo facit mentionem; quia ſine ea, maxime illo tempore; in ſucceſſibilis erat & incapax cõmodi, ex ſubſtitutione prouenientis, vt conſtat ex Ang. & aliis; *in dicto principio inſtituta de ſeruili cognatione*, & ex Veroio; & Paleoto, *vbi ſupra*.

Nec his obſtat † tex. *in dict. leg. heredibus, §. 1. ff. ad Trebell.* ibi, *nam etſi Matrimonium cum furioſa nõ fuit. ſatiſfactum eſt eiuſmodi cõditioni*, qui tex. aperte videtur demonſtrare; 29 etiam in aliis filiis naturalibus, quod filius naturalis furioſæ ex natura diſpoſitionis facit deficere dictam conditionem; nam ad hunc tex. facilis eſt reſponſio, quippe, qui furioſa in figura Matrimonii concepit, & pepetit filium, eique furioſæ perpetuo exiſtenti fuit facta ſubſtitutio. Vnde ex natura diſpoſitionis ſuus filius, ſic habitus, continetur filii appellatione, quia furioſa nullos alios filios magis legitimos & iuſtos potuit habere, & quia tales in figura Matrimonii nati legitimi reputabantur: ideo ſatisfactum eſt conditioni ex natura, a qualitate perſonæ grauatæ, vt putauit Vlpian. *in dict. §. ſi quis rogatus.* Vnde ibi ex voluntate præſumpta, & ex ipſa diſpoſitione admittitur filius naturalis, abſque vlla quæſtione voluntatis.

Tandem finem † faciemus, ſi dixerimus, 30 naturales Filios ſuapte natura nõ excludere Subſtitutos, aliquando tamẽ excludunt; vel ex voluntate probata, vel ex voluntate præſumpta, ex conditione perſonæ grauatę, abſque aliqua alia probatione, & ſic intelliguntur dicta Iuriſconſultorum reſponſa, quæ inter ſe contraria ſunt.

Quinto & vltimo facit † tex. *in dict.* 31 *leg. generaliter §. cum autem*, ibi, *ſine iuſta Sobole.* Neque obſtat reſponſio Benedicti de Barzis, quod intelligatur de Sobole naturali ex concubina habita, quæ tunc temporis iuſta reputabatur; nam is ſenſus aperte falſus eſt; quia nec illo tempore leges approbarunt concubinatum vt quid iuſtum; ſed ad maiora mala vitãda; nec Prolem iuſtam aut legitimam iudicarunt, vt clarum eſt, vt Authores ibi fatentur.

Neque etiam † obſtat, quid ille tex: 32 intelligitur in conditione ſubintellecta a lege; at vero ſecus eſt in conditione ab homine expreſſa; quæ eſt differentia communis, *in d. §. cum autem, & in dict. §. ſi quis rogatus* Nam certe vt conſtat ex Coſta & aliis; nulla ratio differen-

tiæ inueniri poteſt: nam verba teſtamẽtorum in dubio iuris diſpoſitionibus confirmantur. Vnde ſi de iure Filius naturalis excluſus eſt, non video, quare nõ excludatur ex verbis generalibus teſtantis, qui in dubio ſecundum ius teſtari cenſetur: tum etiam Imperator, ibi, non diſponendo de nouo, nec vllam differẽtiam conſtituendo, de iuſta Sobole mentionem facit: ſed per tranſennam, & vt per ſe notum, de hoc axiomate mentionem facit, & ſua principalis deciſio, ad decidendam hanc quæſtionem prodiit, ſcilicet; an quemadmodum conditio, *Si ſine liberis*, ſubintelligitur in Filio naturali, & Legitimo grauato, intelligeretur etiam in Filio naturali grauato? in quo maius dubium erat, & decidit quod ſic, Igitur in alio nihil noui ſtatuit, ſed vt per ſe notum, refert; Ergo ſemper iuſta Soboles filii appellatione contenta fuit & non alia, niſi de contraria conſtet voluntate.

32 Ex quibus † omnibus iam patet, hãc ſecundam opinionem veriorem eſſe, & quæ debet ſeruari in iudicando & conſulendo, prout ſemper vidi ſeruari.

33 Quæ non ſolum † obtinet in Maioratu facto a maſculo, ſed etiam in condito a fœmina, & in fœmina grauata, tũ; propter honeſtatem mulieris, de qua non eſt præſumendum, quod debeat habere Filios naturales, nec Teſtatorẽ velle de his ſentire, tum etiam, quia ita, vt in aliis, in iſtis ſuo modo prætenditur nominis & familiæ conſeruatio, quæ non bene per naturales conſeruatur, & ita cum Gregor. Lopez. & aliis, notat Aluarad. *in dict. tract. libro 2. capit 3. nume. 75.* & Gutierrez. *lib. 3. practicarum quæſtio. q. 52. in fine.* Et hoc in praxi ſeruatur.

34 Imo etiam † in Fideicommiſſo ſimplici in dubio id verũ puto, ob præſumptam teſtantis voluntatem. nõ obſtãte, quod naturales ſint ſucceſſionis maternæ capaces, vt plures ex Auctoribus ſupra citatis, maxime Aurelius Corbulus exiſtimant.

35 Tum etiam hæc † opinio ex dignitate teſtantium maxime corroboratur, qui, vt in pluribus, Nobiles ſunt, aut ſaltem nobiliter viuunt, & alias qualitates habent, & ſic verificatur deciſio, *text. in d. §. ſi quis rogatus*, ibi, *ex Dignitate*, & licet Ripa, ibi, *num. 10.* dicat, ſolum intelligi in Filiis illuſtrium habentium Dignitates; verius tamen eſt intelligi de aliis perſonis qualificatis, ſuo modo, vt Imol. & Alexan. & alii ibi putant, & Corneus, & Socin. in locis citatis, & Cephal. *conſ. 188 num. 18. lib. 2.* & alii quamplures ex ſupra citatis, quos videre potes, maxime Roland. a Val. Dec. & Alex. & Burſarum, *vbi ſupra.*

Et hanc † opinionem tenendo, non obſtant contraria; nam ad iura in primo contrario allegata, iam reſponſum eſt. 36

Ad aliud de † Nobilitate naturalium Reſpondetur; quod, licet naturales, ex Hiſpana conſuetudine, nobilitate parẽtum, quoad Tributa, potiantur: in aliis tamen & exiſtimatione inferiores ſunt aliis Nobilibus. Neque æquales eis iudicantur, certe ipſi non bene & perfecte & diminute nomen generis cõſeruant, & per conſequens non militat omnino in eis eadem ratio, quæ in Legitimis. Quare non eſt recedendum a Iuris regulis & communibus reſolutionibus, & tenenda eſt ſupra dicta cõcluſio. Et hæc de primo articulo. 37

Articulus, & §. 2.

In hoc † articulo; quia non commode dantur plura argumenta, ad clariorem materiæ explicationem, procedam per concluſiones. 1

Prima concluſio. Feuda, † aut Maioratus habentes Vaſſallos, aut Iuriſdictionem ſecularem annexam, non tranſeũt in Monaſteriũ pro vita proximioris cõſanguinei Monachi, vltimo morienti, etiamſi Monaſterium ſit capax bonorũ in communi, vt per Molin. *in tractat. de Maiorat. libr. 1. capit. 13. numer. 95.* Aluarus Vaez, *conſultatio. 101. numero 6.* Aluarod. *de coniectur. Vltimar. volunt. libr. ſecunda, cap. 3. a numer. 4.* Anton. Gomez. *in leg. 40. Tauri, nume. 66.* Matienz. *in leg. 1. tit. 7. gloſſ. 1. nu. 8. lib. 5. noua Recompil.* 2

Secunda cõcluſio. In † Maioratu, in quo 3

quo agitur de conſeruatione agnationis (quod apparet, quia Fundator Maioratus vocauit ſemper Maſculos, vel iuſſit portari nomen & arma, vel ex aliis coniecturis id apparet) non ſuccedet Monaſterium; quia non eſt capax agnationis conſeruandæ: ita eleganter Decius, *conſil. 259. numero, 2.* ſequitur Couarr. *libr. 1. variarum quæſtio. capit. 19. numer. 2.* Meneſſ. *in leg. cum acutiſſimi, n. 44. C. de Fideicommiſſ.* Rip. *reſpon. 13 numer. 16. & 17.* Pelaez. de Mieres, *in dicto tractat. de Maiorat. 2. p. q. 3.*

4 Tertia concluſio. In † Primogeniis nobilium, in quibus, vt in plurimum, prætenditur Nominis conſeruatio, ex conſuetudine huius Regni, & præſumptis Fundatorum voluntatibus, nõ ſuccedit Monaſterium, etiamſi in fundatione expreſſe excluſum non ſit, vt colligitur ex Pelaex, Couarr. Ripa & aliis, *vbi ſupra*; licet contrarium in omnibus teneat Velazquez de Auen. *in leg. 40. Tauri, gloſ. 4. a numer. 9.* ſed in hanc concluſionem, & alias tene; quia procedit ab vſu & communi Teſtatorum mente.

5 Quarta concluſio. In † Anniuerſariis capellis; & patronatibus; & meliorationibus Tertii & Quinti, etiam per viam maioratus factis a perſonis particularibus, ſuccedit Monaſterium, niſi expreſſe excluſum ſit, aut ex euidentibus coniecturis de excluſione appareat: ita Molin. Velazquez, & alii, *vbi ſup.* qui abſolute reſpondent in fauorem Monaſterij, & non negat Decius, & alij, *vbi ſupra*; Gamma dicit, ita fuiſſe iudicatum, *deciſ. Luſit. 6. per totam*, licet male declaretur *conſil.* Decii; de quo ſupra; & abſolute concludat in aliis Primogeniis pro Monaſterio. Vnde quæ habes in Additione, quã feci ad dictam deciſionem

6 Quinta † cõcluſio: Monaſteria Monialium, etiam Ordinis Minorum, ſunt habilia ad ſucceſſionem, in caſibus, in quibus Monaſterium ſuccedit ex priuilegiis, & conſuetudine, vt per Æmi. *conſ. 135. n. 2. & 3.* Bald. *conſ. 183. li. 5.* Capitium, *deciſ. 10.* Cephal. *conſil. 36. num. 46. & 98. n. 7. lib. 1.* Calder. *conſ. 17. de ſtatu Monachorũ.* Iulium Clarum, *lib. 4. ſententiarum, § teſtamentum, q. 21.* Burſat. *conſi. 60. nume. 21. lib. 1.* Nicolaum de Vbaldis *in tracta. de ſucceſſionibus ab inteſtato. p. 2. nume. 8.* concordat *deciſ. ſacroſancti Concilii Tridentini, Seſſ. 24. cap 3. de Reformatione.*

Sexta † concluſio. Quando Monaſterium non eſt capax bonorum in communi, indubitanter non ſuccedit, ita omnes, *vbi ſupra*, nemine diſcrepante, & idem quando expreſſe excluſum eſt vel ex coniecturis conſtat. 7

Septima concluſio. Filius † naturalis, deficientibus omnibus Legitimis conſanguineis, aut eis non apparentibus, ne bona efficiantur vacantia; ſuccedit in Maioratu: vt elegantiſſime notat Decius, *conſil. 271. num. 12. & 13.* & in propriis terminis Melchior Pelaez de Mieres, *in d. tract. Maioratuum, 2. par. quæſt. 2. num. 27.* & facit elegans tex. *in leg. generaliter, §. Spurius, ff. de Decurionibus.* Vbi licet Spurius ſuapte natura ſit incapax officii Decurionatus, tamẽ in defectum aliorum debet admitti: & confirmatur; quia Filius naturalis poteſt vocari ad Maioratum in defectum aliorum, vt per Acebed. & Matien. & Angelum per tex. ibi, *in l. 11. gloſ. 5. & 6. tit. 6. lib. 5. Recompilationis*; faciunt etiam quæ notat Calder *conſil. 4. de Conſtitutio. Prin.* Nicolaus de Vbald. *in dict. tit. de ſucceſſionibus*, & notat late Gutierrez, *in 2. tomo practicarum quæſtio. quæſt. 52.* 8

Octaua & vltima † concluſio. Monaſterium non excludit Filium naturalem ſuccedentem in Maioratu, in quo prætenditur Agnationis conſeruatio, aut excluſum, aut incapax in communi, eſt in defectum Legitimorum; quia Monaſterium eſt incapax ad conſeruandã Agnationem, vt dictum eſt. Filius vero naturalis maxime ſi honorifice viuat ex cõſuetudine Hiſpaniæ, licet in toto non conſeruat, tamen in maiori parte conſeruat, & nomen & arma fert, & honorẽ ſuſtinet familiæ, eamque repræſentat, vt dictum eſt; & ſic præfertur Monaſterio, quod nihil horum facit. Tum etiam non facit partem, nec præfertur, alioqui non admittitur ad partẽ, vt per Auctores per tex, ibi, *in l. huiuſmodi, §. ſi Titio. ff.* 9

de lega.1.& in leg. vnica.§.in primo,C.de cadu.tollend. & in leg.plane,§.ſi coniunctum,ff. Delegat.1. notat Anton.Funeus,*in tracta. de conſtitutio. verſi.15. Non facit partem,fol. 280. volun.18. tractatuum Nouorum.* Confirmatur;quia Monaſterium nõ eſt Succeſſor vtilis & Legitimus & idem eſt nõ habere Succeſſorem, vel habere inutilem, vel incapacem; argumento, tex.*in capit.inter corporalia,* & ibi Abb.*de translatione Epiſcopi* facit tex. *in leg.2.ff.de auctor. Tutorum,* notat late Thomas Actius, *in tract. de ludo Schachorum a num.38.fol.183. volu.7. tractatuum Nouorum*; facit etiam; quia non præſtat impedimentum,quod de iure non ſortitur effectum,*vt in regul. non præſtat de regul. iur. in 6.*late Damaſus de Brocardis,*num.30.fol.510.volum.18.*Ex quibus omnibus apparet, quod Monaſterium non impedit Filium naturalem a ſucceſſione Maioratus; quia incapax eſt, & ſuccedit contra voluntatem Teſtatoris, qui interrogatus,ita reſponderet maxime ſi filium naturalem qualificatum videret;& in hoc Regno multoties ſucceſſerunt filii naturales in primogeniis nobilium: ſi tamen eſſet Monaſterium capax, in caſibus ſupradictis, excluderet filium naturalem,& hoc nõ habet dubium.Et hæc de quæſtione.

QVÆSTIO XVII

VTrum Bona grauata onere Memoriæ, aut Anniuerſarii perpetui, ſint affecta ſua natura vinculo Maioratus, cum clauſulis ordinariis in Maioratu? an ſint bona libera, & poßint alienari cum dicto onere, & de coniecturis, quæ inducunt Maioratus.

SVMMARIA.

2 *Maioratus, an alienari poſſint? & ſi alienentur tranſeant cum ipſo onere? & an valeat argumentum de maioratu ad Fideicom. ad hoc vide nu.3.totum.*

4 *Reprobãtur opiniones numeri præcedentis. quem per te videas.*

5 *Interpretatio, & verus intellectus* ad l. nihil proponitur de leg.2.num.5. *Quid enim ſit actio realis & perſonalis & in quo differant, & ad hoc? vide* l. fundi Trebatiani,de vſu fruct.leg. num.5.

6 *Interpretatio, & verus intellectus* ad legem Caius Seius, de annuis legatis,*& vide* ad legẽ fin.in §.fi.de cõtrah.emptio. *& ad intellectum harũ legum, vide Ioan.Garz.*in tractat.de expenſis,& melioratio.c.4.a num 9. cum ſequentib. num.6. col.3.& 4.*& an res poſſint alienari,in præiudicium Legatarii,vel non? num.7.*

8 *Reprobantur Ripa, & Guido, quia nihil ad noſtram quæſtionem probant, nume.8.*

9 *An Fideicommiſſum perpetuum colligatur ex vna tantum coniectura? quam quæſtionem vide,num.9.*

10 V*ide elegantem Oldradi doctrinam,*in conſil.21. per totum,de conditione, ſi ſine liberis,*&c.& de hac materia infinitos videbis Auctores, quos accurate vide ibi.*

11 *Quando dicatur Subſtitutio Fideicommiſſi temporalis, aut perpetua? & quid ad hoc concurrere debet?*

12 *Bona Feudalia, an ſint indiuiſibilia, & ex illis inducatur perpetuus Maioratus; & quid in ſucceſſione eorum conſideretur? Et vtrum militet eadem ratio in bonis Feudalibus, quæ in bonis Anniuerſariorum indiuiſibilibus.*

13 *Interpretatio* ad tex. in d.§. prætereà Ducatus,*quem per te vide,n.13.& 14 Rex vnus debet eſſe, & Princeps vnus, ibi.*

15 *Succeſſio Ducatus & Comitatus, an de Rigore iuris veniat ad maiorẽ,vel non; & vide ſcribentium opiniones, præcipue Guillielmi Benedicti,*in repetitione ca.Raynutius, de teſtamentis, verſic.in eodem teſtamento,*n.15. & quid in iſta ſucceßione apud nos ſeruetur? & plures alias rationes,numer. 16.*

17 *Vtrum valeat argumentum. Bona ſunt indi-*

indiuiſibilia; Ergo pertinent ad maiorem, & ad illum ſolum peruenire debēt, & an plures, pro indiuiſo poſſint poſſidere, & reprobatur text. in d. §. præterea, non bene a Doctoribus allegatus, ibi.

18 Reprobantur præcedentes opiniones.

19 Quādo Maioratus & Fideicommiſſum ex coniecturis inducantur, & ſi ex ſola dictione Maioratus ſine aliis verbis cōſtituatur Maioratus. Et vide ibi opinionem Cauarruuiæ, & aliorum Scribentium, & quid de Fideicommiſſ. nu. 20.

21 Si ex natura rei, quæ eſt indiuiſibilis, & ex natura oneris perpetui, & frequenti vſu teſtantium, qui ad hæc Anniuerſaria vocant maiores, & prætendunt conſeruationem memoriæ colligatur euidens coniectura Maioratus & Fideicommiſſi.

22 Indiuidua an poſſint ad plures peruenire, vel ad vnum tantum? & iſte vnus, an debeat eſſe maior. Multa enim Priuilegia habent Primogeniti, num. 22. Et an Anniuerſaria, & bona eorum indiuidua ſint, & maiori debeant competere; ob priuilegium ætatis.

23 An expediat Republicæ, & familiarū ſaluti animarum (vt memoria hæc Defunctorum conſeruentur, & per eas cognoſcantur ratione conſeruationis, vt vnus tantum poſſideat Maioratum ſeu Anniuerſarium, & ad tollendas diſcordias, quod etiam probatur multis Auctoribus, in iſto num. relatis, vſque ad num. 24. & vtrum Anniuerſaria æquiparentur, & aſſimilentur Maioratibus, & iudicentur ſecundum eorum regulas.

25 Vtrum Feudum habens Iuriſdictionem poſſit diuidi, num. 25. & quid de Feudis minoribus.

26 An inueniatur Ius, vel Lex, quæ dicat bona indiuiſibilia peruenire ad Maiorem, & an onus iniuſtum ſit ſufficiens coniectura ad inducendum Maioratum

27 Iura citata non probant præcedentia.

28 An coniectura oneris, iunctis aliis neceſſariis requiſitis, ſufficiens ſit ad præſumendam teſtantis voluntatem, & an ſufficiat vna violenta coniectura, quod deduces. ex dict. l. cum proponebatur in fine, & ibi Bart. num. 28.

29 Ad Conſilium elegantiſſimi Oldradi reſpōdetur; vide in contrariū adducta.

30 Ad vltimam de Feudis reſpondetur rationem, quam vide, & quid de natura Feudi ſit.

31 Ad concluſiones & argumenta totius noſtræ quæſtionis reſpondetur, tam opiniones Scribentium, in hac materia reprobando, quam admittendo, & quid in puncto iuris tenendum ſit, tam ex cōſuetudine horum Regnorum, quam ex præſumptis teſtantium voluntatibus.

32 An ex memoria perpetua Anniuerſarii inſtituatur Maioratus perpetuus, ſine aliis vocationibus facto a Teſtatore, & auctores in hoc Coa. Mol. Burg. de Paz.

33 An appoſito onere ad ſucceſſionem, & ſi vocetur filius, aut alius certus conſanguineus, vel extraneus, & poſt eius mortem voces conſanguineum proximiorē, aliis vocationibus non factis, inducatur Maioratus perpetuus, & ad hoc vide Aachara. & alios ibi.

34 Si Teſtator faciens aliquas ſubſtitutiones & poſt eas vocet conſanguineum proximiorem, ſub conditione, ſi ſine liberis, & Subſtitutus aut vocatus decedat, etiamſi conditio deficiat ſine ratione appoſitionis oneris & vocationis efficiatur Maioratus perpetuus vel non?

35 Quando ratione vocationis præferantur maſculi fœminis?

36 Si Teſtator cum onere apponat prohibitionem alienationis, volens bona in familia conſeruari, aliis vocationibus non factis, an inducatur Maioratus perpetuus?

37 An ex verbis Teſtatoris, & ex aliis coniecturis enuntiatiuis conſtet perpetuum eſſe Maioratū; & ex vocationibus maſculorum & ex excluſionibus fœminarū.

38 An verba Teſtatoris dicendis quod bona vadant de maiore ad maiorem, vel quod non diuidantur, & ad vnū ſucceſſorem perueniant, inducāt Maioratū perpetuū & ſi ex onere, & ex his, quæ Teſtator dixit ante & poſt Teſtamentū, inducatur etiam Maioratus perpetuus?

40 An onus impoſitū a Teſtatore in Anniuerſa-

uerſarium, vt primus vocatus portet nomen & arma, coniecturam Maioratus inducat?

41 *Res grauata ſi erat maiorum, nempe Domus principalis antiqua, aut Locus cũ Vaſſallis non emptitiis, ſed a maioribus habitis, ex qualitate, & affectione rei cum onere, an coniecturam Maioratus inducat?*

42 *An ex onere magno & honorifico conſtituatur Maioratus perpetuus?*

43 *Ex appoſitione oneris cum conſuetudine ſuccedendi per viam Maioratus, an inducatur perpetuus Maioratus? & an conſuetudo ad inductionem Maioratus eſſe debeat quadragenalis, aut immemorialis? & ad hoc vide* leg. 44. Tauri, & notata per Molinam, de Primogenijs, Hiſpan. cap. ſexto, *& an cõſuetudo declaret dubiam teſtantis voluntatem, ſufficiat que eſſe decennalem, vel biennalem.*

44 *An ex conſuetudine Prouinciæ, Oppido, aut Patria impoſito onere Anniuerſarii a Teſtatore, ſine aliis verborum declarationibus, inducatur Maioratus? & quando bona cum onere, ratione Patriæ Oppidi, aut Prouinciæ conſuetudinis, ſine aliis teſtantis declarationibus, vendantur; & alienentur, tranſeundo cum ipſo onere.*

46 *Si nulla ſit cõſuetudo in Populo, quæ probari poſſit, & nulla alia coniectura Teſtatoris ſit, niſi ſolum oneris impoſitio, an Maioratus inducatur?*

47 *Epiſcopus ex cauſa, ne memoria teſtantium pereat, & vt bona conſeruentur, viſitando bona Anniuerſario ſubiecta, inalienabilia facere poſſit, & quod ad maiorem vadant, vt Adminiſtratorem; & vltimarum voluntatum Executorem.*

48 *Quomodo Iudices ſe habere debeant in his Anniuerſariorum iudicãdis cauſis, vt recte, & ad vnguem iudicent?*

1 QVÆSTIO hæc † vtilis eſt in materia Maioratuũ, Patronatuum, & Anniuerſariorũ; & in his Regnis frequentiſſime in praxi contingens, & in qua doctores, qui de ea agunt, admodũ varii & perplexi ſunt; ideo decreui breues in ea reſolutiones ponere, cum fortioribus Fundamentis, vt deinceps nullum verſetur dubium.

Pro parte † negatiua, quod non ſit 2
Maioratus, & poſſint libere alienari cũ dicto onere, ſuppoſito, quod, vt dictum eſt, valet argumentum de Fideicõmiſſo ad Maioratum, facit text. expreſſus, *in l. nihil proponi, ff. de legat.* vbi heres grauatus dare quotannis alicui Reipublicæ, ad ſportulas Rectorũ (vt gl. ibi interpretatur,) reditus aliquorum ędificiorũ, non prohibetur ędificia diſtrahere, ſalua ſemper Legati cauſa; Ecce ibi tex. manifeſte probantem, quod onus perpetuum adiectum certe rei, nõ inducit prohibitionem alienationis, ac per conſequens nec Fideicommiſſum perpetuũ, & Succeſſor in illa re poteſt eam libere alienare cum ſuo onere. Idque etiam probat tex. apertus, *in l. Fundi Trebatiani, ff. de vſufruct. legat.* Vbi quis reliquit vxori ſuæ vſumfructum, aut reditus Fundi Trebatiani, quoad viueret, & dubitabatur; an heres grauatus poſſet vendere Fundũ, & dare vxori æſtimationem redituum; reſpondet Iuriſconſultus quod ſic, & ſic onus perpetuũ impoſitum, non induxit perpetuũ Fideicommiſſum; Igitur nec in præſẽti caſu inducit Maioratum. Per quæ iura in propriis terminis hanc partem negatiuam tenẽt Antonius de Gãma Luſitanus, *in ſuis deciſionibus Luſitanis, deciſione 224. num. 9. & deciſione, 30.* & ego ibi, *in Additione & deciſione. 38.* Qui dicit ita pluries iudicatum in ſuo Luſitaniæ Senatu, allegat Ripã, *in l. 1. §. ſi heres per cepto vſufruct. nume. 14. ff. ad Trebellian.* & Guidonem Papæ, *deciſio. 576.* qui dicunt, quod legato Fundo cum onere Anniuerſarii, tranſit ad Tertium poſſeſſorem cum illo onere, & dicunt eſſe ſpeciale, fauore piæ cauſæ Eandem opinionem & partem tenet & ſequitur Aluarus Valaſcus Luſitanus, *in ſuis conſultationibus, conſultatione octuageſima ſecunda, numero ſeptimo, & octauo*, qui concludit, ꝙ ex dicto onere nõ inducitur Maioratus, etiamſi adiiciatur, quod Fundus, aut

res

res grauata dicto onere deueniat ad
proximiorem, in defectũ, quod primus
Legatarius Liberos non habeat; nam ſi
conditio defecit, res remanet libera cũ
ſuo onere. Igitur nec adiectio oneris, nec
vocatio Proximioris in defectum condi-
tionis inducunt Maioratum, eandem
partem nouiſſime tenet, & ſequitur Ve-
lazquez de Auend. *in l. 40. Tauri, gloſſ. 42. nume. 61.* allegat Decium, Molinæum &
alios; idem, *in l. 41. gloſſ. 3. num. 12.*

4 Sed, Salua † pace ſupradictorum, hæc
prædicta iura, nec auctoritates citatæ
Ripæ & Guidonis, hanc partem bene
probant.

5 Nam, *in dict. l. nihil proponitur,* † non
conſtat, quod onus fuerit perpetuum:
tum etiam onus illud non fuit adiectum
ſuper ipſa re, aut res ipſa grauata, aut o-
nere affecta, ſed ſolum heres grauatus
dare Fundi reditus, ex quo Iuriſconſul-
tus deducit ſolum fuiſſe ortam actionẽ
perſonalem, contra heredem, non vero
rem grauatam, nec actionem realem da
ri, quod manifeſtius Iuriſconſultus de-
clarat, *in dict. lege Fundi Trebatiani*, vbi di-
cit, quod heres poteſt ſoluere æſtima-
tionem dictorum redituum, & vendere
rem. Igitur res ipſa non erat grauata:
nec affecta aliquo vitio reali hypothecę
vel vſusfructus. Nam ſi eſſet non poſſet
heres fructum rei Legatario auferre, &
principalis ratio dubitandi illorum iu-
rium fuit, ad quam determinandam cõ-
dita ſunt; an ex illo Legato afficeretur
res, aut conſtitueretur vſusfructus? & Iu-
riſC. determinat, quod non, & quod po-
teſt onus adimplere heres in pecunia,
7 aut alio modo. Idque etiam aperte † pro-
bat textus, *in lege Caius Seius. ff. de Annuis legatis*, vbi legatum Annuum, ex certa re
non afficit rem, *& in leg. fin. §. fi. ff. de contrahend. emptione*, de quorum intellectu
late agit Ioannes Garzias, *in tractatu, de expenſis, & melioration. ca. 4. ff. a num. 9. cum ſequentibus.* Imo illa † iura manifeſte in-
dicant, quod ſi res eſſet grauata & affe-
cta heres non poſſet illam alienare in
præiudicium Legatarij: Igitur non pro-
bant intentum, de quo agimus, agimus
enim de re grauata, perpetuo onere An-
niuerſarii, vel de Anniuerſario ſuper ali-
qua re in perpetuum relicto, quod idem
eſt, vt Garzias, *vbi ſupra*, defendit. Nec
Ripa, & Guidio † probant partem, de 8
qua eſt ſermo, cum non ex profeſſo tra-
ctent de inducendo Fideicommiſſo: ſed
ſolum an onus Miſſarum afficiat ipſam
rem & tranſeat contra Tertium poſſeſ-
ſorem? quia videbatur quod non, ex di-
ctis iuribus; & nihilominus fauore piæ
cauſæ contrarium determinant, prout
his non allegatis, determinat etiam Ti-
raquellus, *in tractatu de Priuilegiis piæ cauſæ, priuilegio 63. per totum:* ex propoſito ta-
men non agebant, & ſic non merentur
allegari. Quare ſupra dicta Fundamen-
ta, hanc partem non iuuant, vnde ad a-
lia recurrendum eſt.

Secundo facit, quia † Fideicommiſ- 9
ſum perpetuum non inducitur ex vna
coniectura, non admodum vrgenti: ſed
ex pluribus, & valde vrgentibus & con-
cludentibus, vt late & eleganter Burſat.
conſil. 51. numer. 9. libr. 1. Et confirmatur,
quia Fideicommiſſum perpetuum, eſt
onus, & in dubio debet interpretari,
quod non ſubſit Fideicommiſſum per-
petuum, vt eleganter cum pluribus de-
clarat Rimin. Iun. *conſil. 31. num. 3. libro 1.*
Cepha: *conſil. 447. num. 16. & conſ. 394. num. 26. & 420. nume. 13. & 353. nume. 36. libr. 3. & conſil. 483. num. 8. & 446. num. 30. libr. 3.* late
de hoc Fundamento Modernus Ioan-
nes Botta *conſ. 50. per totum.*

Tertio facit † elegans doctrina Ol- 10
dradi, *conſ. 21. per totum*, vbi ex onere per-
petuo; etiam cum pluribus ſubſtitutio-
nibus conditionalibus: *Si ſine liberis, &c.*
Et deficientibus conditionibus, vtpote,
quia grauati habuerant Liberos, & ni-
hil erat diſpoſitum a Teſtatore, in caſu
exiſtentium Liberorum, non ſolum nõ
inducat Oldradi inductum Fideicom-
miſſum perpetuum, ſed imo iudicat bo-
na libera, cum onere, & eſt magna Ol-
dradi auctoritas, cuius opinionem in-
finitos pro ea allegando, communem
dixit Ioannes Botta, *vbi ſupra*, & ab ea
non eſſe recedendum, niſi exiſtentibus
pluribus, & grauibus cõiecturis infinitas
auctoritates pro ea citando, dixit An-
tonius

tonius Theſaurus, *in ſuis deciſionibus Pe-*
demontanis, deciſione.240.per totum. Et hãc
ſententiam Oldradi communem &
veram dixit Anton. Gabr. *libro.4. com-*
munium reſolutionum; titulo de Fideicom-
miſſis concluſione.7. & Oldrad. ex profeſ-
ſo defendit doctiſſimus Iacobus Meno-
ch. *conſil.85. a num.45. lib.1.* vbi infinitas
authoritates citat. Ex qua deciſione Ol-
drad. ipſe, *in dicto conſi.85.num.124.* decla-
rat famoſum conſilium Anchar.*27.* qui
prius dixerat, quod ex impoſitione gra-
uaminis Miſſarum, & vacatione duo-
rum Antiquorum de Domo, inducitur
ſubſtitutio & Fideicommiſſum, vt in-
telligatur de Fideicommiſſo tempora-
li, & non perpetuo, & quod ſi intelliga-
tur de perpetuo; debent concurrere a-
liæ efficaces coniecturæ, alias tenet cõ-
tra dictum conſilium, ex d. doctri. Ol-
dra. & refert plures auctores contra
Anchar. tenentes.

12 Quarto facit, quia † bona Feudalia
ſunt indiuiſibilia, & cum onere perpe-
tuo recognoſcuntur a Dominis; & ni-
hilominus non inducitur Maioratus
perpetuus ex eorum indiuiſibilitate, &
oneribus annexis; etiamſi ſint bona qua
lificata, & iuriſdictionalia, ſed vadunt ad
omnes filios Feudatarij vltimo morietis;
pro indiuiſo vel pro diuiſo, quoad com-
moditatem, ſi aliud non ſit conſuetum,
vel aliud non dicat Inueſtitura. Ergo ita
erit in his bonis Anniuerſariorum & in-
diuiſibilibus, ob eandem, vel maiorem
ratione, & in bonis Feudalibus. Antece-
dens probat tex. *in capite primo, §. vidimus*
qui Feudum dare poſſunt; in vſibus Feudo-
rum, & in capit. primo, de ſucceſſione Feudi.
& in cap. 1. de Feud. Marchia. & in cap. Im-
perialem, §. præterea Ducatus, in ſecunda par-
te, de prohibita alienatione Feudi per Fede-
ricum, per quæ iura ita tenent & elegan-
ter declarant Bart. Socin. *conſil 165. a nu-*
me.15.libro 2. & conſil.278.libr.2. & conſ.251.
nume. 7. & 67. nume. 26. eodem lib. Alex.
conſil. 25 libr.5. Corneus; *conſil.109.nume.*
47. lib.2. Rimin ald. Iunior, *conſil.18.num.*
31. libr.1. Pariſ. *conſil.17.num.30.libro 2* So-
cin. Iunior. *conſil.31.libr.4.tract.regularium,*
fol.56.par.1. Rodericus Xuarez, *in repe-*
titio leg. poſt rem iudicatam, in 11. limitatio-
ne, in cauſa Comitatus de Valentia, dubio;
2. per totum. qui loquitur etiam in Feudis
dignitatem habentibus & plures ex ſu-
pradictis etiam in eis loquuntur, licet
eum reprobet ſuus Additionator Val-
deſ. ibi, *litera. N. & litera. E.* nihil aliud
prætet allegationes Modernorum ad-
ducens, eandem etiam concluſionem
ex profeſſo materiam tractans, tenuit
Franc. Curt. Iunior, *in ſuo ſingulari Feudo-*
rum tractat. part. 4. principali, a nume. 109.
cum ſequentibus. Et certe in puncto iuris
& conſuetudinum Feudalium, verior
eſt, & omnes fatentur, niſi in Feudis dig
nitatem habentibus.

Neque obſtat † tex. *in d. §. præterea Du-* 13
catus, vbi Comitatus & Ducatus ſunt in-
diuiſibiles, ex quo Iſernia. & alij ibi, in-
ferunt, quod debeant peruenire ad v-
num; & per conſequens ad maiorem, vt
inferunt Molin. & alij allegati, a Valde-
ſio *vbi ſupra.*

Nam primo † reſpondetur, quod il- 14
le text. loquitur in dignitatibus regu-
laribus, prout ſunt Ducatus & Comita-
tus, & non in alijs: in his enim eſt ſpecia-
lis ratio, prout in Regno, ne ſcilicet di-
minuantur, & ad nihilum redigantur, &
quia entia nolunt male diſponi, *Vnus er-*
go Princeps, vnus ergo Rex, ait Ariſtot. *lib.*
12. Methaphyſicæ in fin. Expedit enim
Vaſallis habere vnum Dominum, non
plures, ne in regimine, & in alijs inducã-
tur confuſiones & diſcordiæ; & ita te-
net Abb. per text. ibi, *in cap. licet de Voto,* i-
dem Abb. *conſ.3. dubio 2. lib. 2.* Et hanc o-
pinionem tenet Molin. *li. 1 de primogen.*
Hiſpan. c. 2 a num. 10. vbi dicit, quod ſecũ-
dum eam, & contra Ro deticum Xua-
rez iudicatum eſt, *in dicta cauſa Comitatus*
de Valentia, idem Burgos de Paz Iunior,
quæſt.1.nu.103. Tiraq. *de primogen. Hiſpan.*
q.4. num. 20. Licirier. *de primogenitura.q.2.*
num.8. Celſus, *conſ.120. num.10.* Pariſ. *vbi*
ſup. Ant. Gomez. *in l. 40. Taur. n.12.* Burg.
de Paz. *in proœmio legũ Taur. n.37.* Et in his
etiam in rigore Iuris, non eſt omnino
certũ debere venire ad minorẽ, imo ve-
rius eſt contrariũ, vt Soc. Rimin. & plures
ex ſupradictis tenent & fatẽtur. Et bene
aduerti:

aduertit Guilliel. de Bened. *in repetit. cap. Raynutius, verbo, in eodem Teſtamento. 1. a. nu. 168.* Et in Italia ex conſuetudine eorum fit diuiſio, niſi in magnis Dignitatibus, non recognoſcentibus Superiorem, quæ conſuetudo valet, vt Curtius, Socin. Riminald. & alii fatentur. Quare hæc opinio apud nos, & plures alias Nationes, magis obtinet ex conſuetudine, & ob bonum publicum, quam ex neceſſariis Iuris fundamentis.

17 Secundo reſpondetur, quod † non ſequitur, *Bona ſunt indiuiſibilia, Ducatus & Comitatus ſunt indiuiſibiles; Ergo debent ad vnum & ad maiorem peruenire.* Poſſunt enim plures pto indiuiſo poſſidere, poſſunt etiam commoditates diuidi, poſſunt etiam vni, non maiori, adiudicari, data æſtimatione alteri, & alias plures Inſtantias contra dictam conſequentiam dant Xuarez, Socin. Curt. & alii, *vbi ſupra*, Igitur tex. *in d. §. præterea,* non probat id, quod allegatur.

18 Pro contraria vero parte plura † faciunt, quæ licet neceſſario non concludant, ſaltem tamen mouent, & perſuadent in contrariam opinionem: imo, quod inducatur Maioratus & Fideicommiſſum perpetuum, ex dicto onere, ex ſequentibus.

19 Primo, quod † Fideicommiſſum & Maioratus inducuntur ex coniecturis, *vt in l. cum proponebatur, ff. de Legat. 2. & in l. vnum ex familia, §. fi.* & ibi Bart *ff. de Leg. 2.* & in Maioratibus ex ſola dictione, *Maioratus*, ſine aliis vocationibus, notat late Couarr. *lib. 3. variarum quæſt. c. 5. per totum,* Burg. de Paz. *conſ 9. num. 3. & conſ. 44. num. 10.* Velazquez, *in dict. l. 41. gloſſ. 3. nu. 12.* vbi recẽſet plures cõiecturas, ex quibus Maioratus inducitur. Anton Gomez. *in dict. l. 40. Taur. a num. 64.* Matienz. *in l. 1. gloſ. 7. tit. 7. lib. 5. Recomp.* Molin. qui ex profeſſo plures coniecturas recenſet, *in d. lib. 1. cap. 3. per totum, & c. 5. per totum,* Et in Fideicõmiſſis notat Botta, & alii, *vbi ſupra.* Mantica, *in tract. de coniecturis Vltimar. volunt. libr. 6. tit. 15.* Aluara. *in eod. tract. lib. 2. c. 1. §. 1.* Maſcard. *de probat. p. 2. concl. 775.* Rol. a Valle. *conſ. 30. & 23. n. 27. & nu. 4. & 5. lib. 4.* Craſſus, *in tract. Sentent. §. Fideicommiſſum, q. 19. & 14. & 5. & 4. deciſio. Pedemon. 50.* Magonius. *deciſione Lucana 33. num. 7.* Gozadinus, *conſilio, 102. & 30.* Cephalus, *conſ. 269. libr. 2.* Corneus, *conſil. 231. n. 8. lib. 4. & 146. lib. 2.* Alexan. *vbi ſup.* Decius, *conſ. 465. per totũ,* Portius, *conſ. 43.* Soc. Iun. *conſ. 13. & 14. & 61. lib. 4.* Menochius, *conſil. 95. lib. 1.* qui omnes plures coniecturas recẽſent, ex quibus inducitur Fideicõmiſſum perpetuum. De quibus infra agemus.

At vero in † præſenti quæſtione ex natura Rei, quæ eſt indiuiſibilis, & ex natura Oneris perpetui, & frequẽti vſu teſtantium, qui ad hæc Anniuerſaria vocant maiores, & prætendunt conſetuationẽ memoriæ, colligitur euidens coniectura Maioratus, & Fideicommiſſi perpetui, vt notant omnes, *vbi ſup.* & de cõiectura ex natura Rei, facit gl. *in l. quoties ab omnibus, gl. 1.* & ibi Bal. *C. de Fideicõmiſ.* quæ eſt communis, vt per Decium Molin. Peral. & alios allegatos a Burgos de Paz. Iuniore, *in d. q. 2. num. 90. & 98.* Ergo ex eis inducitur Maioratus. 21

Secundo facit; quia † ea, quæ ſunt indiuidua, non poſſunt ad plures peruenire, & debẽt venire ad vnum, & iſte vnus debet eſſe Maior, ob reuerentiam ætatis, & ita in fauorem primogeniti plura ſtatuta ſunt Priuilegia, *in ſacris literis,* plura etiã habent ex conſuetudine Prouinciarum. Et Inſtrumenta communia debent eſſe apud Maiorem, *vt in leg. fin. ff. de fid. Inſtrument.* & Claues, & arma, & inſignia domus, vt per Boer. *in tractat. de Cuſtodia clauium num. 62.* & ex conſuetudine Francię, Domus principales adiudicantur Maiori, vt late per Tiraquell. *in dict. tract. de primogen. Hiſpan. in præfatione a n. 126. & 127. & 137. & 138. cum ſequentibus,* & in terminis iuris Hiſpani id affirmat Albarad. *in dict. tract. lib. 2. cap. 3. & 4. num. 29.* & dicit ſic iudicatum, & plura Primogenitorum Priuilegia recenſet Guillielmus a Monteferrat. *in t. de ſucceſ. Regni, a num. 20.* At vero Anniuerſaria, & bona eorũ Indiuidua ſunt, & vni debent competere. Igitur debet eſſe Maior, ob prærogatiuam ætatis. 22

Confirmatur: quia † intereſt Reipub- 23
licæ

liciæ & familiarum, & animarum Saluti, vt hæ memoriæ conſeruentur, intereſt etiam, vt ſit memoria eas fundantium, & per eas cognoſcantur: intereſt etiam familiis ipſis Fundatorum, vt non pereant; ſed in eis conſeruentur; at vero hoc æque commode fieri non poteſt, niſi bona eorum perpetuo vnita, & in familia remaneant; & vnus ſit eorum Succeſſor, ne inducatur confuſio, & diminuantur aut alienentur, & ſic pereant. Si ergo ex rationibus ad vnũ debeãt deuenire, debet eſſe maior, & Primogenitus, ob certiorem, & meliorem conſeruationem, & tollendas Diſcordias. Igitur habemus intentum; & ita in bonis vnitis, licet non ita declaret, tenet Xuarez, *in dict. leg. quoniam in prioribus, ampliatione 10. num. 26.* allegat Angel. Aretin. & alios in additione allegat Alex. *conſi. 4. li.*
24 *4.* Qui † etiam aliis coniecturis mouentur, & idem videtur dicere Meneſſ. *in l. cum quidam, n. 2. ff. de Legat. 2.* allegat legẽ *communi diuidundo, ff. communi diuidundo,* qui loquitur in Prædio cenſuali, aut Emphyteotico, & ad propoſitum in Rubri. *de Fideicommiſſ. nu. 8.* dicit, quod Anniuerſaria aſſimilantur Maioratibus, & ſecundum eorum regulas debent iudicari; & Rodericum Xuarez, ſequitur Albara. *in dict. tract. cap. 3. §. 3. num. 11.* vbi cum Iſernia, *in dict. §. præterea Ducatus,* dicit, quod ſi aliquis emat aliquod Feudum, vel Anniuerſarium extraneum; quia indiuiſibile ad maiorem debet peruenire, de quo dubito, imo & falſum exiſtimo; quia nullo iure probatur, & ſufficit, quod ad vnum poſſit peruenire, etiamſi maior non ſit, vel ex ſortibus, vel ex adiudicatione data recompenſa, vel alias.
25 Et † Xuarez etiam ſequitur Modernus quidam Salazar, *in tract. de vſu & conſuetudine, cap. 12. num. 13.* & ſequuntur Gamma, & Baeza, *vbi ſupra,* refert etiam & ſequitur Molin. *in d. tract. de primogen. Hiſpan. lib. 1. ca. 11. num. 9.* ſentit Celſus, *vbi ſupra;* & in Emphyteoſi, cum Xuarez & aliis ſentit Cald. *in tract. de Nominatione Emphyteotica, quæſt. 24. num. 47.* & in Feudo Iuriſdictionis, quod non debeat diuidi, ſed maiori reſeruari: quia indiuiſibile: & quia conuenit Regi, per vnum Cephal. *conſil. 152. num. 64. lib. 2.* quod in puncto iuris verum non exiſtimo; quia contradicit his, quæ de Feudis inferioribus notant ſupra citati, & Crauetta. *conſil. 135. lib. 1.* niſi in dignitatibus, vt dictum eſt, & notat Peguera, *in tract. de Feud. verſic. 6. a num. 70.* Et hanc etiam Xuarez reſolutionem ſequitur; idem Caldaſ. allegando Curtium & alios, *in dict. tractatu, quæſtione 13. num. 35.*

Ex quibus † omnibus iam vides, quomodo hæc ſecunda pars fulciatur rationibus, & plurimis auctoribus, quæ certe magis perſuadent, ob bonum publicũ, quam concludant; nam negare nõ poſſumus, eas parum concludentes eſſe, & ad eas omnes reſponderi poteſt, quod nullum Ius, nec Lex inuenitur, quæ dicat, quod bona indiuiſibilia perueniant ad maiorem, cum poſſint eſſe indiuiſibilia, & ad aliũ, & alios peruenire, & quod Onus iniunctum non ſit ſufficiens coniectura, ad Maioratum inducendum, conſtat; cum abſque Maioratu poſſit conſeruari, etſi plures, ex auctoribus citatis, alias coniecturas adduxerint, in fauorem maioris. Sed eam † ſectando, ad rationes contrariæ partis poteſt reſponderi: 26 27

Ad primam iam reſpõſum eſt, quod iura citata non probant illam partem.

Ad ſecundã, quod † cõiectura Oneris, iunctis his, quæ dicta ſunt in eius corroborationem, eſt ſufficiens ad præſumendam teſtantis voluntatem, in fauorem maioratus: qui interrogatus veriſimiliter, ſic reſponderet, & vna violenta coniectura ſufficit, *ex d. l. cum proponebatur in fine,* & ibi Bartol. 28

Ad conſilium † Oldradi reſpõdetur; quod exiſtentibus coniecturis concludentibus veriſimilem mentem teſtantis, plures alii tenuerunt contra eum, vt conſtat ex pro eo citatis, & infra magis patebit: at vero ex ſupradictis, Onus, cũ aliis adductis in eius corroborationem, ſufficientem coniecturam voluntatis Teſtatoris inducit, ad excludendum famoſum Oldradi conſilium. 29

Ad vltimam rationem † de Feudis reſpon- 30

reſpondetur; quod eſt ſpeciale in Feudis: vel procedit ex tenore Inueſtiturarum, quæ fiunt ex pacto, & Prouidentia, & ſecundum vſus Feudorum.

31 Ecce Lector optime, quam † anceps quæſtio ſit, & ſi verum amamus, hæc ſecunda opinio in puncto Iuris omnino falſa eſt, ſed quia ſecundum horum Regnorum conſuetudines, & Teſtatorum præſumptas voluntates, ob earum, & Reipublicæ vtilitatem, & memoriarum conſeruationem, in plutibus caſibus praxis eam amplectitur, ſed ne aliquid ſcitu dignum, & irreſolutum remaneat, pro eius perfecta declaratione, nota concluſiones ſequentes, quæ noſtram quæſtionem, & totam materiam, de inducendo ex coniecturis Maioratu, elucidabunt.

32 Prima concluſio. Si † Teſtator cum ōnere Anniuerſarii, aut memoriæ perpetuæ, profeſſus eſt, ſe Maioratum velle facere, etiamſi nec Subſtitutiones nec Vocationes faciat, inducitur Maioratus perpetuus, inter omnes de familia, & regulari debet ſecundum regulas Maioratuum, vt Couarr. Molin. Burgos de Paz, & alii Hiſpani fatentur.

33 Secunda concluſio. Si † Teſtator apponat onus, & ad ſucceſſionem vocat filium, aut aliquem certum conſanguineum, vel aliū: & poſt eius mortem vocet conſanguineum Proximiorem, aliis vocationibus non factis: inducitur Maioratus perpetuus; quia ex vocatione maioris incerti, & non cogniti, & appoſitione oneris perpetui conſtat, quod non habuit affectionem; ad aliquam certam perſonam; ſed voluit memoriam perpetuare, & ſic obtinet ſententia Ancharan. *in d. conſ. 27.* quem Molin. *d. c. 5.* ſequitur, & alii infiniti, & eam defendit Mantica, *vbi ſupra*, cum Tyberio Deciano ab eo relato.

34 Tertia concluſio. Si Teſtator aliquas Subſtitutiones † faciat, & poſt eas vocet conſanguineum Proximiorem, ſub conditione: *Si ſine Liberis Subſtitutus, aut vocatus decedat*, etiamſi conditio deficiat, nihilominus ex appoſitione Oneris, & vocatione Proximioris, habetur in aliis pro repetita, & efficitur Maioratus perpetuus, & in hoc caſu verior eſt opinio Ancharani, quam Oldrad. vt Gamma, *vbi ſupra*, fatetur, licet contrarium Aluarus Velazquez, *vbi ſupra*, conſuluerit, & contra Oldrad. tenuit Molin. *dicto capite quinto*, & conſuluerunt plures citati, ab Antonio Theſauro, *vbi ſupra*.

35 Quarta concluſio. Si † Teſtator plures vocationes faciat, præferendo maſculos fœminis, ex eo, & ex Oneris appoſitione, & etiam ſine ea, inducitur Maioratus perpetuus, vt Botta. Socin. Molin. & alii ex citatis fatentur.

36 Quinta concluſio. Si † Teſtator cum Onere apponat prohibitionem alienationis; quia vult bona in familia conſeruari, etiamſi nō faciat alias vocationes, inducitur Maioratus perpetuus, vt Decius & Roland. à Valle, & alii infiniti, *vbi ſupra*, conſuluerunt.

37 Sexta concluſio. Si † ex verbis Teſtatoris conſtet, velle conſeruare familiam vel agnationem, ſiue ex vocationibus maſculorum & excluſionibus fœminarum, ſiue ex rationibus, ſiue ex aliis verbis, etiam enunciatiuis: inducitur Maioratus perpetuus, *ex ſupra dictis*, & notat Pelaez de Mier. *in tracta. Maioratu, part. 2. q. 5. per totum, & q. 12.* vbi tractat de doctrina Oldrad. Velazquez etiam, & alii Hiſpani, *vbi ſupra*.

38 Septima concluſio. Si † Teſtator dixit, quod bona vadat de maiore in maiorem, vel dixit; quod non diuidantur, & perueniant ad vnum ſucceſſorem, inducitur Maioratus, vt per Molin. Mātic. Velazquez, Corn. & alios, *vbi ſup.*

39 Octaua concluſio. Si † ex Onere, & ex his, quæ Teſtator dixit, ante & poſt teſtamentum, colligitur; quod voluit facere Maioratum, inducitur Maioratus perpetuus, vt per Molin. *vbi ſupr.*

40 Nona concluſio. Si † Teſtator appoſuit Onus Anniuerſarii, & iuſſit primo vocatum portare ſuum Nomen, & Arma, inducitur Maioratus, ita Guid. Pap. *q. 467.* quem ſequuntur Tiraquel. Benedictus, Molin. Velazquez, & Mantic. & plures ex ſupra citatis.

Q Deci-

41 Decima concluſio. Si † res grauata erat maiorum ſuorum, puta Domus principalis antiqua, aut *Solar* (quod vulgo dicimus) cum Vaſſallis non emptitiis, ſed à maioribus habitis: tũc ex qualitate & affectione rei, cum onere, etiamſi aliud non dicatur, inducitur coniectura Maioratus, vt talis res à familia non exeat, & hoc eſt, quod dictum eſt, *ex d. gloſ. in d. l. quoties, ab omnibus*, ex qualitate rei induci coniecturam Maioratus. Et licet res dubia ſit, in praxi ſeruatur hæc concluſio.

42 Vndecima concluſio. Si † Onus ſit magnum & honorificum, & res grauatæ bonæ quantitatis & æſtimationis, & Teſtator poſitus in dignitate, vel Nobilis, aut alias in ſuo ſtatu qualificatus, qui potuit prætendere conſeruationẽ memoriæ & agnationis, tum ob id, tum etiam ob honoris augmentum, conſeruationem, & qualitatẽ, inducitur Maioratus perpetuus, ita ex ſupra adductis colligitur.

43 Duodecima concluſio. Ex † appoſitione Oneris cum conſuetudine ſuccedendi per viam Maioratus, inducitur Maioratus perpetuus, vt per Iserniam, Aluarum & alios, *in dict. §. præterea Ducatus*, & per Curtium Iuniorem, *vbi ſupra*. Et licet iſti dicant conſuetudinem debere eſſe, vel quadragenariam vel immemorialem, quod conſonat, *l. 44. Tauri*, ex notatis per Molin. *libr. 2. de primogentis Hiſpanor. cap. 6.* tamen cum hæc conſuetudo non ſit principaliter inductiua Maioratus: ſed ſolũ declarat verba obſcura Teſtamenti, aut voluntatem Teſtatoris, ſufficiet eſſe decennalem, aut biennalem, ex his, quæ Moli. notat, *in d. c. 5. in fin. vbi ſupra.*

44 Decimatertia concluſio. Si † in Prouincia, Oppido, aut Patria, vbi Teſtator mortuus eſt, & bona onerata reliquit, ſint alia Anniuerſaria, & bona ſimilis conditionis, & in eis ſucceditur per viam Maioratus, non obſtante, quod in fundatione non dicatur, tunc inducitur ex onere Maioratus perpetuus: vt colligitur ex Molin. *vbi ſupra, in dicto cap. 11.* & ex his, quæ Feudiſtæ notarunt, & eleganter declarat Guido Pap. *conſilio 131.* & ex Celſo & Peguera, *vbi ſupra.*

Decimaquarta concluſio. Si † in illa Prouincia, Patria, aut Oppido ſit conſuetudo in totum contraria, quod bona ſimiliter onerata, abſque aliis vinculis & prohibitionibus libere vendantur & alienentur, cum ſuo onere, licet non diuidantur, quod iam ego vidi, tunc non erit inductus ex onere Maioratus perpetuus, ſed bona erunt libera, cum dicto onere; nam conſuetudo poteſt facere bona, alias vinculata, libera, vt per Burgos de Paz. *in d. q. 2. nu. 128.* Crauett. *conſ. 201. lib. 2. facit l. 4. tit. 33. par. 7.* & declarat Burgos de Paz. *conſ. 29. nu. 11.* Iaſ. *conſil. 128. lib. 1.* Et faciunt, quæ de diuidendis Dignitatibus Feudiſtæ, *vbi ſup.* dicunt, & Socin. & Curtius ſupra allegati. 45

Decima quinta concluſio. Si † nulla adſit vel probetur conſuetudo, & nulla ſit alia coniectura, niſi ſola impoſitio oneris, tunc veritatem fateri cogimur, ex ſola Oneris impoſitione non intelligi conſtitutum Maioratum, licet bona diuidi non poſſint, & ita procedunt, quæ Antonius de Gamma, Albar. Vaez, Ripa, Velazquez, ſupra exiſtimant, & omnino falſa ſunt, quæ per tranſennam Xuarez, & alii eius aſſeclæ exiſtimant. 46

Poterit tamen Epiſcopus † ex cauſa, ne memoria pereat, & bona conſeruẽtur viſitando efficere bona inalienabilia, & quod vadant ad maiorem; quia hoc pertinet ad meliorem executionẽ Legati Pii, cuius eſt Epiſcopus Executor, imo & poterũt Arbitri familiæ herciſcundæ vni, & maiori adiudicare, imo ad id cogi poſſunt à Iudice, ne memoria pereat. Et ita procedunt, quæ Albarad. & Iſernia, & alii, *vbi ſupra*, notãt, quod æquiſſimum, & certiſſimum iudico. 47

Finem faciam, † ſi dixero materiam hanc, (ſiue Onus ponatur, ſiue non) totam conſiſtere in recto arbitrio Iudicis, qui omnibus circumſtãtiis rite & recte probatis & penſatis, & quid expediat, & quid veriſimile ſit, & quod conſue- 48

tum

tum ſit, poteſt vel bona libera declarare, vel Maiorarui ſubiecta, & in dubio; ſi Onus perpetuum annexum non habeant, libera debet declarare, ſi vero habeant, in dubio vinculata, vt melius conſeruetur memoria, & familiæ, & agnationi prouideatur, & hæc omnia ad contractus Emphyteoticos, & Cenſus perpetuos, quæ indiuiſibilia ſunt, & vni debet competere, non quæ data eſt Nominatio Succeſſori, adduci poſſunt, prout & aliqua Caldaſ. *vbi ſupra*, adduxit, ad quod faciunt, quæ de Feudo Feudiſtæ, *vbi ſupra*, notarunt, & quæ notat Cephal. *conſilio 12. & 3. libr. 1. & 302. libr. 3.* & Riminaldus, *d. conſilio 18.* & Celſus, *vbi ſupra, & conſilio 93.* & Ioſephus Ludouicus, *deciſione Lucana 29.* & idem Celſus, *conſilio 26. numero 14.* Et ſic finitur hæc quæſtio.

QVÆSTIO XVIII.

VTrum ſciens delictum committendum, teneatur illud reuelare in Foro exteriori & interiori? & an non faciendo, poſſit puniri?

SVMMARIA.

2 *Sciens delictum committendum; an teneatur illud reuelare, & Iudici manifeſtare, ſecus faciens, an puniatur, & puniri poſſit, & ſi non manifeſtauerit? an puniatur eadem pœna, qua puniendus eſt principalis? eodem num. & an delictum attentatum puniatur, ac ſi eſſet conſummatum, & quando?*

3 *An hodie de cōmuni conſuetudine, donatus pœna arbitraria puniatur minori, quam delictum conſummatum? & ad hoc vide tex. elegantiſſimū, & ibi Scribentes,* in l. 2. ff. de parricid. *num....*

4 *Reprobatur opinio Marſilii, male intelligentis, text.* in d. l. 2. iam allegatā, *& vide intellectum* dict. l. vtrum, *num. 4. & quando conſcii criminis, eadem pœna puniantur, nu. 5. 6. 7. & nu. 8. & quid ſit indicare furem, aut indicare furtum: eodem num.*

9 *Qui hominem à pœna mortis liberare pōtuit, & non fecit, an eum occidere videatur? ad hoc vide tex.* in c. dilecto; de Sententia excommunicationis, in 6. *ibi*, ſi poteſt & neglexit, & c. ſicut dignū, §. illis etiam, extra de homicidio, & cap. quam te de Sententia excommunicat. *& multa iura ad hoc, nu. 9. & vſq; ad nu. 10. & an ſeruus teneatur reuelare delictum perpetrandum, cōtra Dominum, ſi ſciat, nu. 11.*

12 *Delictum reuelare; an quis teneatur propter atrocitatem Rei, & ipſum non reuelare, an ſit de ſe malum, num. 12. per totum.*

13 *Non tenetur quis alium defendere, nec delictum in alium committendum manifeſtare.*

14 *An aliquis iuſte ad defenſionem alicuius Pecuniam & Salarium recipere poſſit? & ſi accipit, an teneatur ad reſtitutionem.*

15 *Intellectus* ad l. metus, §. ſed licet, quod metus cauſa, *ad quam reſpondet Decius,* in d. l. culpa caret, & in cap. 1. de officio delegati, *num. 15.* per totum, *& de hac defenſionis materia, vide numer. 16. & 17. & in iſto num. 17. reſponſum vero, num. 18. & numer. 19. & 20.*

21 *Ratio ad hanc materiam Veroi,* in d. cap. 1. de offic. deleg. *à nu. 49. & an quis de Iure, & ſecundum leges alteri benefacere teneatur, vel non?*

22 *Intellectus* ad tex. in l. vt vim, de Iuſtitia & Iure, (*ibi; iure feciſſe exiſtimatur*) *& qui ob Tutelam ſui corporis facit, an teneatur ob Tutelam corporis alieni facere, nu. 23 & 24.*

25 *An aliquem defendere ſit de iure Ciuili vel Canonico, & an ius Canonicum in hoc conueniat cum Ciuili? vide Cagnol. & Dec.* in l. culpa caret, in fin. *n. 26.*

27 *An iure obligationis, quis teneatur ad manifeſtandum delictum alienum, & ei obuiandum? an vero ſecundum bonos mores? vide Couarr. & alios in hac materia, num. 27.*

28 *Quid de his concluſionibus antea relatis, tam in conſulendo, quam in iudicando obſeruandum ſit? nu.28.*

29 *An de iure naturali teneatur quis alterius delicto obuiare, & committẽdum manifeſtare, & aliũ defendere, ſi commode fieri poſſit, & ſine aliquo damno? num.29.*

30 *Et an aliqua ſit obligatio inuenta in iure Ciuili, contra non reuelantem, obuiantem, aut defendentem, vel aliqua data actio, vel officium Iudicis? Et vide interpretationem* ad l. culpa caret, *ibi, & an aliquis, quamuis naturaliter ad defenſionem alterius obligetur, ſi hoc nõ faciat, puniãtur lege Ciuili? ibi.*

31 In crimine leſæ Maieſtatis, & raptu virginum, & aliis ſimilibus: *ſcientes delictum committendum, ſi non obuiãt, nec manifeſtent, eiſdem pœnis puniuntur quibus delinquentes principales, ſecus vero in aliis criminibus. Et an hæc pœna ſecundum opinionem Bartoli, & Bald. ad inuicem contradicentium debeat eſſe arbitraria?*

33 *An ſciens delictum committendum teneatur manifeſtare, ſi probari non poſſit? & quid in hoc faciendum? nu.33. Et,* in crimine hæreſis, *hoc obſeruandum, licet contrarium Veroi. defendat*, vt in cap. 2. de hæret. *& ibi Doctores notant, nu.34. & an* in delicto hæreſis, & leſæ Maieſtatis, *liceat proprium parentem denuntiare? & idem* in crimine Symoniæ, *nu 35.*

36 *An iure Canonico inueniatur aliqua pœna in Foro exteriori impoſita, contra delictum alienum non reuelantes?*

37 *An prælati ex officio teneantur corrigere, inquirere, & delicta punire?*

39 Intellectus ad text. in cap. dilecto, de Sentent. excommun. libr. 6. *quem vide num.39.* Intellectus etiam ad textum in capit. quantæ, de Sententia excommun. *quem memoriæ manda, num.40. Et aduerte* ad intellectum ad text. in d. c. qui cum fure, *nu.41.*

42 *Non obuians delicto cum commode poſſit fieri, nec manifeſtans perpetrandum, ſecundum ius Canonicum & Ciuile, quodammodo contemnit leges naturales, & bonos mores, & facit contra* legẽ pietatis, humanitatis, & miſericordiæ, *& qui non reuelat, vecors & corde durus habetur, & non debet remanere impunitus, ne detur occaſio peccandi malis hominibus.*

Articulus & §. 2.

44 *Obuiare delicto, an quis teneatur in Foro conſcientiæ? late ibi. num. 45.46.47.48. 49.50.51.52. Et ibi, quando quis teneatur delictum ſecretum manifeſtare?* Et quid de crimine hæreſis? *Et quid ſi vergat in damnum Reipubl.? Et quid ſi vergat in damnum Tertii?*

53 *Accuſatus, an teneatur delictum manifeſtare? & ibi, an quis denuntiare teneatur de delicto ſecreto, & quid de publico, & quando teneatur reſpondere Monitoriis? nu. 54.55.56.57.58.59.*

QVÆSTIO hæc † diuiditur in duos articulos. Primus erit de his, quæ in Foro exteriori tenenda ſunt in materia huius quæſtionis. Secundus, quæ obſeruanda ſunt in Foro conſcientiæ. 1

Articulus primus.

Ad primum † articulum veniendo pro parte affirmatiua, ſcilicet, quod ſciens delictum committendum teneatur manifeſtare, & non faciens, poſſit puniri: Facit primo *text. in l. vtrum, ff. de Parricidiis*, ibi, (proinde conſcii etiam extranei eadem pœna afficiendi ſunt,) vbi conſcius delicti Parricidii perpetrandi, tenetur illud propalare, alias ſi non faciat, pœna Parricidii punitur, idem probat text. *in l. 2. ff. eodem titul.* ibi, (eius, qui cognouerat, tamen nec patri indicauerit,) vbi filius, qui ſcit Venenum patri dandum, tenetur illud manifeſtare patri, alias pœna extraordinaria Relegationis punitur. Igitur ſciens delictum perpetrandum, tenetur illud reuelare. Obiter ad illum textum aduerte, quod ideo filius non fuit punitus pœna ordinaria Parricidii, quia delictum fuit ſo- 2

luna

lum attentatum, & non cõſummatum,
& hic eſt verus intellectus illius textus,
licet Marſilius cum aliis ibi aliter intel-
ligat. Nota etiam aliud ſingulare, quod
colligitur ex illo tex. quod licet in atro-
cioribus, delictum attentatum punia-
tur, vt conſummatum, & eadem pœna:
hoc tamen intelligitur reſpectu princi-
palium delinquentium; non vero re-
ſpectu ſcientium delictum, & non ma-
nifeſtantium: ita ſingulariter probat
ille textus, ad quem non aduertunt
Hyppolit. nec alii ibi, nec etiam, qui
materiam de Conatu tractarunt, prout
fecit Felyn. *in tractat. de puniend. Conatu.*
Viuius, & qui communes ſcripſerunt,
*in libr. 9. commun. tit. 12. à num. 7. & numero
31.* Menochius, *in tractatu de arbitra. lib. 2.
cent. 4.* Canſtr. *conſil. 360. à num 42. & tract.
regularum, fol. 117. part. 1.* Iulius Clarus, *in
praxi, quaſt. 92. per totam.* Peguera, *deciſ. cri-
min. 70.* Et hi alios infinitos allegant ma-
teriam tractantes.

3 Ex † quo vero intellectu infertur,
quod cum hodie de communi conſue-
tudine, niſi circumſtantiæ, & qualita-
tes delictorum & delinquentium aliud
ſuadeant, Conatus puniatur pœna ar-
bitraria minori, quam delictum perfe-
ctum. Solum adhoc erit neceſſaria de-
ciſio illius textus, vt minor pœna detur,
quam alias pro illa ſcientia daretur,
ſi non eſſet condita illa lex; quia ſi in tẽ-
pore, quo Conatus puniebatur, illa lex;
remiſit pœnam ſcienti: de nihilo ho-
die ſeruiret, ſi etiam & pœnæ illius le-
gis non remitterentur; nam abſque il-
la idem hodie foret, & ideo attenta
dicta conſuetudine, debet remitti pœ-
na, alias debita, per argumentum di-
ctæ legis, & commutari in aliam mi-
norem.

4 Infertur etiam, † falſum eſſe ſumma-
rium Marſilii, *ad illam legem 5.* quod fra-
ter ſciens mortem paratam fratri, &
non reuelans, punitur pœna arbitraria,
deficitque pœna, *dict. l.* Id enim falſum
eſt: nam illa lex, non loquitur in morte
fratris, ſed ſolum de morte parata patri,
ab alio fratre, per Venenum, non tamen
Veneno dato, quod apparet, *ex §. final. l.
præcedentis*, qui continuatur cum *dict. l. 5.*
& ideo ibi fuit diminuta pœna: non
quia frater erat Venenandus: ſed quia
delictum fuit attentatum, & non con-
ſummatũ remanet. Igitur ex his, quod
ſciens delictum perpetrãdum tenetur
propalare, alias puniur, etiamſi deli-
ctũ non fuerit conſummatum, & ſic in-
tentum habemus.

Secundo facit tex. † *in l. vnica*, ibi, *Cæ- 5
teros autem omnes, qui conſcii & miniſtri,
&c. C. de raptu Viginum*, vbi conſcii de ra-
ptu virginum puniuntur eadem pœna,
qua principales. Ergo manifeſtare te-
nebantur, & non faciendo, puniti potẽ-
rant, & ſic pars affirmatiua vera.

Tertio, *in crimine* † *læſæ Maieſtatis* id 6
etiam probat text. *in l. quiſquis §. id quod,
ibi, De ſatellitibus conſciis ac miniſtris ſimili
ſeueritate cenſemus. Cod. ad legem Iul. Ma-
ieſtat.*

Quarto facit † text. *in l. 1. Cod. de falſa 7
Moneta*, ibi, *facti conſcios.* & ibi, *deli-
ctum prodiderit perpetrandum*, licet in præ-
ſenti textu facillime poſſit cauillari, &
reſponderi, quod in prima parte ibi,
facti conſcios, intelligatur de ſociis crimi-
nis, prout gloſſ. Bald. Salycet. & omnes,
ibi, intelligunt: in ſecunda, de Domi-
no, in cuius Fundo aut Domo fabrica-
tur falſa Moneta; quieſcendo & tacen-
do tacite videtur Domũ accommoda-
re ad delictum perpetrandum: & ideo
vt Receptator, & Auxiliator merito de-
bet puniri.

Quinto facit † text. qui loquitur in 8
delicto furti, *in cap. qui cum fure extra de
furtis*, ibi, *Non fur ſolum; ſed ille Reus tene-
tur, qui furti conſcius, quærente poſſeſſore non
indicat*, licet poſſet reſponderi, quod a-
liud eſt indicare furem, & ad hoc non
tenetur ſciens; aliud vero indicare fur-
tum, aut rem furatam, & ad hoc tenetur
ſciens, & de hac indicatione loquitur
ille text. nec aliam credendum eſt per-
miſiſſe æquos Iuris Pontificii Condito-
res. Sed quidquid ſit de reſponſione,
confirmat argumentum text. per locũ
ab ſpeciali; *& in capit. dilectus de exceſſibus
Prælator. & in cap. ſi ſacerdos, de officio Ordi-
narii, & in c. 1. de reſtitut. ſpoliat.*

9 Sexto facit text. † qui generaliter loquitur, *in cap. dilecti, de Sentent. excommun. libr. 6.* ibi, *Si poteſt & negligit, videtur iniuriantem fouere, & eſſe particeps eius culpæ, & in capit. ſicut dignum, §. illis etiam,* ibi, *qui potuit hominem liberare à pœna mortis, & non liberauit, cum occidit, extra de homicidio, & in capit. quanta de Sentent. excommunication. & in capit. error. 83. diſtinctione,* ibi, negligere quippe, cum poſſis perturbare peruerſos, nihil aliud eſt, quam fouere, nec caret ſcrupulo ſocietatis occultæ, qui manifeſto facinori deſinit obuiare, *& in capit. conſentire, & c. Si quis,* ibi, *non impugnauerit, & capit. nemo,* ibi, *crimina non corrigit, eadem diſtinction. capit. quapropter,* ibi, *deferre curauerit, cap. ſi quid.* ibi, *videritis admittere,* & ibi, *qui non repellit à ſocio iniuriam, ſi poteſt, & capit. qui poteſt,* ibi, *nihil aliud eſt, quam fauere iniquitatem eorum, 23. quaſtion. 5. & capit. negligere, 2. quaſtion. 7.* quæ omnia Iura probant, quod quis tenetur, ſi poteſt, obuiare delicto committendo, & defendere proximum, alias culpæ Reus erit. Igitur ſi ad obuiandum & proximi defenſam eſt delicti manifeſtatio neceſſaria, tenebitur eam facere, & non faciendo, vt Reus poterit puniri, quod indiuiduo plures text. ex allegatis probant. Et ſic probatur dicta pars.

10 Septimo facit † text. *in l. culpa caret, ff. de regul. iur.* ibi, culpa caret, qui ſcit & prohibere non poteſt. Igitur per argumentum à contrario ſenſu, quod eſt validum in Iure, vt in Locis vulgaribus, ſi prohibere poteſt, culpam contraxit, & in Reatu eſt; Igitur puniri debet.

11 Octauo facit † text. qui loquitur in ſeruo, reſpectu Domini, qui tenetur reuelare delictum perpetrandum contra Dominum, ſi ſciat, *in l. 1. §. eo.* ibi, *auxilium ferre poſſunt,* & ibi, *plorando,* & ibi, *proclamaſſet, & in §. occiſorum,* ibi, *ſi qui conſcii ſceleris fuerunt, ff. ad Syllanianam.* Igitur idem erit in aliis. Et ſic intentum aſſequuti ſumus.

12 Nec † obſtabit, ſi ad Iura ſuprà dicta, ſaltem ad aliqua eorum, reſpondeas, quod procedant in caſibus ſpecialibus & atrociſſimis, propter eorum atrocitatem; nam replicatur & reſpondetur, quod aut non reuelare delictum eſt per ſe malum, & tunc ſemper, & in omnibus caſibus erit malum, & ſic nullum erit ſpeciale, quod videntur inſinuare, text. Iuris Canonici, qui generaliter loquuntur, aut eſt malum; quia prohibitum, & non per ſe, & tunc repugnāt rationes dictorum Iurium, quæ admodū morales ſunt, & ex eis apparet ſuapte natura, non reuelare delictum eſſe malum & punibile; Igitur ſemper erit malum, hec dictæ leges Iuris Ciuilis, (ideo loquutæ ſunt, *in crimine leſæ Maieſtatis, parricidiis & falſa moneta & aliis, de conſciis,* quia de eis ſpecialiter volebant diſponere aduerſus Ius commune) ſed vt nulla occaſio dubitandi relinqueretur; an deberet puniri pœna principalium vel non, de quo maximum dubium eſſe poterat, & ad hāc etiam partem facit text. *in §. alia Inſtantia de public. iudic. & in c. Felicis, de pœnis in 6. & in l. fin.* vbi Salyc. Corneus, Paulus & omnes. *C. de his, quibus vt indignis.* Ex quibus hæc pars remanet defenſata.

Pro parte vero negatiua, imo † quod 13
quis non teneatur delicto obuiare, neque alium defendere, & per conſequēs, nec propalare delictum in alium committendum. Facit primo † text. elegās, 14
in l. metum, §. ſed licet, ff. quod metus cauſa. Vbi probatur, quod quis iuſte poteſt recipere pecuniam & Salarium, ob defenſionem alterius, verbi gratia, ob defendendum aliquem à Latronibus, vel à tumultu & ſeditione Popularium, at vero ſi teneretur eum defendere, & obuiare delicto ipſo iure Ciuili, Canonico, & Naturali, turpiter acciperet, & per conſequens, non poſſet accipere & teneretur reſtituere. Igitur ſi poteſt accipere, non tenebitur defendere, nec de delicto obuiare, & per conſequens, non tenebitur delictum propalare. Et ſic pro parte negatiua.

Sed hic † tex. non benefacit pro hac 15
parte negatiua; quia, vt bene reſpondet Decius, *in dict. l. culpa caret, & in d. cap. 1. de officio Delegā.* & Auguſt. Veroius, ibi,

num.48.cum ſequentibus, ille procedit in defenſione ſucceſſiua, ad quam; quia laborioſa & incommoda eſt, non tenetur quis de iure naturali, vt conſtat ex exemplis ibi, à IurisConſulto poſitis, ſcilicet, quidam vel volebat iter facere, vel aliud facere volebat, & timebat à Latronibus moleſtari, pactus eſt cum aliquo, vt eum defendat, eſt pactio iuſta; quia obligat illum ad defendendũ eum, à damnis ſucceſſu alicuius temporis occurrentibus, ꝙ amplius apparet; quia, qui eſt in inſtantaneo, & improuiſo periculo, vt in pluribus non aduertit ad ſimiles pactiones, nec temporis breuitates facere ſinit. Vnde debemus intelligere, quod ex propoſito, & ante damnum ſibi prouidit, & pactionem dictam fecit. Item † qui timebat inimicitias, aut factiones, vel ſeditiones, aut bella ciuilia Loci, quæſiuit Defenſorem, & pacto eum obligauit: iuſtũ eſt pactum; quia pactio illa erat laborioſa & ſucceſſiua. Igitur ex exemplis IurisConſulti bene penſatis cõſtat, quod eſt vera Decii reſponſio.

16 (in margin beside "dictam fecit. Item † qui timebat")

17 Secundo reſpondet idem † Veroius, quod, qui tenetur obuiare delicto, non tenetur ex contractu; quia turpiter acciperet pecuniam; *vt in l.fin.ff. de condictione ob turpem cauſam*, ſed tenetur ex obligatione legali, & nõ eſt inconueniens, quod quis recipiat mercedem, ob faciendum ea, ad quæ tenetur obligatione legali, & ibi ponit quædam exempla, quæ nullatenus concludunt obligatum obligatione legali poſſe aliquid accipere, ex vi pacti, ſed ſolum ex voluntate dantis, per viam Donationis remuneratoriæ, quæ hæc reſponſio admodum debilis eſt, & melior eſt reſponſio Decii, *vbi ſupra*.

18 Tertio reſpondet idem † Veroius, & non inſubtiliter, quod ibi IurisConſultus non determinat; an accipiens pecuniam, ob defenſam iuſte, vel non acciperet; quia non pertinebat ad titulum, *quod metus cauſa*, ſub quo illa lex eſt collocata: Sed an accipiens incideret in Edictum, *quod metus cauſa*, quaſi metum inferens ad effectum extorquendi, ob defenſam, vel procurans ab aliis inferri: & reſpondit, quod non; quia ipſe nec Latrones, nec Hoſtes, nec Populum ſubmiſit ad vim faciendam, ſed ſolum laboris ſui præmium accipit. Quæ reſponſio non mihi diſplicet.

Quarto reſpondet, quod † ille textus 19
loquitur in caſu, quo quis per ſemetipſum poterat ab hoſtibus liberari, ſed ob maiorem commoditatem conduxit Socium. Tunc enim; quia ille non tenebatur eum defendere, nec operam non neceſſariam præſtare, iuſte ſui laboris Salarium recipit, & apparet ex text. ibi; *quo magis*, ſed hæc reſponſio omnino diuinatoria eſt, nec verbum, *quo magis*, id inſinuat, ſed ſolum demonſtrat obligationem præciſam & intenſam; quam alius in ſe ſuſcepit, alium defendendi.

Quinto reſpondet, quod, † licet quis 20
alium teneatur defendere, & obuiare delicto, tamen non cum incommoditate & manifeſto periculo, vt Decius, Cagnolus, *in dicta l. culpa caret*, & Canoniſtæ in locis citatis dicunt; at vero in caſu illius tex. imminens periculum & incommoditas apparebant; quia ſe opponere volebat furori Multudinis, qui admodum periculoſus eſt, quæ reſponſio cum prima eo incidit, & non inelegans, nec falſa eſt. Ex quibus apparet, quod textus ille, qui pro capitali & expreſſo ab omnibus, qui hanc partem tuentur, adducitur, non bene probat eorum opinionem.

Secundo adducitur † text. *in l. 4. §. ſi* 21
tibi, ibi, *vt Fugitiuum meum indices, vel furem rerum mearum, ff. de condictione ob turp. cauſam*. Vbi manifeſte probatur, quod quis poteſt recipere pretium, ob propalandum delictum furis aut fugitiui, nec in recipiendo turpitudinem committit. Quare ab eo repeti non poteſt, *condictione ob turpem cauſam*, qui text. irrefragabilis videtur, pro hac negatiua opinione, nec illi à doctoribus vllum reſponſum accõmodatur, nec credo poſſe accommodari, quod omnino concludat: Igitur, &c.

Tertio facit † ratio, quam adducit 22

Auguſtinus Veroius, *in dicto capite primo, de officio Delegati, à num. 40.* ſcilicet, quod de Iure, & ſecundum Leges alteri quis nō tenetur benefacere; quia hoc eſt liberalitatis & gratitudinis, *argumen. tex. in l. ſed ſi lege, §. conſuluit. ff. de petitione heredit.* allegat gl. *in cap. ad reſtituendum, de officio ordina.* Sed manifeſtare delictum aut ei obuiare eſt alteri benefacere. Igitur ad id nullus tenetur. Sed hæc ratio omnino non concludit. Primo; qa obuiare delicto principaliter nō eſt alteri benefacere, ſed eum à malo liberare, ad quod quis tenetur, & in conſequentiam eſt benefacere, vnde nimirum eſt, ſi in conſequentiam præcepti includatur Beneficiū, & ſimus ad illud obligati; quia ſumus ad præceptum. Secundo; maior patitur æquiuocationem, & diſtinctionem, & peccat in fallacia figuræ dictionis: nam ſi verbum, *benefacere*, capitur pro bono opere neceſſario Saluti proximi, & ſine quo periclitatur, petimus principium, & hoc eſt, de quo quærimus & non probatur iure, quod hoc modo non teneatur quis alteri benefacere, ſi vero capitur pro bono opere voluntario, & ſupererogatione, quo caſu loquuntur allegata per Veroium. Vera eſt argumenti ratio, ſed non concludit; quia non militat in noſtra quæſtione.

23 Quarto facit† text. à Veroi. & Decio allegatus, *in l. vt vim, ff. de Iuſtitia & Iure*, vbi quis iure feciſſe exiſtimatur, quod fecit ob Tutelā ſui corporis: igitur quod fecit ob Tutelam corporis alieni, non fecit Iure, ex obligatione, per argumentum à contrario ſenſu, & in fine dicit: *quod hominem inſidiari homini eſt nefas & prohibitum*; Igitur hoc ſolum præcipitur & prohibetur facere, non tamen liberare à malo. Sed certe cum iudicio conſiderando, textus ille non facit pro hac parte: nam verbum *Iure* ibi non ſignificat idem, quod obligatio, ſed ſignificat idem, quod iuſtum & permiſſum eſt à Iure Gentium & naturali, prout eſt ſe defendere ab iniuria, non negat igitur Iuriſconſultus, quod ex eo, quod quis iuſte faciat, qui facit ad ſuam defenſam, iuſte etiam faciat ad defenſam alterius; nam hæc non ſunt contraria, nec contradictoria, ſed diuerſa, & ex diuerſis non fit illatio, *vt in lege Papinianus Exuli, ff. de minoribus.* Nec etiam infertur ex eo; quod lex illa in fine dixerit: *Nefas eſſe hominem homini inſidiari*, quod non ſit etiam malum, non defendere alium, vel non obuiare delicto; quia hæc etiam diuerſa admodum ſunt, nec illa lex complexa eſt omnia Moralia, & Iuris vtriuſque præcepta. Vnde ex ea nullum valet ſumi argumentum.

Vides igitur† ex his, quam anceps & dubia quæſtio ſit: modo ad hanc, modo ad aliam partem decurrens, prout ex Fundamentis apparet. 24

25 Et Doctores† omnes, qui de ea loquuntur, etiam inter ſe varii ſunt Bart. enim, *in d. l. vtrum de Parricidiis*, abſolute tenuit, non teneri quem alienum delictum etiam committendum propalare, & idem ipſe, *in dict. § eod. & §. occiſorum*, quem omnes ſequuntur, *in d. leg. fin. Cod. de his, quibus vt indignis*, & late defendit Decius, *in d. cap. 1. à num. 48.* poſt Felyn. *in d. c. quantæ, de Sentent. excommuni.* & non teneri obligare ſe, obuiare delicto, nec alium defendere. Tenuit ipſe Bart. *in dict. leg. vt vim, num. 8.* quem Iaſ. ibi, & omnes Legiſtæ ſequuntur, & tenuit prius gloſ. *in d. l. culpa caret*, quam inibi Maynerius, & alii ſequuntur, licet Decius & Cagnolus quodammodo contradicant, & has duas opiniones viſus eſt ſequi, & communes dicere, Plaza, *in Epitome delictorum. lib. 1. cap. 22. num. 21. & cap. 28. nu. 28.* ſequitur etiam Carrerius, *in praxi criminali, §. homicidium, verſic. circa ſecundum, nu. 26.* Sequitur & communem dicit Iul. Clarus, *in ſua praxi, quæſt. 87. num. 2. & 3.* qui idem dicit eſſe de iure Canonico, quod de iure Ciuili, & eaſdem opiniones in vtroque foro, Canonico & Ciuili communes dicit Franciſcus Viuius, *lib. 9. communium opin. tit. 1. num. 86.* & Ficard. & Bonacoſſa, ibi, *num. 81. & 82.* & Craſſ. etiam, *d. lib. 9. tit. 10. nu. 12.* Idem Viuius, *lib. 9. tit. 10. nu. 27.*

Canoniſtæ, in† *dict. capite, quantæ, & in di-* 26

in dicto capite qui cum fure, & plures ex Legiſtis, *in d.l. vt vim.* & Decius, & Cagnolus, *vbi ſupra*, & idem Decius, *in d.c.1. de officio Delegat.* tenent, quod de iure Ciuili, quis non tenetur alium defendere, nec obuiare delicto, nec manifeſtare: de iure vero Canonico ſic. Et hanc opinionem ſequitur Franciſcus Marcus, *deciſi. 771. & 772. & 773. in 2. part.* & eam magis amplectitur Carrerius, *vbi ſup.* Eandem opinionem ſequitur & communem dicit Menochius, *in tract. de arbitra. libr. 2. cent. 4. caſu 355.* ſequitur etiam *tractatus regularum, part. 2. fol. 121. colum. 1.* & Petrus Calefactor, *inter conſilia criminalia à Zileto collecta conſil. 107. libr. 1.* tenet etiam Antonius Gomez. *de delictis, cap. 2. num. 8.* tenent etiam Dynus, & Boer. *in Additione, in regula non eſt ſine culpa, de regul. iuris in 6.* & Mandoſ. *ad Roman. conſil. 117.* & Boet. *deciſ. 83. num. 6.* Capit. *deciſ. 130. num. 67.*

27 Cagnolus & † Decius, *in dict. l. culpa caret, in fine*, ſentiunt aliam & tertiam opinionem, quod ſi commode quis poſſit, teneatur delictum manifeſtare, aut ſaltem delicto obuiare, & alium defendere, nulla facta differentia inter ius Ciuile & Canonicum.

28 Couarruuias † & alii, *de quibus infra*, fuerunt in quarta opinione, ſcilicet, quod Iure obligationis nō tenetur quis ad manifeſtandum delictum alienum, nec obuiandum ei, ſed tamen ſecundum bonos mores eſt, & quodammodo tenetur facere, & ſi non faciat, poterit aliqua leui pœna puniri, vt alii admoneantur ad manifeſtandum delicta præparata in damnum Tertii, & nec nimia Deſidia, vel Dolus ſcientis remaneat impunitus.

29 His narratis † opinionibus merum negotiū erit veritatē declarare, & quid tenendum ſit in puncto Iuris, & in iudicando & conſulendo. Quare pro huius quæſtionis integra reſolutione, collige concluſiones ſequentes.

30 Prima concluſio. Iure † naturali quis tenetur delicto obuiare, & committendum manifeſtare, & alium defendere, ſi commode ſine ſuo periculo fieri poteſt. Nam & Iure naturali quis tenetur proximum diligere, & eius conſeruationem velle, alias locus inſidiis daretur, & ſocietas humana diſſolueretur, & hoc æquitas & ratio Naturalis dictat. Hæc concluſio abſque dubio vera eſt, ex iuribus Canonicis ſupra citatis; & quia Forum conſcientiæ conſequitur ad ipſum Ius naturale, & in Foro conſcientiæ quis tenetur ad ea, quæ in concluſione dicta ſunt, vt Veroius, *vbi ſupra*, fatetur, & ibi, Felynus, Decius, & omnes citati, Nauarrus *in Manuali latino, capite 24. à num. 25.* idem, *in capit. Sacerdos, de pœnitent. diſtinctione 6. num. 23.* idem Menochius, *vbi ſupra*, idem Viuius & alii Communiſtæ, *vbi ſupra*, & Gutierrez, *in quæſtionibus Canonicis, cap. 11. nu. 21.*

Secunda concluſio. Iure † Ciuili nul- 31
la eſt inuenta Ciuilis obligatio, nec data actio, aut officium Iudicis, contra non reuelantem, obuiantem, aut defendentem, & ita fatetur gloſſ. *in d.l. 4. §. ſi ob iudicium*, & conſtat ex text. ibi. & per conſequens, nullus illo Iure poteſt puniri pœna, non reuelans; quia nec etiam lex tale quid pro delicto ſtatuit, nec pœnā impoſuit. & ita procedit opinio Bart. & Legiſtarum. Nec obſtat tex. *in d. l. culpa caret*; quia text. ille ſolum à cōtrario ſenſu ſentit, quod eſt in culpa, qui non prohibet cum poteſt, & fateor, quod eſt in culpa; quia fecit contra æquitatem, & rationem naturalem, non tamē ob eam culpam debet puniri; quia nec lex Ciuilis id voluit, nec eum obligauit, quemadmodum Iure antiquo nō adimplens Pactum nudum erat in culpa; quia faciebat contra rationem vel legem Naturalem; ſed non ideo poterat cōpelli, nec puniri; quia lex Ciuilis eum non obligauit, nec dedit actionem contra eum.

Fallit tamen † hæc concluſio, *in crimi-* 32
ne Parricidii, Aſſaſſinatus, falſæ Monetæ, leſæ Maieſtatis, & Raptus virginum, & occiſionis, aut iniuriæ Cardinalium, & in Seruis & Famulis, & ſubditis, ſcientibus delictum committendum contra Dominos ſuos, & non reuelantibus, nec obuiantibus, iſti enim eadem pœna, qua principales, aut ſaltē arbitraria puniri debēt,

quia

quia iure Ciuili tenebantur obuiare & manifeſtare, & contra eos non facientes, eſt ſtatuta pœna in Iure. Et ita procedunt iura Ciuilia in contrarium citata & adducta, & ita fatentur Veroius, Decius & alii, *vbi ſupra*, Hyppolit. Marſil. *in dict. l. vtrum, & in l. 2. ff. de Parricidiis.* Ægydius Boſſius, *in ſua praxi criminali, titulo de crimine leſæ Maieſtatis, à num. 47.* & dicit communem Viuius, *libr. 4. commun. opinion. tit. 6. fol. 28.* & Gigas, *in tract. leſæ Maieſtat. quæſt. 8. cum ſequentibus*, Menoch. *vbi ſupra*, Oſaſcus, *deciſ. Pedemontan. 80.* Et licet iſti inter ſe maxime differant; an dicti conſcii debeant puniri pœna arbitraria, aut pœna ordinaria delicti, & allegant Bart. & Bald. ſibi inuicem contradicentes; Veritas tamen eſt, quod pœna erit Iudici arbitraria, qui penſatis circumſtantiis, grauitate delicti, & quid expediat bono Publico, vt Malitia, aut culpa minori & maiori non reuelantis, aut damno maiori & minori ſequuto, ex non reuelatione, aliquando pœnam ordinariam imponat, aliquando vero minorem, & etiam minori maiorem.

34 Intellige tamen † omnia ſupradicta, ſcilicet, quod tenetur manifeſtare ſciens, ſi poteſt probari, alias nō: ita fatentur ſupradicti, quod tamen ego intelligo [*cum Grano Salis*,] ſcilicet, quòd ſi non poſſit probare, ac proinde nō teneatur nec accuſare, nec denuntiare, nec publice teſtificari. Tenetur tamen in ſecreto dicere illi, qui poſſit prodeſſe, & non obeſſe, vt meliori modo, quo poſſit, delicto obuietur, vt dicemus, Deo volente, in ſecundo Articulo, alias arbitraria pœna veniret puniendus.

35 Nota etiam, quod † dicta in hac fallentia habebunt etiam locum, *in crimine hereſis*, licet contrarium voluerit Veroius, *vbi ſupra, vt in cap. 2. de heret.* & ibi notant doctores, *& in cap. quapropter. 2. q. 7.* notat late Rojas, *in tract. de heret. num. 82. & 83. & in ſingularibus de materia Fidei, ſingulari. 3. 4. & 5. lit. A. num. 14.* late Albertinus, *de aſſertionibus Catholi. quæſt. 33. num. 20.* & in hoc delicto & læſæ Maieſtatis etiam proprium parentem tenetur quis denuntiare & manifeſtare. Et ita affirmant omnes ſupradicti.

Et idem eſt *in † crimine Symoniæ*: vt cum 36 Angelo & Syluestro notat Guillielm. Rodoanus, *in tractat. de Symon. mental. p. 4. nu. 24. cap. 9.* Vbi allegat quandam Extrauagantem, quæ imponebat *Sententiam excommunicationis* non reuelantibus *crimen Symoniæ commiſſum*, quam dicit eſſe per non vſum abolitam, intelligo quoad dictam pœnam, non quoad obligationem reuelandi dictum crimen.

Tertia concluſio. Iure † etiam Canonico nulla inuenitur pœna in Foro exteriori poſita, nō reuelantibus delictum alienum, neq; Statuta aliqua obligatio reuelandi, quoad dictum forum, & ita procedit communis opinio, quæ non diſtinguit inter ius Canonicum & Ciuile. Et contraria eſt admodum ſuſpecta, nec Iure probatur. 37

Nec obſtant † iura Decretorum ſupra allegata; nam primo procedunt in Prælatis & aliis, qui ex Officio tenentur delicta corrigere, inquirere & punire, & non in aliis, & ita reſpondent Dominus de Turre-Cremata, & alii ibi, & ita aduertit Caccialup. *in tract. de Ludo, n. 55.* Nicolaus Moronus, *in tract. de Tregua & Pace. c. 141.* 38

Vel ſecundo † & melius reſponde, 39 quod dicta Decretorum iura, vt ſæpe facere ſolent, ſolū declarant id, quod bonum & æquum eſt, malumve prohibitū, & iure Diuino & Naturali, & oſtendunt rectam viuendi viam in ordine ad Deum, & Proximum, & ſic, vt in pluribus, magis congruunt Foro conſcientiæ, quam Foro iudiciali. Sunt enim dicta Sanctorum, qui de ſola veritate, & vi morū & Euangelica doctrina agebant.

Neque obſtat † etiam text. *in d. cap. dilecto*, nam etiam modo dicto procedit, & verba ſupra notata non ſunt principalis deciſionis illius tex. ſed vna ratio inter alias, ad coadiudicandam principalem deciſionem, quæ erat; an Prælatus offenſus à Iudice ſeculari poſſet ſe armis ſpiritualibus defendere? Et dicit quod ſic. 40

Nec

41 Nec etiam obſtat,† text. *in d. c. quantæ de Senten. excommunic.* Nam,vt Panormitanus & alii ibi notant, non procedit in ſimplici ſcientia: ſed in ſcientia doloſa illius, qui cum dolo & malitia vidit Clericum offendi, & non ſolum eum non iuuauit, cum commode poſſet. ſed ſibi delictum complacebat, forte; quia inimicus erat, nec deſinit iuuare ex impotentia aut timore, quantumuis Vana, vel ex incuria & negligentia, ſed ex ſolo Odio & malitia. Iſte enim nō ſolum conſcius; nec non obuians eſt,ſed,quodammodo particeps, complex & auxiliator,& de tali facinore ſuſpectus.

42 Nec etiam obſtat† text. *in d.c. qui cum fure*: nam non loquitur de iudicando fure,ſed furto.*vt ſupra dictum eſt*, & loquitur etiam,quoad Forum interius,prout plures ex ſupradictis ſatentur.

43 Quarta concluſio. In † vtroque foro Ciuili & Canonico, non obuians delicto;cum commode poteſt, nec manifeſtans perpetrandum;quia quodammodo contemnit leges Naturales & bonos mores, & agit contra legem *pietatis,humanitatis, & miſericordiæ*, ob eius vecordiam, aut duritiem cordis, ne aliquid contra rationem in Republica permittatur inultum, & ne detur Anſa malis hominib. ſecure procedendi,debet puniri aliqua pœna,ſaltem arbitraria leui; ita ſentit Ægidius Boſſius,*vbi ſupra*,& ita Menochius cum Couartu.& aliis, *vbi ſupra.*

Articulus & §. 2.

44 Prima concluſio. In † Foro conſcientiæ, quis tenetur obuiare delicto, & illud manifeſtare modis, de quibus infra. Et ita Iuriſtæ & Theologi omnes, quos infra allegabimus,fatentur.

45 Secunda concluſio. Delictum ſecretum† committendū ſciens,in damnum publicum,puta,cōiuratio aduerſus Regem, Principem, aut Dominum temporalem, & voco Secretū, etiamſi duo vel tres ſciant,nulla alia diligentia facta, tenetur Iudici,vt Iudici, manifeſtare, ſi poteſt probari: ita tenet in Foro conſcientiæ Dominicus Soto, *in tract. de ratione tegendi, aut detegendi ſecreti, quæſt. 4. concluſi. 2. & quæſtio. 5. concluſio. 1.* Nauar. *in c. inter verba. 11. quæſt. 3. concluſ. 6. Corollario. 58.* Corduba, *in quæſtionario, libr. 1. quæſt. 43. dubio. 2.* Petrus Nauarra,*in tract. de reſtit. part. 2. lib. 2. cap. 4. à nu. 176.* Angel. *in ſumma, verbo, Denunciatio*, Syluester,*in d. verbo, D. Thomas*: & ibi Cayera. *2.2. q. 33. art. 7. in corpore quæſtionis*, Gutierrez, *in d. q. 11.* Cantera, *q. 5. criminali, à num. 1. cum ſequentibus.*

Intellige† tamen id procedere,etiamſi delictum ſit ſibi propalatum,ſub Sigillo ſecreti, non tamen ſub Sigillo confeſſionis. Ita omnes, *vbi ſupra.* 46

Aduerte etiam; quia licet quis teneatur manifeſtare Iudici, vt Iudici, non tamen tenetur denuntiare, nec accuſare, vt Gutierrez dicit, niſi id conueniat bono Publico,& poſſit commode probare. Tunc enim tenetur denuntiare & accuſare, ex Corduba, *vbi ſupra*, Diuus Thomas *2.2. q. 68. art. 1.* 47

In *crimine* † *tamen hæreſis*,quis tenetur Iudici,vt Iudici,manifeſtare delictū Secretum, etiamſi probare nō poſſit, non tamen, vt Accuſator nec Denuntiator; ita Rojas, *vbi ſupra.* Licet contrarium voluerint Ioannes Andreas, & alii,ab eo allegati, & Corduba, & alii, *vbi ſupra.* 48

Tertia concluſio. Si † delictum probari non poſſit, non tenetur manifeſtare Iudici, vt Iudici, ſed ſecrete, & vt bono viro: ita quod poſſit prodeſſe,& non obeſſe,& curare de aliis remediis ſecretis, ad euitandum, quæ ceſſant, ſi delictum ceſſauit,& ſit vere emendatus delinquens: ita Cordub. Soto, Syluestr. & alii, *vbi ſupra.* 49

In *crimine* † *tamen hæreſis*, fallit hæc concluſio, *vt ſupra dictum eſt.* 50

Quarta concluſio. Delictum† ſecretum tendens in damnū alicuius priuatæ perſonæ, etiamſi poſſit probari, non tenetur quis manifeſtare Iudici,vt Iudici, ſed vt perſonæ, quæ poteſt prodeſſe, & non obeſſe,vel alia remedia quærere: & hoc,niſi Reus ſit emendatus, vel parti ſatisfactio ſit facta,& in ſecreto Iudici, vt priuato, tenetur quis manifeſtare, etiamſi 51

etiamſi ſibi delictum ſit ſub Sigillo ſecreti, non tamen ſub Sigillo confeſſionis, ita Corduba, Soto, Cantera, Nauar. & alii, *vbi ſupra*.

52 Quinta concluſio. Si† Delictum ſecretum tendens in damnum Tertii, ſi aliter nō poſſit obuiari, tenetur quis manifeſtare Iudici, vt Iudici, ſi poteſt probare: ſi vero non poteſt probare, tenetur manifeſtare ſecreto modo alii, qui poſſit prodeſſe, & non obeſſe. Ita Theologi omnes, *vbi ſupra*.

53 Sexta concluſio. Delictum† de quo quis eſt accuſatus aut denuntiatus, tenetur ſciens manifeſtare ad præceptum Superioris, etiamſi ſit ſecretum; ſi Prælatus iuſte procedat, ſcilicet, *cū infamia, & ſemiplena probatione*: ſi vero iniuſte procedat, abſque vlla informatione; aut alias ſit ſibi delictum manifeſtatum, ſub Sigillo ſecreti, aut reuelare & manifeſtare debens, eſt perſona Priuilegiata, quæ non tenetur contra alterum teſtificari, tunc non tenetur ad præceptum Superioris, delictum manifeſtare Iudici, vt Iudici; quia tūc adducitur, *vt teſtis*.

54 Aduerte tamen† ad duo; Primò, quod hoc non procedat *in crimine hæreſis*, vt Rojas, *vbi ſupra*, aduertit.

55 Secundò, quod† etſi iſte non teneatur manifeſtare Iudici, vt Iudici, tenetur tamen in ſecreto manifeſtare illi, qui poſſit prodeſſe, & non obeſſe. Et ita colligitur ex dictis Theologorum & Iuriſtarum, *vbi ſupra*, licet ipſi non ita declarent.

56 Septima concluſio. † Delictum ſecretum non tendens in damnum Tertii, nec in damnum publicum, ſed ſolum in damnū delinquentis, nō tenetur quis denūtiare Iudici, vt Iudici, nec vt priuato: ſed prius debet ꝓcedere via ſecretæ Monitionis & ordine Euangelico; *Si peccauerit in te Frater tuus, &c.* Et non ſolum non tenetur, imo nec poteſt, vt Theologi & Iuriſtæ omnes, *vbi ſupra*, fatentur, *& in tract. de Correctione fraterna*. Et de hoc non eſt dubitandum.

57 Octaua concluſio. † Delictum publicum poteſt quis denuntiare Iudici, vt Iudici, non tamen tenetur accuſare, vel denunciare, niſi id expreſſe bono publico, aut emendationi alterius cōueniat, ſi Iudex ſit negligens, & non inquirat, nec ſit aliquis, qui accuſet, nec velit aut debeat accuſare: ita colligitur ex Diuo Thoma, & aliis, *vbi ſupra*; licet ipſi non ita declarent; & ex Cardinal. de Turre-Cremata, *in ſumma. 84. diſt.*

Nona & vltima† concluſio. Monitoriis datis à Prælato, pro reuelatione Delictorum ſecretorū, debet quis obtemperare, obſeruando, in omnibus, & per omnia, Leges & Conditiones concluſionum præcedentium, & non aliter, neq; alio modo; alias male faceret, nec Prælatus tale vult præcipere, & ſi præciperet, ſuum præceptum errorem intolerabilem contineret. Ita Syluester, Gutierrez, cum Neuizano, & aliis ab eo allegatis, & ſentiunt Theologi ſupra citati. 58

Vnde increpandus† eſt quorundam tribunalium Eccleſiaſticorum abuſus, ſecundum quem, abſque diſtinctione, coram Scriba & Teſtibus reuelātur peccatores occulte, & eis maxima iniuria fit procedi deberet in forma dicta in omnibus concluſionibus præcedentibus. Et hæc pro explanatione quæſtionis ſufficiunt. Laus Deo. 59

QVÆSTIO XIX.

VTrum ſi aliquis faciat Maioratum, cum onere Anniuerſarii perpetui, & nominet ad eius ſucceſſionem aliquē ex filiis, & poſt eius mortem velit, quod ſuccedat Nepos, quē primus nominauerit, & ſic deinceps in futurum, & ſi primus filius ſine herede moriatur, ſubſtituat alium filium, & ab eo deſcendentes; ita vt vltimus Poſſeſſor ex filiis ſucceſſorē eligat: & ſi iſte ſine Liberis decedat, ſubſtituat conſanguineū Pro-

Proximiorem; ita, quod bona vadant ſemper de maiori in maiorem, cum dicto Onere, & per tractū temporis filius primo vocatus Liberos habuerit, & vnū ex eis nominauit, qui poſt eius mortem ſucceſſit, qui tandem ſine Liberis obiit, relictis fratribus, & ex fratre maiore defuncto filiis? an Subſtitutus ſuccedat in Maioratu, vel ſuccedat alius ex fratribus, & excludat Subſtitutum? & an inter ipſos fratres filius maior fratris maioris prædefuncti, repræſentet perſonam Patris præmortui, & excludat Subſtitutū, & patruos fratres vltimi Poſſeſſoris defuncti ſine Liberis.

SVMMARIA.

4 *Maioratum ex quibus coniecturis videatur quis facere.*

5 *Filii poſiti in conditione; an cenſeantur vocati? nu.6.& 9.*

7 *Verbum,* Sine herede, *intelligitur ſine filiis, num.8.*

10 *Filii vocati; an intelligantur ſubſtituti? nu. 11.12.13.14.15.16.17.& declarutur.* l. cum Auus, & l. Codicillis, nu.18. & 19.

20 *Clauſula* Regis Enrici, *quomodo intelligatur?*

21 *Ius ſubſtitutionis, quando tranſmittatur? nu.22.23.24.*

25 *Filii fratris, quando eius perſonam repræſentent, in Fideicommiſſis? nu.26.27. 28.29.30.31. Et declaratur* tex. in l. fin. C. de verbor. ſignif.

32 *Repræſentatio inducitur ex perpetuitate Maioratus.*

33 *Repræſentatio admittitur in Maioratu, in quo ſucceditur per viam Nominationis, ſi vltimus poſſeſſor non nominauit, numer 34.*

35 *Eligere; an quis poſſit, vnum vel plures ad Maioratum, quando abſolute Facultas conceditur? nu.36.37.38.39.40. vbi declaratur.* l. vnum ex familia & plura iura.

41 Intellectus ad §. ſi duos, *nu.42.43.44. 45.46.*

QVÆSTIO hæc† vtilis & 1
difficilis eſt, & quæ mihi
iam in praxi contigir, in
cauſa cuiuſdam Anniuerſarii: quæ diuidirur in tres partes.

Prima; an† Subſtiturus ſit in totum ex- 2
cluſus, ex eo; quia primus vocatus deceſſit cum liberis. Secunda, ſi caſu, quod non ſit excluſus, & quod conditio repetatur in perſonis deſcendentium à primo nominato, propter conſeruandam perpetuitatem Maioratus, ſi inrer fratres, filios, primi nominati inducatur Subſtitutio reciproca, ita quod ipſi intelligantur vocari, & nominati à Teſtatore ad ſucceſſionem Maioratus gradatim, & vno ſine Liberis decedente, ſubſtituatur alius ei, & in eius locum, & excludatur Subſtitutus, qui nunquam admittatur, niſi decedentibus ſine Filiis, omnibus deſcendentibus à dicto primo vocato. Tertia, ſi Frater maior defunctus, ante vltimum poſſeſſorem tranſmiſerit Ius ſubſtiturionis ad filios ſuos, & hi repræſentent fratē, & præferantur aliis fratribus patris, & quia *in dicta quæſt.* ſucceſſit de facto, quod dictus vocatus primus plures filios nominauit, omnes vnum poſt alium ad dictam ſucceſſionem admittunt. Adiicitur quarta pars; an id potuit facere, vel non?

Pro cuius quæſtionis† elucidarione; 3
quia difficilis eſt, & non ſunt plura argumenta, pro vtraque parte; gratia maiotis claritatis, procedam per concluſiones, & in qualibet earum diſſoluam arguměta fortiora, quæ contra eam adduci poterant. Ad primam partem veniendo.

§. 1. & *Articulus. 1.*

Sit prima concluſio. Ex† verbis, de 4
quibus in quæſtione conſtat clariſſime,

quod Teſtator voluit facere Maioratum perpetuum. Primo ex impoſitione oneris Anniuerſarii. Secundo, ex pluribus vocationibus. Tertio, ex eo; quia vocauit conſanguineum maiorẽ. Quarto; quia voluit, quod bona vadant de maiori in maiorem, & in hoc nõ eſt dubitandum, & conſtat ex his, quæ cum Molin. Gamma, Velazquez, & aliis diximus, *in quæſtione, 17. per totam.*

5 Secunda concluſio. Ex † eo, quod Teſtator voluit facere perpetuum Maioratum conſtar, tum; quod Filii poſiti in condirione intelligunrur vocati: tum etiam; quod omnes conditiones & ſubſtitutiones, quæ ſunt neceſſariæ ad dictam perpetuitatem, ne Maioratus deficiat, & bona efficiantur libera, intelliguntur repetitæ; ita Molin. late, *in tracta. de Hiſpanorum primogeniis, lib. 1. c. 6. per totum in principio*, maxime *& num. 16. & nu. 23.* Ex qua concluſione infertur, quod ne in præſenti caſu bona, de quib. agimus, remaneant libera, ex eo, quod primus vocatus, de quo agimus, deceſſit cum Liberis, ſecundum famoſum conſilium Oldradi *21.* debemus intelligere, quod filii aut heredes in conditione poſiti, intelligantur vocati & grauati teſtiruere Subſtituto ſub eadem conditione, *Si ſine Liberis*, & ſic bona nunquam efficiuntur libera, nec excludetur Subſtitutus, qui admitteretur, deficientibus vocatis, *Si ſine Liberis*, vt per Molin. *vbi ſupra. num. 16.* Et conſtat ex his, quæ diximus *in dicta quæſtione.* Et hæc, quoad primam partem, dixiſſe ſufficiat.

§. 2.

7 Prima concluſio. † Verbum, *Sine herede*, de quo in pręſenti quęſtione, intelligitur ex ſubiecta materia, id eſt, *ſine filio.* text. eſt expreſſus, & ibi gloſſ. *verbo, ſine herede, in l. ex facto. §. fin. ff. ad Trebel.* vbi Alexand. Bat. & alii notant Bart. Iaſ. & Doctores, *in l. Gallus. §. etiamſi parente, ff. de liber. & poſthum*, notat cũ pluribus Aluarus Velazquez, *in tract. de iure Emphyteoſis, quæſt. 44. à nu. 11.* Mantica, *in tract. de coniecturis vlti. volunt. lib. 8. ti. 14. per totum.*

Secunda concluſio. † Verbum, *Sine herede*, de quo in quæſtione, æquipollet verbo, *Sine Liberis*, & idem eſt dicendum ſecundum ſubiectam materiam, *Sine herede*, quod *Sine Liberis*, in his, quæ ad filios, & non ad extraneos debent peruenire, tex. expreſſus, qui ſic declarat, *in d. §. fin.* & ibi omnes, & confirmatur; quia in difinitum verbum, prout eſt illud, *Sine herede*, æquipollet vniuerſali, vt per Bart. *in l. ſi ædificium. ff. de ſeruitu. Vrbanor. præ. & in leg. ſecunda, ff. de liberis & poſthum.* notat Damaſ. *in tractat. de Brocar. num. 14.* 8

Tertia concluſio. Heredes, † aut Liberi in conditione poſiti, de qua in quęſtione, vt diximus in pręcedentibus cõcluſionibus, intelliguntur vocati à Teſtatore, & in eis militant omnes coniecturæ, ex quibus Auctores colligunt Filios in conſtitutione poſitos, eſſe vocatos, ſcilicet; quia Teſtator voluit facere Maioratum perpetuum, & impoſuit onus perpetuum, & fecit plures Gradus ſubſtitutionum, & vocauit conſanguineum Proximiorem, & voluit, quod bona irent de maiori in maiorem, & prędilexit ſemp Filios primi nominati, quemadmodum prædilexit eum, & poſt eos, prædilexit Subſtitutum, & filios eius, & in vltimo gradu, vocauit cõſanguineos Proximiores. Et hæc eſt communiſſima concluſio, & reſolutio in his Regnis vſitatiſſima, vt colliges ex his, quæ notat Molin. *in dict. libr. capit. 6. à principio & per totum*, latiſſime Burſat. *conſil. 1. lib. 1. per totum*, Michael Craſſus, *in ſuo lib. Sententiarum, §. Fideicommiſſum, quæſt. 13 & 14.* Menoch. *conſil. 85. libr. 1.* Ceph. *conſ. 419. lib 4.* late Achylles Perſonalis, *in tract. de adipiſcenda poſſeſſ. à num. 102. cum ſequentib.* Antonius Theſaurus: *in ſuis Nouis Pedemontanis deciſionibus, deciſion. 96. per totam*, Iulius Clarus, *lib. 4. Sententiarũ, §. Teſtatum, q. 77. per totam*, Meneſſ. *in l. cum acutiſſimi, nu. 47. C. de Fideicommiſſ.* Ioſeph. *de Ruſticis in integro tractatu, quando liberi in conditione poſiti, &c.* Et his alios infinitos Modernos, & Antiquos allegant, & omnes ponunt pro regula generali; *quod Filii in conditione poſiti non cenſentur vocati;* 9

ex

Digitized by Google

ex gloſſ. *in l. Lucius, ff. de heredibus inſtituendis.* Fallit tamen, niſi contrarium ex dictis coniecturis colligatur. In quo omnes conueniunt.

10 Quarta concluſio. Filii in † conditione poſiti, quia intelliguntur vocati in præſenti quæſtione, *vt dictum eſt*, intelliguntur inuicem ſibi ipſis ſubſtituti: ita quod decedente vno ſine Liberis, Maioratus debeat peruenire ad aliū, & excluditur Subſtitutus, & omnibus decedentibus *ſine Liberis* admittitur Subſtitutus; ita eleganter concludit Socinus Iunior, *in l. heredes mei, §. cum ita, num. 10. ff. ad Treb.* item tenet eius patruus Bartholomæus Socin. *conſ. 104. libr. 3.* Patiſ. *conſil. 7. num. 33. lib. 3. & conſil. 37. nu. 38. libr. 2.* Hieronymus Torniel. *inter conſilia Portii Imolenſis, conſil. 43. num. 28.* licet poſtea, *num. 38.* contrarium teneat, ſequitur etiam Tyberius Decianus, *inter eadem conſilia, conſil. 44. nu. 5.* Sequitur etiam Aymon Crauetta, *conſil. 130. num. 5. libr. 1.* tenet etiam idem Socin. Iunior, *conſil. 145. à num. 13. libr. 1.* & Socinus Patruus admodum ſubtiliter, *in conſil. 240. dub. 1. lib. 2.* Riminal. Iun. *conſil. 203. à num. 10. libr. 1.* tenet etiam Ripa, *in leg. 1. num. 10. Cod. de Pactis.* Et ne excludatur Filius, aut Nepos Teſtatoris ex coniectura vulgari, *C. cum Auus. ff. de condict. & demonſtrat.* eandem opinionem tenet idem Hieronymus Torniel. *in d. §. cum ita, num. 121.* Mantica *in dict. tract. lib. 2. titul. 3. num. 13.* Socinus Iunior, *in d. §. cum ita, num. 23. & conſil. 180. & 151. libr. 2.* & Bart. Socinus, *in dict. §. cum ita, num. 8.* Cephal. *conſil. 478. nu. 31. lib. 4.* Crauet. *conſil. 326. num. 3. libr. 2.* Oſaſcus, *deciſ. Pedemontan. 110. num. 17.* & Crauett. *in d. conſ. 130.* Socinus, *conſ. 94. à n. 8. libr. 4.*

11 Et non † ſolum, quando Subſtitutus eſt extraneus, aut tranſuerſalis, hæc opinio vera eſt; ſed etiamſi ſit Subſtitutus alius filius Teſtatoris, vt poſt Imol. Paul. Alexan. & Socin. *in d. §. cum ita.* ſequitur. Torniel ibi, *num. 151.* & ſentit Socin. *in d. l. cum Auus, nu. 9. in fin.*

12 Licet id ſolum † intelligat in legitima Filii grauati, non in bonis, quæ voluntarie Pater illi vltra legitimam reliquit: quamuis in hac declaratione contrarium tenuerit Bart. *in d. §. cum ita,* cuius opinio communis eſt ſecundum Torniel. *vbi ſupra, n. 122.* ſed in poſita quæſtione, abſq; dubio, ex coniectata mente Teſtatoris, verior eſt contraria opinio. Vt infra dicetur.

Fundatur hæc † cōcluſio & commu- 13
nis opinio, de qua ſupra in cōiectura a mente teſtantis, qui ex eo, quod Filios in conditione poſitos prætulit Subſtituto, & eos vocauit ex conſequenti, videtur ſubſtituiſſe inter ſe, ne Subſtitutus minus dilectus præferatur eis, cōtra voluntatem teſtantis; & quia ex eo, quod Teſtator prædilexit primo vocatū grauatum & nominatum, cenſetur etiam prædilexiſſe omnem eius Poſteritatem ex coniectura *legis cum Auus*, quæ etiam loquitur in Filio grauati, & in Filio ſubſtituto, & præfert deſcendentes à primo grauato ipſi Filio ſubſtituto.

Nec obſtat, vt Socinus † dicit, quod 14
illa lex intelligatur, quādo grauatus fuit inſtitutus in legitima ſibi à iure naturæ debita; nam id non conſtat in illo text. ſed quod ſimpliciter Nepos grauatus fuit cum patruo heres inſtitutus, & clarius patet, *ex d. l. cum acutiſſimi in quinta*; quia à Iuſtiniano condita fuit; apparet quod Filius, aut Nepos fuit etiam extra legitimam inſtitutus, alias grauari non poſſet, *ex l. quoniam in prioribus ab eodem Iuſtiniano condita, C. de Inofficioſo teſtamento, & leg. 2. titul. 4. part. 6. & cum dicta. l. cum Auus concord. l. 10. dict. tit. & par.* confirmatur amplius: quia coniectura pietatis, in qua Papinianus Fundamētum fecit, in omni caſu militat, ſiue in voluntatio, ſiue in neceſſario relicto; nam impium eſſet bona patri relicta, & quæ ab ipſo poſſeſſa ſunt, poſtea eius Filiis auferre, & ita per contrarium pium eſſet, eis relinquere. Quod credendum eſt Teſtatorem ſenſiſſe.

Atque amplius † id apparet in præ- 15
ſenti quæſtione, in qua Teſtator prædilexit primo vocatū, & poſt expreſſe prætulit Subſtituto omnes eius deſcendentes, per viam Nominationis. Vnde conſequentia videtur eos ſubſtituiſſe inter

R 2 ſe,

Digitized by Google

ſe, alias ipſi eſſent minus dilecti, & à bonis patris alienarentut.

16 Etſi conſideras deciſionem text. *in l. Codicillis, de vſufructu legato*, admittentis reciprocam ſubſtitutionem, inrer ſimplicirer vocatos ad Domus habitationem, excluſa Republica ſubſtituta, inuenies, quod id non ſolum fuit ex ratione vſus, vel vſusfructus, vt Bart. ibi exiſtimat, ſed ex voluntate teſtantis, qui ante in alio ſimili Legato eiſdem Legatariis facto, dicta Republica ſubſtiruta, eos inuicem ſubſtituerar, & prędilexerar, & ex eadem voluntate, inducta etiam fuit Reciproca ſubſtitutio inter Pupillos grauatos in caſu tex. *in l. pen. Cod. de impuberum, & aliis Subſtitutionibus*; vt patet ex tex. ibi cogitaſſe, & licet de verborum Rigore aliud videretut, nam filii Pupilli fuerunt heredes inſtituti, & ſi vterque deceſſerit, fuit alius inſtitutus, & videbatur quod vno decedente, deberet admitti Subſtitutus ad eius partem, excluſo frarre, ex natura verbi diſtributiui, tamen contrarium deciditImperator, ex voluntate teſtantis, in fauorem filii coniecturata.

17 Ex quibus hæc † concluſio vera videtur, licet contrarium tenuerit Ripa, *in l. Centurio, nu. 166. in fine. ff. de vulg. & pupilla. ſubſtitut. & in d. §. cum ita, num. 29.* & Ruyn. *conſil. 179. num. 1. libr. 2.* quem refert, & ſequirur Cephal. *conſil. 417. num. 92. lib. 4.* & Antonius Gabriel, *libr. 4. communium opinionum, tit. de Subſtitutio. q. 4. nu. 28.* Menoch. *conſ. 376. nu. 68. lib. 4.* Theſaurus, *deciſ. 248. num. 17.* quorum Fundamentum in ſubſtantia eſt, quod videtur inconueniens, tot ſpecialitates inducere, ſcilicet, *quod Filii intelligantur vocati, & conditiones repetita, & reciproca Subſtitutio inducta*, ſed cũ in teſtamẽtis primum locum obtineat voluntas defuncti, ſi de ea appatet, non eſt cutandum de dictis ſpecialiratibus.

18 Fateor tamen, quod † ſi Filii poſiti in conditione, non inrelligãtur vocati, ſed abinteſtato ſuccedant, quod inter eos non inducatur reciproca Subſtitutio, vt per ambos Socinos, *in d. §. cum ita.* Rolan. à Valle, *conſ. 34. n. 59. lib. 4.* Burſat. *conſ. 51. nu. 6. & 51. n. 2. lib. 1.* Ioan. Botta, *conſ. 97. nu. 9.* qui omnes infinita conſilia vtriuſq; Socini, & Pariſ. & aliorũ Modernorum & Antiquorum referunt, & idem faciunt Gabriel, Ceph. & Menoch. *vbi ſupra.*

Ex quibus omnibus † infertur ad dictam ſecundã partem, quod fratres vltimi Poſſeſſoris. *l.* ſaltem maior ex eis admittitur ad ſucceſſionem, dicti Maioratus, excluſo Subſtituto. 19

Nec obſtat, quod † contrarium fuerir deciſum in terminis bonorum à Rege Enrico II. donatorũ, ex clauſula eius Teſtamenti diſponentis, quod bona eſſent maioratus, & venirẽt ad filium primogenitum Donatarii, & eo ſine tali filio decedente, ad Regiam Coronam in cauſa Comiris de Onnate, & refert Molina. *d. tract. c. 6 nu. 21. lib. 1.* Nam licet ipſe Molina non refetat Fundamenta, credo, quod id potuit iuſte fieri, ex eo; quia voluntas Regis fuit, modificari Donationes, quas fecetat, & teſtringere ad ſolos Filios maiores poſſeſſorum, vt bona aliquando redirent ad Regiam Coronam, quorum Reditus pene eſſet impoſſibilis; ſi omnes filii & deſcẽdentes à primo Donatario eſſent vocati, & inuicem Subſtituti, & transuerſales ſuccederent contra Regis intentionem, eſſenrq. bona perpetuo abalienata, quod ipſe euitare voluit. Et de his hactenus. 20

§. 3.

Prima concluſio. Frater † maior tranſmiſit Ius dictæ reciprocæ Subſtitutionis, quantumuis condirionalis, ſcilicet; quia mortuus fuit in vita poſſeſſoris, nõ verificata conditione, *Si ſine Liberis*, ad eius Filios, & deſcendentes, ex natura Maioratus, quæ eſt, quod ſemper præferatur linea Primogenitorum, & filii maioris lineæ, filii aut fratris ſecundi, vt in Feudis notat tex. *in c. 1. de ſucceſſione Feudi & in Maioratibus Hiſpanorum*, Burgos de Paz *conſ. 29. per totũ*, Molina, *lib. 3. de Hiſpanorum primogenitis, c. 7. per totum*, & conſtat *ex l. 40. Tauri*, Couarru. *in practicis, cap. 38.* & cum Matienzo & aliis Velazquez, *in dict. leg. 40. in pluribus gloſsis ad illam legem*, tum etiam ex voluntate Teſtatoris, 21

qui,

qui, *vt dictum eſt*, quemadmodum dile-
xit primo vocatum, cẽſetur etiam dile-
xiſſe omnem eius Poſteritatem, ordine
ſucceſſiuo, & maiorem & eius filios ma-
gis, quam minoris, quod conſtat; quia
voluit facere Maioratum, & in dubio ſe
voluit conformare cum obſeruatis in
aliis Maiotatibus, *ex vſu Hiſpanorum*, vt
per Molinam, *in d. lib. 1. c. 5.*

22 Præterea Fideicommiſſum conditio-
nale tranſmittitur ad heredes, ex vo-
luntate teſtantis, vt probatur, *in l. 1. C. de
his, qui ante apertas tabulas*, & per Deci.
conſ. 628. num. 7. & 376. num. 6. Mieres, *in
dict. tracta. par. 2. cap. 1. num. 4.* & Manti-
cam, *de coniecturis Vltimar. volunt. lib. 2. tit.
20. nu. 15.* Albarado, *in eodem tractat. de con-
iecturis vltimarum voluntatum, lib. 3. c. 1. nu.
15.* Craſſ. *in d. tract. de Senten. §. Fideicom-
miſſ. q. 2. num. 7. & §. 68.* Et in filio maiore
norat Velazquez, *in d. l. 40. gloſſ. 5. à nu. 6. &
gloſſ. 6.* & idem Craſſ. *in q. 07.* norat etiam
Pariſ. *conſil. 66. num. 10. & 52. num. 18. lib. 3.*
Socin. Iunior. *conſil. 141. num. 20. libr. 2,*
Crauett. *conſil. 306. nu. 4. lib. 2.* Ceph. *conſil.
114. nu 12.* Achylles, *in d. tract. de adipiſcen-
da poſſeſſion. à num. 232.* Socin. Rip. Torn.
Zanch. & alii, *in d. §. cum ita*, quæ eſt ve-
ra & communis exceptio, & ab ea in iu-
dicando & conſulendo nõ eſt receden-
dum. Igitur idem erit in Maioratu &
Anniuerſariis, *ex ſupra dictis.*

23 In dubio tamen ſi de † contraria vo-
luntate non appareat Fideicommiſſum
conditionale, non tranſmittitur ex tex.
expreſſo, *in l. vnic. §. ſint autem ſub condi-
tione, C. de caducis tollendis, & ex l. in cauſa.
2. §. Pomponius, ff. de minorib. & ex d. §. cum
ita, & tenet gl. in d. l. vnica, C. de his qui ante
apertas tabulas*, cum qua eſt magis com-
munis opinio, vt per Rip. & alios, *in d. §.
cum ita*, & Torn. *n. 59.* Soc. Iun. *nu. 47. & 55.*
Roland à Valle, *conſ. 07. n. 16. lib. 4.* & cum
Socino, Gabriele, Pariſio, Antonio Go-
mezio & aliis, Craſſ. *in d. §. Fideicommiſ-
ſum, q. 67. à nu. 6.* eſt etiam tex. exptesſus,
in l. in perſonam. C. de Fideicom. vbi Meneſſ.
nu. 3. hanc dicit magis communem opi-
24 nionem, licet cõtrarium tenuerit † Ac-
curſ. *in d. l. in perſonam, & in l. is cui, ff. de
act. & oblig.* & ſequuntur Soci. & Cuma.
in d. §. cum ita, qui inducũt tex. *in d. l. vni.*
qui nõ loquitur de Fideicom. conditio-
nali, ſed puto, quod *ex l. Papia, de caducis
tollend.* non cedebat, nec tranſmitteba-
tur ante apertas tabulas, quæ ſolum ex-
cipiebat, quoad hereditates deſcẽden-
tes, vſque ad tertium gradum, lex vero
illa in fauorem Filiorum ſubſtulir impe-
dimentum à dicta lege Papia inductum,
non ſolũ quoad hereditares, ſed etiam
quoad Legata & Fideicõmiſſa, & non
ſolũ vſq; ad tertium Gradũ, ſed etiam ad
omnes deſcendentiũ, & non ſolũ quo-
ad ceſſionẽ diei & additionẽ, ſed etiam
quoad tranſmiſſionem in Legato, aut Fi-
deicommiſſo puro, non in conditiona-
li; nam repugnaret deciſioni tex. *in d. §.
ſin autẽ*, qui loquitur in Filiis, vt apparet
ex continuatione textuũ præcedentiũ.
Et ſubtiliter aduertit Socin. Iun. *in d. §.
cum ita*, alias rationes & obiectiones ad-
ducit Bartholomæus Soci. ſed eiſdẽ do-
ctiſſime, & ſubtilitet ſatisfacit dictus So-
cinus Iuniot, *vbi ſupra*, à quo non eſt ne-
ceſſariũ tranſcribere; quia nihil illi ad-
dendũ eſt. Secunda concluſio, Filii fra-
tris † repręſentant eius perſonã, etiam 25
ſecluſo iure Regio, & aliis cõiecturis vo-
luntatis, q; apparet; quia ideo fratres hic
admittũtur, & intelligũtur vocari. quia
Teſtator voluit bona in familia conſer-
uari, & de eis facere Maioratũ ꝑpetuum
& ꝑconſequens tacite vocauit familiã,
ſecundum ordinem iuris; at vero in Fi-
deicõmiſſis, quando familia vocati, Fi-
lius fratris ꝑtę mortui ꝑſonam patris re-
pręſentat, & admittitur ad ſucceſſionẽ
Fideicommiſſi, vt voluit gloſ. notabilis,
verbo † proximo in l. cum ita legatur. §. in Fi- 26
deicommiſ. de leg. 2. q̃ inibi ſequuntur Bart.
Paul. Angel. Cuma. & alii, Paul⁹ & Cor-
neus, *in l. fin. C. de verbor. ſignificat.* & eius
opinionem plurib. relatis, communem
dicit Molin. *lib. 3. de primogeniis Hiſpan. c. 7.
n. 2.* eã etiã cõmuniter apptobari eamq;
defendens dicit Hyppoli. Rim. Iun. *conſ.
167. lib. 1. ad cauſas vltimarum voluntatum,
diuerſorum à Ziletto collectorum*, & cum in-
finitis communẽ dicit, & ſequitur An-
ton. Gabr. *lib. 4. communium opinionum, tit.
de Fideicommiſ. concl. 3.* ſequitur etiam &

 com-

communem dicit Michael Craſſus, *in
tract. Sententiarum, §. Fideicommiſſum, q. 2.*
Cephal. *conſ. 478. nu. 38. lib. 4.* Roland. de
27 Valle, *conſ. 68. lib. 1.* Mantica, *in tract.* † *de
coniect. vltimar. volunt. lib. 8. tit. 9.* licet cō-
trarium tenuerit Bald. *in d. §. in Fideicom.*
cuius opinionem conſtantiſſime & a-
cerrime defendit Decius, qui dicit hic
iudicatum, *in conſil. 1. per totum*, quem in-
finiti Auctores ſequuntur, vt conſtat ex
Rolan. *conſil. 38. num. 33. lib. 4.* & ex Præſi-
de Anton. Theſauro, qui deciſ. opinio-
nem tenet, & ſecundum eam Senatus
iudicauit, *in deciſionibus Pedemontanis no-
uiſ.* & vide eundem, *deciſ. 248. deciſ. 65. n. 2.*
Et neruoſe, & cum multis Auctoribus
ex profeſſo Decium defendit, Aluarus
Velazquez, *in tract. de iure Emphyteotico q.
50. à nu. 30. cum ſequentibus.*
28 Sed certe in † puncto Iuris, & æquita-
te attenta verior eſt opinio gloſſæ, non
ſolum, quando Teſtator eſt aſcendens,
aut patruus, & amita, vel auunculus, quo
caſu plures qui Decium ſequūtur, con-
tra eū tenent, & ipſemet Decius, *in locis
à ſupra dictis allegatis*, ſed etiā quando pri-
mus Succeſſor eſt patruus aut aſcen-
dens; nā verior opinio eſt, quod in ſuc-
ceſſione Fideicommiſſi debet conſide-
rari proximitas reſpectu grauati, vt Rol.
lare defendit, *conſi. 110. lib. 1.* Molin. *d. lib. 3.
c. 9.* Et hæc aſſidue in praxi ſeruatur, niſi
conſtet de contraria teſtantis volunta-
te, & ita eam tenet & defendit Peguera,
de Feudis, verſic. 6. fol. 83 nu. 94. & plures in
eius fauorem refert & ſequitur Caldaſ.
Pereira Luſitanus, *in tract. de renouatione
Emphyteoſis, q. 9. à nu. 32. cum ſequentibus*, i-
dem facit prædictus Aluarus Velaz-
quez Luſitanus, *in d. tractatu de iure Em-
phyteotico, quæſtio. 50. à num. 33. cum ſequen-
tibus*, qui ſecundum eam dicit ſæpius iu-
dicatum, & de ea legē eſſe latā in ſuo Re-
gno, & Molina, *vbi ſupra*, teſtatur, & infi-
niti Moderni cōſulentes eam iā ſequun-
tur, quos breuitatis cauſa nō refero. Suf-
ficit, ꝙ in Tribunalibus iā eſt canoniza-
ta, licet plures Auctores, admodum gra-
ues, cōtra eā tenuerint, & in pūcto Iuris
communis in Fideicōmiſſis temporali-
bus verior eſt. Sed non eſt locus iſte
ad eā diſputandam. Et hactenus de ea.
Sed vt † redeamus vnde digreſſi ſu- 30
mus, indiſtincte contra Bald. & Deci. ve-
rior eſt noſtra concl. quia Teſtator nul-
lum Gradum proximorū, nec filiorum,
aut nepotum, vel aliorum conſangui-
neorū, ſpecifice vocauit, ſed ſolū fami-
liam, aut conſanguineos de parentela,
& ſic nullam maiorē affectionem oſten-
dit ad vnum, q̄ ad alium. Vnde neceſſa-
rio pſonas ſucceſſuras, & gradus & mo-
dū ſuccedēdi viſus eſt relinquere diſpo-
ſitioni iuris communis, cum quæſtio in
dubio cenſetur ſe conformare Teſtator,
vt ſupra dicti late fundāt, & aperte oſtē-
dit *d. l. fi.* at vero ſecundum Iuris diſpoſi-
tionē conſanguinei gradatim ſuccedūt,
& filius repræſentat patrem, quando a-
gitur de ſuccedendo patruo: Igitur ſic
erit in Fideicommiſſis, quando datur in
eis ꝑpetua ſucceſſio & non eſt præfixus
alius modus ſuccedēdi, cui rationi non
bene poteſt reſponderi, nec Bal. pro ſua
opinione, nec etiam Decius aliquā, quæ,
concludat, tradunt. Nam de maiori di-
lectione ſublata eſt opinio, *ex ſupradictis*,
& de fictione etiam tollitur; quia Teſta-
tor non ſpecifice notauit aut vocauit
Gradus, ſed ſub inuolucro verborū. Igi-
tur abſq; vlla fictione ſucceſſio intelli-
gitur, ſecundum Ius commune, & ꝙ in
Iure non ſit diſpoſita repræſentatio in
Fideicōmiſſis, ſed ſolū in ſucceſſionibus
ab inteſtato, etiā reſpondetur, *quod diſpo-
ſita in Iure, ſunt regulæ humanorū Actuum.*
Et Teſtatores ſe conformant cū diſpo-
ſitione Iuris, ſi aliud non diſponant, &
ſufficit ſimilitudo, aut proportio vnius
ad alterū, quādo aliud nō inuenitur ſpe-
cifice diſpoſitum, alias neſciretur, quo-
modo eſſet ſuccedendū in Fideicōmiſ-
ſo familiæ relicto, & quemadmodū ſuc-
ceditur gradatim, nō q̄a Teſtator diſpo-
ſuit, ſed quia ſic ſucceditur, ex diſpo-
ſitione legali, ita etiā obtinet repræſen-
tatio; quia ſic ſucceditur ab inteſtato. Ex
quibus omnibus apparet, quod noſtra
concluſio vera eſt.
Tertia concluſio. In † præſenti caſu; 32
quia Teſtator voluit perpetuum Maio-
ratum facere, & per conſequens ſemper
viſus

viſus eſt vocare Succeſſores, ordine Primogenituræ, nulli dubium eſt, quod in linea Primogeniti & maioris etiam in ſucceſſione tranſuerſalium detur perpetua repræſentatio, & ea finita in linea ſecundo geniti, & ſic de ſingulis ex textu, *in dict. capit. 1. de ſucceſſione Feudi, & ex l. 40. Tauri*, quæ hoc expreſſe diſponit, & eſt recompilata in noua legum collectione, *titulo, de los mayorazgos*, de qua late agit Molin. *dict. lib. 3. capit. 7. & 8. per totos*, Velazquez, *in dicta l. 40. gloſſ. 5. 6. & 7. 8. & 9.* & quaſi per totam legem, & hoc ex natura Actus. vt conſtat *ex dict. l.* & notat Roland. à Valle, *dict. conſil. 34. libr. 4.* Couarr. *in practicis, cap. 38. per totum*, imo ex natura Actus colligitur voluntas teſtantis, ex Molin. *in dict. cap. 6. lib. 1. per totum*, at vero ex teſtantis voluntate repræſentatio extenditur etiam vltra filios fratrum, ex Burſa. *conſil. 1. lib. 1.* Craſſ. *in dicto §. Fideicommiſſum, quæſtione ſecunda in fine*. Burgos de Paz. *conſilio 29. per totum.*

33 Quarta concluſio. Licet † in hoc Maioratu ſuccedatur per viam Electionis, & Nominationis, tamen; quia vltimus eius poſſeſſor non nominauit, nec potuit nominare, admittitur maior, vel filius maioris, ad quem ſecluſa nominatione pertineret, & tunc pro illa vice non ſucceditur per viam Electionis, ſed ordine conſtituto in Maioratibus, & ſic ordine Primogenituræ & repræſentationis, ita ſentit Gregorius Lopez. *in l. 2. tit. 15. partit. 2. ver. en Eſpanna.* & cum Guidone & aliis ſequitur idem Molina. *libr. 2. de Hiſpanorum primogeniis, cap. 4. num. 42.* Ex quibus omnibus ſequitur, quod in præſenti quæſtione filius maior filii, dico, fratris maioris prædefuncti, repræſentat patris perſonam, & admittitur ad ſucceſſionē dicti Maioratus aut Anniuerſarii, excluſis aliis Patruis, quantumuis proximioribus, & excluſo Subſtituto ſub conditione, *Sine Liberis.* Et hæc de tertia parte.

§. 4.

35 Ad quartam & vltimam † partem, deueniēdo, videtur, quod primus à Teſtatore vocatus cum clauſula, vt poſſet eligere Succeſſorem, potuerit eligere duos, vel tres, vnum poſt alium; quia hoc non repugnat naturæ Maioratus, ex ſequentibus.

Primo ex text. expreſſo, *in l. vnum ex familia, §. ſi duos, ff. de legat. 2.* vbi heres grauatus reſtituere vni ex familia Teſtatoris, poteſt duos eligere, & de Fideicommiſſo ad Maioratum valet argumentum; vt per Molina. *in dicto lib. 1. cap. 7. nu. 9.* Meneſſ. *in Rubr. C. de Fideicommiſſis, numer. 7. & 8.* Igitur ſic erit in præſenti Maioratu.

Secundo facit † doctrina Bart. *in d. §. ſi duos, & in §. ſed ſi Fundum illius legis vnum ex familia*, vbi conſtanter affirmat, quod Executor debet ex præcepto Teſtatoris eligere vnum inter Pauperes, ad aliquam rem, poteſt eligere duos ſucceſſiue, vnum poſt alium, & quemlibet pro vita ſua, & hanc doctrinam Bartol. ſequitur Xuarez, *in l. quoniam in prioribus, quæſtione 5. ad legem Regiam in principio, & columna ſequenti*, & ibi huius Additionator Valdeſ. *in Additione*, & ſequitur Acebed. *in l. 3. tit. 6. num. 15. lib. 5. Recompilat.* & cum Peralta, & aliis idem viſus eſt ſequi Albarado, *in tractatu de coniecturis vltimarum voluntatum, lib. 2. capit. 2. à nume. 31. & à num. 20.* Ex qua doctrina ipſi inferunt, quod Pater, qui poteſt meliorare vnum ex filiis in tertio & quinto bonorum, poteſt meliorare duos, & poteſt meliorare vnum pro vita ſua, & alterum poſt eius mortem, & vnum ad decennium, & alium in aliud decennium; quia quemadmodum poteſt Tertium & Quintum inter eos diuidere, ita & tempus. Nam valet argumentum de re ad tempus, quæ fuit ratio Bart. *vbi ſupra*; & allegant Seguram, & alios hanc opinionem tenentes, quæ in melioratione, quæ eſt electio voluntaria, & in qua deſcendētes grauari poſſunt, ex legis permiſſione, abſque dubio vera eſt, & tenēda in iudicando & conſulendo, & primam Bart. opinionem tenet etiam Segura, *in Repetitione dict. §. ſed ſi Fundum, à nume. 157. & 158.* Si igitur Executor, qui nudus miniſter eſt, & cui ſola electio

R 4 commiſſa

commiſſa eſt, poteſt nominare plures,
vnum poſt alium, ſic etiam poterit face-
re Succeſſor in Maioratum, cui electio
Succeſſoris commiſſa eſt.

His tamen non obſtantibus, contra-
rium † tenendum eſt in præſenti quæ-
38 ſtione, imo quod non potuerit eligere,
niſi vnum ex ſequentibus.

Primo; quia iſte Succeſſor, tanquam
Commiſſarius † & Mandatarius, non
39 poteſt excedere formam ſibi in teſta-
mento mandantis datam, *argumento l.
diligenter, ff. mandati*, late. Felynus, *de for-
ma in cap. cum dilecta, de Reſcriptis*, & infini-
tas allegationes vide apud Seguram &
Didacum Perez ibi, *in Additione in d. §.
ſed ſi fundum, à num. 9. cum ſequentibus*. At
vero Teſtator in ſuo teſtamento & fun-
datione Maioratus, ſolum permiſit pri-
mo nominato, vt ſibi non nominaret v-
num Succeſſorem, & de pluribus non
dixit: Igitur non poteſt excedere & no-
minare plures.

Secundo, Succeſſor † in Maioratu
40 non poteſt alterare primam fundatio-
nem aut Inueſtituram, nec diſponere a-
liquid in præiudicium vocatorum, ex
prima fundatione & Inueſtitura, *argu-
mento text. in cap. 1. de ſucceſſione Feudi, & in
l. finali, ff. de Pactis, & in l. quoties, Cod. de do-
nationibus, quæ ſub modo*, & ibi Salycetus,
& notat late Cephal. *conſil. 3. à num. 6. lib.
1.* Bald. *conſilio 327. colum. 4. lib. 1.* & alios
plures allegat Cephal. *vbi ſupra*, & An-
char. quem ipſe non allegat, *conſilio 339.
per totum*, & cum Cephal. Pariſ. Carrer.
& aliis, idem latiſſime fundat Ludoui-
cus Peguera, *in tractat. de Feudis in Repet.
cap. item ne ſuper laudem, verſic. 6. à num. 105.
cum ſequentibus*, & eleganter Pariſ. *conſilio
20. num. 5. lib. 3.* Auguſt. Vetoius, *conſil. 106.
num. 2. lib. 2.* & facit text. *in capit. 1. de alie-
natione patern. Feud. in vſibus Feudorum*, &
tex. *in d. §. ſi fundum*, & eſt elegans conſi-
lium Ancharan. *vbi ſupra*, qui in termi-
nis dicit, quod Succeſſor non poteſt fa-
cere nouas vocationes in præiudicium
vocatorum à Teſtatore, ſed in præſenti
cauſa Teſtator dedit licentiam cuili-
bet Succeſſori nominandi vnum ſibi
Succeſſorem; Igitur illud Ius non de-
bet ſibi aufferri ab Anteceſſore nomi-
nando pro tempore & vice Succeſſoris
& Succeſſorum, nec poteſt alias voca-
tiones facere, quam primus Teſtator
fecerit, & hanc opinionem tenendo,
quæ vera eſt.

Non obſtant † contraria. Nam ad 41
primum reſpondetur, quod non pro-
cedit in bonis Maioratus, in quibus v-
nus debet ſuccedere, non plures; quia
repugnat naturæ Maioratuum, vt fate-
tur Molin. *dict. cap. 4. num. 46. lib. 3.* Sarmi-
ento, *in d. §. ſi duos*, Pelaez de Mieres, *in
d. tract. de Maioratibus, 1. par. quæſt. 8. nu. 26.
& in Emphyteoſi*. Caldaſ. *in tract. de Nomi-
natione Emphyteotica, q. 10. à num. 31. cum ſe-
quentibus*.

Secundo reſpondetur, quod ille tex.
non † facit ad propoſitum; nam non lo- 42
quitur in Fideicommiſſo vni relicto; ſed
in Fideicommiſſo relicto familiæ, & v-
ni vel pluribus, ex familia ad electionẽ
heredis, vt conſtat *ex d. §. ſed ſi Fundum*,
non etiam loquitur, quando eligitur v-
nus poſt alium, ſed quando duo eligun-
tur ſimul.

Ad ſecundum reſpondetur, † quod 43
non loquitur in bonis vinculatis & in-
diuiſibilibus, ſed in bonis Liberis, & in
quibus commiſſa eſt diſtributio inter
pauperes. Vnde, quemadmodum heres
aut Executor poteſt diuidere quantita-
tem inter plures, ita poteſt diuidere tẽ-
pus. nam valet argumentum de quanti-
tate ad tempus, vt Barto. dicit, hic vero
loquimur de bonis vinculatis, & quæ ad
vnum debent peruenire, ſecundum or-
dinationem Teſtatoris, quamuis, ſi ve-
rum loqui, fas eſt. Ego † ſemper du- 44
bito, & dubitaui de illa Bartoli deci-
ſione; nam licet à principio Executor
bona poterit inter pauperes diuidere, ſi
non diuiſit & vni aut duobus res dedit
ſecundum voluntatem Teſtatoris, non
video; quare poſſet eos grauare onere
reſtitutionis, & contra Bart. eſt tex. *in d.
§. ſed ſi Fundum, & in §. ſi de Falcidia*, tum
etiam, Teſtator voluit Eleemoſynam
pauperibus facere, certe nõ eſſet com-
moda Eleemoſyna, ſi onus aliquod ha-
beret annexum, quod non poſſit forſi-
tan pau-

tan pauper electus adimplere, & ex Eleemoſyna damnum ſibi reſultaret, tũ etiam; quia Executor per electionem fecit, quod ſibi à Teſtarore iniunctũ eſt; at vero, quod grauet, non eſt illi iniunctum, & ſic excedit a forma a Teſtatore data. Nec obſtat argumentum de re ad tempus, nam procedit exiſtente eadem ratione, & non diuerſa, vt in præſenti caſu, ſcilicet, quando diſponẽs de re libera diſponebat, non de ea reſtitutione ſubiecta, nec etiam obſtat, quod grauamen eſt iniũctum in fauorem pauperis, etiam vocati, quod permittitur, quemadmodum permittitur in fauorem vnius ex familia, vocati a Teſtatore, ſub nomine collectiuo, ex Bart. Fulgoſ. & Imola. Bald. & aliis allegatis a Hieronym. de Portoles, *in tracta. de conſortio & fideicommiſſo legali c. 41. à nu. 21.* (& in fauorem alicuius agnati, quando pater in Feudo grauat filium) vt per eundem cum Menoch. Alex. Rolan. & aliis, *num. 22.* quia quoad primum exemplum reſpondetur, id procedere; quia heres habebat libertatem a Teſtatore eligendi vnum, aut quos vellet, dummodo res legata à familia non exiret. Vnde nimirum, ſi poſſet nominare vnum poſt alium; quia libere eligebat, quod etiam non eſt expeditum, nec ex illis Iuribus conſtat. In ſecundo exemplo id poteſt facere pater, in fauorẽ omnino ſucceſſuri, quod nihil eſt, nec aliquid facit, nec grauat, at vero in caſu Bart. licet electio eſſet libera, quoad modum, & rerum diuiſionem non tamen quoad grauamen: vnde non militat eadem ratio. Ex quibus omnibus concludo, in præſenti quæſtione non potuiſſe Teſtatorem nominare tres Succeſſores, prout nominauit, & quod ſolus primus eſt nominatus, vt Caldaſ. *vbi ſupra*; notat. Et ſic impono finem quæſtioni.

QVÆSTIO XX.

VTrum ſi res aliqua Patrimonialis vendatur, & in eius locum alia ſubrogetur, quæ poſt etiam vẽdatur res ſubrogata efficiatur Patrimonialis, & conſanguineus poſſit eam intra nouem dies retractare

SVMMARIA.

1 *Subrogatus an ſapiat naturam eius, in cuius locum ſubrogatur, & quomodo intelligatur? nu. 7. & nu. 10.*

4 *Res ſubrogata in locum patrimonialis, an ſit patrimonialis: n. 5. 6. 7. 8. & 9.*

VIDETVR † quod ſic, ex ſequentibus, primo; quia ſubrogatus ſapit naturam eius, 1 in cuius locum ſubrogatur, cum omnibus ſuis qualitatibus, *ex text. in l. ſi cum, §. qui iniuriarum, ff. ſi quis cautionibus, & ex leg. 5. donata res §. ſi ſponſus, ff. de donati. inter virum & vxorem, & ex l. ſi Pater. ff. de adimendis legatis, & ex l. Imperator. § fin. ff. de legat. 2. & l. 51. & rem & pretium, ff. de petit. hereditatis, & in l. 1. §. hac actio*, & ibi Bartolus, *ff. ſi quis teſtamento liber eſſe iuſſus fuerit, & l. res quæ ex dotali, & l. ita conſtante. ff. de iure dotium, & l. filiæ, §. Titia.* & ibi Socinus, *ff. de conditionibus & demonſtration. & l. ſi cum dotem, §. fina. ff. ſoluto matrimon. & l. vlt. §. & vt plenius, de rei vxoriæ actione*, & de ſubrogatione latiſſime agit Eueratdus, *in ſuis Topicis legalibus loco à ſubrogationibus, folio 650. in paruis*, & infinita etiam Gomezius, *in §. fuerat, à num. 7. inſtituta de actionibus*, Molina. *libr. 4. de Hiſpanorum primogeniis, cap. quarto, à numer. 24. cum ſequentibus.* Mieres, *in eodem tractatu prima part. quæſtion. 2. per totam.* Caldaſ. Pereyra, *in tractatu de renouatione Emphyteoſis, quæſtione 3. à nume. 13. cum ſequentibus*, Hieronymus de Portoles, *in tractatu de conſortio & Fideicommiſſo legali, capit. 6. à num. 20. & capite primo, à numer. trigeſimo.* Et iſti alios infinitos allegant, qui materiam tractant, omnes concludunt, quod ſubrogatus ſuccedit in locum eius primæuum & naturalem, in cuius locum ſubrogatur, & ex dictis Iuribus conſtat, quod res ſubrogata, in locum alterius iudicatur ſubrogata, vt ipſa res, in cuius locum ſubro-

ſubrogatur, & ſi erat prima Dotalis, ſecunda efficitur Dotalis, & ſi prima erat Fideicommiſſi aut Maioratus, ſecunda efficitur etiam, de Fideicommiſſo, aut Maioratu. Et ita probat Gregor. *in l. 40. titu.9.partit.6.* Acebed. *in l.6.nu.6.tit.7.lib. 5.Recompil.& facit l.2.tit.4.libr.3. Fori*, quæ probat, quod ſi vendarur aliqua res mariti aut vxoris, & ex pretio alia ematur, iſta ſecunda efficitur propria eius, cuius erat prima, quam ſic practicari dicit Montal.ibi, & Xuarez, *in titul. De las ganancias,lim.2.* Palac.Rub. *in Repet. Rub.de Donatione inter vir.& vxo.§.62.nu.4.* Matienzo, *in l 2.gl.2.num.4.tit.9.lib.5.Recompilat.* Igitur ſi res antiqua erat Patrimonialis res empta, & ſubrogat loco illius, erit etiam Patrimonialis. Et habebit locum retractus.

2 Aduerte tamen, quod † in ſubrogatione rei loco alterius, ad hoc, vt ſortiatur eius naturam, omnes ſupradicti requirũt, quod ſit expreſſe facta, vel quod conſtet ex aliis coniecturis, & ita notat gloſ. *in l.ſed ſi.l.§.1.ff.de petit.hered.& in d.l. Imperator,§.fi.& in d.l.ita conſtante*, & notant Caldaſ. Molin. & alii ſupra allegati, alias in particularibus, nec pretium ſuccedit loco rei, nec res loco pretii, nec vna res in locum alterius, ex Barto. *in d.l.ſi & rem & pretium*, & ex text. *in leg. venditor ex hereditate, ff.de hereditate & actione vendita,& ex l idemque, §. fina.ff.qui potiores in pignore habeantur, & ex l.quamuis,C.de pignoribus, & l. quidam, ff.de in rem verſo,& l.ſi ex ea,& l.ſi vt proponis, C. de rei vendica.& l.vlt. C.de ſeruo pignori dato,&c. & ex l.49.tit.5.par.5.* Et multis aliis iuribus à ſupradictis citatis, in vniuerſalibus vero pretium ſubrogatur loco rei, ex mẽte, intentione, & æquitate: non de natura verborum, *vt in d.l.ſi & rem & pretium*, & in Teſtamentis, quando ex aliquibus indiciis conſtat de teſtantis voluntate, habet locum, etiamſi res ſint particulares. Et ita procedunt Iura ſupra citata.

4 Secundo facit † auctoritas Lucæ de Penna, *in l.1. col.3. C.de imponenda lucratiuis deſcriptione, lib.10.* & Matthæi de Affl. *in cap.1.num.8.& 9. de Vaſallo decrepita ætatis in vſibus Feudorum*, & Iacobi de Ardizo, *in ſua ſumma Feudorum,parte 5. verbo, Nouum, §.1.* & Caſſan. *in conſuetudinibus Burgundiæ, tit.des droiƷt.§.2. verſ.& aquæſtum, à num.7.* itidem Boerii, *in conſuetudinibus Vituricenſibus, tit.des coſtumes concernentes, lex Mariages, gl.1.col.2.* Qui omnes vno ore affirmant, quod res ſiue Feudalis, aut Emphyteoticaria aut libera, empta de pecunia alterius rei Feudi, vel Emphyteoſis, vel Patrimonii antiqui, & in eius locum ſubrogata, vel etiam habita, ex permutatione rei antiquæ, iudicatur, vt Antiqua & Patrimonialis, & de trunco. Et in ea ſuccedunt omnes, qui in talibus Patrimoniis, aut Feudis antiquis debeant ſuccedere, & non, qui ſolum in bonis acquiſititiis ſuccedunt, fundantur ex ſupra adductis. Igitur ad propoſitum etiam res, de qua agimus, ſubrogata in locum Patrimonialis & antiquæ, erit Patrimonialis & Antiqua, & in ea locus erit retractui; Quemadmodum in vera patrimoniali.

5 Ex quibus † hanc opinionem in propriis terminis tenuit Maſuerius, *in ſua praxi, tit.de ſocietate,§.item nomina*, & Arnaldus Ferronus, *in conſuetudinibus Burdegalenſibus, titu.de Teſtamentis, § 6 num.6. & in tit.de retractu, §.23. col.1.* quos ſequitur Tiraquellus, *in tractat.de vtroq.retractu lib.1.§.32.gloſſa vltima, à num.2.cum ſequentibus*, qui in rebus permutatis affirmat per plures Galliæ conſuetudines, hanc opinionem eſſe approbatam. Et omnes allegant Bald. *conſil.112.libr.1.* qui magis generaliter loquitur, & bene faciunt, quæ Portoles, *in materia ſui conſortii inducti ex foro Aragoniæ, vbi ſupra*, quaſi in terminis adducit loco ſupra citato.

6 His tamen † non obſtantibus, quæ vere non obſtant, in materia noſtrarum legum Regiarum, ſi aliud conſuetudine inductum non ſit, contrarium verius exiſtimo, imo, quod retractui non ſit locus, ex ſequentibus.

7 Primo; quia † tunc res ſubrogata in locum alterius, ſortitur eius naturam, & qualitates, quando eſt eadem ratio in vna, quæ in alia, & quando concurrit potentia actiua, ex parte ſubrogantis, ita

cum

cum pluribus declarant Gomez. Molina, & Pelaez de Mietes, *vbi ſupr.* quia, vt Tiraquel. & aliiſupradicti fatentur, hæc ſubrogatio inducit, aut operatur perfectionem, ad fictionem vero inducendũ neceſſaria eſt potẽtia actiua, vt per Bartol. quem omnes ſequuntur, *in Repet. l. et ſi pro emptore a n. 13. ff. de vſucaptionib.* At vero in præſenti non eſt eadem ratio in vna, quæ in alia; nam retractus, vt conſtat ex dictis legibus Regiis, cauſatur; quia res retrahenda fuit Patris & Aui. Hæc ratio etſi militet in prima re, non tamẽ in ſubrogata in locum eius: Igitur non habet locum ſubrogatio, & ceſſat ratio retractus, *& ceſſante ratione legis, ceſſat ipſa lex.* vt late per Tiraquel. *in tract. at. de cauſa ceſſante*; tum etiam fictio contra veram Entitatem rei non poteſt induci ab aliqua potentia humana, niſi quoad Iuris effectus; quia, *facta infecta fieri nullo modo poſſunt, vt in l. in bello. §. factæ, de Captiuis.* Inducere vero fictionem; quoad Iuris effectus, eſt ſolius legis diſponentis; igitur id non poteſt facere homo, ex Bart. *vbi ſupra.* Ad propoſitum igitur facere Patrimoniale id, quod non erat, eſt impoſſibile humanæ potentiæ, facere vero, quod iuris effectus, eſt legis diſponentis, igitur non poterit facere homo, & ſic ſua ſubrogatio, quoad retractum, impertinens erit.

8 Secundo, quia verba† legum Regiarum ibi, *De patrimonio, ò abolengo,* debent intelligi propie, & non per fictionem, *ex l. 3. §. hæc verba, ff de negot. geſt.* Bart. *in d. l. ſi is, qui pro emptore, q. 3. princip.* Tiraqu. *in d. tract. §. 1. glo. 10. nu. 73.* Si igitur debent intelligi, proprie non habent locũ in caſu ficto, & ſic in re ſubrogata in locum Patrimonialis, & per conſequẽs, in re ſubrogata, non erit locus retractui. Cõcludo, q. nullatenus intelligere poſſum, quomodo res ſubrogata in locum illius, quæ erat Patris aut Aui, poſſit eſſe Patris & Aui, nec habẽre eoſdẽ effectus: ſi lex non inducat, alias quilibet poſſet facere leges, & defraudare iam factas, aliquid de nouo fingendo.

Et hanc opinionem † tenendo, non 9 obſtant cõtraria. Nam ad primum iam reſponſum manet ex ſupra adductis. Et ita, pcedunt leges in contrariũ allegatę.

Ad ſecundum reſpondetur, quod ſi doctores in contrariũ citati intelligunt, quod res ſubrogata in locum Antiquæ, efficitur de Antiquo Patrimonio, quoad cauſandum effectus, quos ob Antiquitatem, cauſabat prima res, loquuntur ſecundum conſuetudines priuatas, alias in puncto iuris falſum dicerent, ſi vero loquuntur ad effectum, quod talis res ſit ſubrogata non iudicatur acquiſititia, tũc bene loquuntur; quia hoc potuit efficere ſubrogans, ſolum ſubrogãdo; quia aliam rẽ alienauit, & hoc non eſt fingere, ſed diſponere de nouo in eo, in quo potuit diſponere, vel tacite vel expreſſe, *vt in dictis ll.* ſi vero ſubrogans, ex conſenſu intereſſe putantis, potuit etia inducere effectus rei antiquæ ſubrogando, non etiam erit fingere, ſed de nouo paciſci, & diſponere in ſui præiudicium, quod vnicuique permiſſum eſt: & ſic intelliguntur omnia, quæ de ſubrogationibus ſtatuta ſunt. Sed nos de hoc modo ſubrogationis nõ loquimur, ſed de mera fictione, quæ ex ſola diſpoſitione hominis non procedit. Et ita finitur hæc quæſtio.

Finis Libri primi.

QVÆ-

QVÆSTIO, SIVE TRACTATVS DE COLLECTIS, QVÆ VVLGO (PECHOS REALES ET CONCEJALES DICVNtur,) qui imponere poſſint, & quibus, & pro quibus bonis, & quæ forma ſeruanda in impoſitione & exactione ſit, & qui immunes & exempti ſint ab eis, quæſtio certe admodum vtilis & quotidie in foro neceſſaria, in qua declarantur plures huius Regni, & iuris communis leges & diuerſæ conſuetudines horum Regnorum in earum impoſitione.

QVÆSTIO XXI.

QVæſtio hæc diuiditur in quatuor partes. In prima agendum eſt de his, qui Collectas imponere poſſunt. In ſecunda, quibus poſſint imponi, & pro quibus bonis. In tertia, de modo impoſitionis & exactionis. In quarta, de perſonis exemptis, & immunitatibus.

SVMMARIA.

2 *Munerum quotuplices ſunt ſpecies.*

3 *Munus Mixtum & Reale quid ſit, & de diſtinctione muneris Realis, & declaratur* text. in l. Reſcripto, ʃ. final. de muneribus, *numer. 4. 5. 6. 7. 8. 9. & 10.*

11 *Collectam imponere, eſt de Regalibus, & Principi competit.*

12 *Vniuerſitatibus an cōpetat? n. 13. 14. 15. 16. 17. 18. & 19. vbi declarantur* plures leges Regiæ, & Conſuetudines huius Regni.

20 *Pro Salario Medici, quando Ciuitas poſſit imponere Collectam, & quid pro ſoluēdis Reditibus Cenſus cum facultate Regia impoſitis? num. 21. 22. 23. & 24. 25. 26. vbi declaratur* l. 1. & l. 25. tit. 6. lib. 3. Recomp. *& num. 27. 28. & 29.*

30 *Collectam intra tria millia marapetinorum imponit vniuerſitas, & quomodo intelligatur & practicetur, late hic, & n. 31. 32. 33. & 34. 35. 36. 37. 38. Et an ad ſoluenda Salaria Cuſtodiam poſſit imponere? num. 39.*

40 *Iudex, an poſſit imponere? ibi & n. 41. 42. & 49.*

Ciues an poſſint imponere? ibi. n. 43. 44. 45. 46. 47. vbi quid de Parrochianis?

48 *Collectam quando vniuerſitas imponat, ob vrgentem neceſſitatem.*

50 *Domini Vaſſallorum an imponant Collectas? nu. 51. 52.*

53 *Collegia & Artes an imponant?*

ʃ. 2.

54 *Collecta imponuntur Incolis, & pro quibus bonis, an pro eis, quæ alibi poſſident? nu. 55. 56. & 57.*

Et an pro mobilibus? num. 58.

Et an pro mercibus? num. 59. 60.

E an venatoribus, piſcatoribus, & artificibus? num. 61.

Et an exteris? nu. 62.

Et an maritis, pro bonis vxorum, vſufructuariis, cenſuariis, legatariis, fideicommiſſariis? ibi. num. 63. & 64.

65 *Coloni an ſoluant Collectas? numero 66. & 67.*

68 *Bona Anniuerſarii, & Capellæ, an collectentur?*

69 Col-

69 *Collectare an poſſit quis, pro bonis donatis, quæ non poſſidet? ibi, & numer. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. & declaratur* lex Regni.

76 *Venditor pro rebus venditis, an poſſit collectari? ibi, & n. 77.*

78 *Incolæ mutantes Incolatum, quando collectentur, num. 79. 80. 81. & 82. & declaratur* l. 10. tit. 14. lib. 6. Recompilationis.

83 *Vicinus nouus quomodo collectetur?*

84 *Incola non collectatur in loco Originis.*

85 *Collectam impoſitam pro ſoluenda conditione qui ſoluere teneatur?*

86 *Incolæ Iuriſdictionis, quando collectentur.*

87 *Pactum an ſit ſeruandum in collectis ſoluendis?*

88 *Patri & filiis, an imponatur vna collecta? & quid de pluribus ſociis? n. 89.*

90 *Collecta an poſſit imponi forenſibus? ibi, & numero 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100. 101. 102. 103. 104. vbi ponitur regula cum ampliationibus, & limitationibus, & declarantur* leges Regni.

§. 3.

106 *Peræquatores debent nominari ad distributionem Collectarum, & numer. 107. & 108.*

108 *Debet fieri extimum, aut padron.*

109 *Collecta an imponatur pretiis, & libris, & quid de iure, & quid de Conſuetudine ſeruetur, num. 110. & 112. & 113. 114. 115. 116. 117. 118. 119. 120. 121. vbi quando imponatur per capita & ampliationes & limitationes, & 122. & 123. & declaratur* l. 3. titul. 14. libr. 6. Recompil.

Et quid ſit ſoluere per Canones? ibi.

Et ſi debet conſiderari cauſa, ob quam imponitur, & declarantur plures caſus, qui quotidie accidunt in praxi, num. 125. & 126. & 127.

127 *Statutum an requirat Regis confirmationem?*

128 Moneda forera, *quomodo debeat diſtribui, & an valeat conſuetudo contra eam? numero 129. 130. 131. 132. 133. 134. 135. 136. & ibi, quis pauper dicatur ad effectum non ſoluendi, numero 136.*

137 *Canonici an debeant contribuere ad reparationem Eccleſiæ.*

138 *Extimum debet à Iudice approbari.*

Et debent omnes citari intereſſe putantes. Et ſi aliquis conqueratur, debet reuideri, n. 139. & 140.

Et quomodo & quot vicibus, & intra quod tempus? ibi, nu. 141.

142 *Terminus debet dari ad ſoluendum collectas.*

Et Exactores debent oſtendere, el Padron, ſoluentibus, ſi petant, nec poſſunt exigere ab aliis, quam adſcriptis, numero 143.

Et an poſſint pignorare, numero 144. & capere perſonas, numero 145. 146. & 147.

Et ibi quid de Locatoribus Gabellarum? & quid ſi ſint pauperes? & non ſoluendo? & 147. & 148.

149 *Ceſſio an admittatur pro Collectis.*

150 *Exactor ſi non inueniat emptorem pignorum, quid faciet? & nu. 151.*

151 *Mulier an poſſit carcerari pro Collectis.*

Quid in nobili? 152.

Quid in pupillo? 153.

153 *Summarie proceditur contra Debitores Collectarum, & nu. 154. & 155. Et quid ſi litigetur ſuper exemptione.*

156 *Exactor Collectarum debet fideliter ſuum officium exercere, ibi, & nu. 157.*

158 *Exactor quando teneatur rationem reddere, & quando teneatur exigere, ibi, & nu. 159. & an poſſit exigere à poſſeſſore rei venditæ, ibi, & nu. 160.*

162 *Exactor an poſſit negotiari cum pecunia Collectarum? & 163. & an admittatur compenſatio, num. 164.*

165 *Exactor an poſſit compellere emptorem ad ſoluendas Collectas præteritas, num. 166.*

167 *Vniuerſitates condemnatæ, quomodo ſoluant Collectas.*

168 *Exactor an teneatur pro Incola ſcripto in Padron, & poſtea liberato.*

169 *Extimum debet reuideri ſi forſitan bona decreſcant, aut augeantur, & nu. 170. & 171.*

172 *Vicinus an teneatur contribuere in Collecta contra ſe impoſita.*

§. 4.

174 *Clerici an collectentur? latiſſime hic.*

Et an hoſpitalia? 175.176.177.178.179.180. vbi late de hoſpitalibus, & an teneãtur ad Gabellas? & an poſſint viſitari? nu. 181.

Et an confraternitates? ibi, & nu. 182.183. 184.185.186.187.188.189.190. vbi ponit regulã cum ampliationibus & limitationibus, & quid de pia cauſa, & an Gabellam ſoluat, late ibi, nu. 191. & 192. & 193. & quid de oblatis & conuerſis, 194. & 195.

Et quid de Eremitis? n. 196.

Et quid de fratribus & ſororibus tertii Ordinis? n. 197.

Et an Nouitius? nu. 198.

Quid de Clerico prima tonſuræ? numero 199.

An hereditas iacens Clerici, nu. 200.201. vbi quid in Gabellis, n. 202.203.

204 *Commendatores an collectentur? & an ſint Laici: nu. 205.*

206 *Clericus an ſponte ſoluat?*

Et an eius filii & Coloni, & familiares? n. 207.

Et an ſi emat bona æſtimata? num. 208.

209 *Bona Clericorum, & Eccleſiarum, & Nobilium, an debeant regiſtrari, & poni in extimo? ibi, & n. 210.211. & 212.*

213 *Clericus an contribuat in Collectis poſitis, ob commune bonum? vide late plures caſus? nu. 214.215.216.217.218.219. & 220. Vbi de Pontibus & de ſeruitio nouo,* de los millones, *& 221. de ſtudio, & 222.223.224. & 225. Vbi quomodo illis imponantur, & coram quo conueniantur. 226.227.228.*

229 *Nobiles & exempti an contribuant. ibi, & nu. 230.*

231 *Clericus negotiator an contribuat. & 232.*

233 *Clericus, aut Eccleſiæ ſuccedẽs laico, an cõtribuat & 234.235.236.237. Vbi quando bona antea erant obligata, vide plura ad praxin notabilia.*

239 *Clericus coniugatus an contribuat, quid in mendicantibus, & quid propter bellum, & quid quando Clerici poſſident feuda à Rege, & quid ſi exiſtat conſuedo, nu. 244.*

245 *Nobiles an poſſint collectari, ibi, & 246. 247.248. & 249. Vbi plura de Nobilib. ad praxin.*

249 *Milites an collectentur, ibi, & nu. 250.*

251 *Domini Vaſſallorum an collectentur, vide plura ſingularia.*

252 *Graduati an collectentur, & ibi, de Legentibus, vide plura notanda in praxi.*

253 *Auditores & alii Regis Officiales an collectentur.*

254 *Emphyteotica Principis an collectetur.*

255 *Habentes duodecim liberos, an collectentur.*

256 *Iudex an collectetur.*

Quid in Conſulibus. 257.

258 *Cæcus an liberetur à collectis. 259.*

260 *Pauper an liberetur à collectis.*

261 *Meretrices an liberentur à collectis.*

262 *Excuſati an collectentur, & n. 263.264. & ibi,* de los de Valderas, y Antona Garzia.

265 *Præſcriptio an liberet à collectis. nu. 266. 267.*

267 *Socius exempti an liberetur.*

Et an portio exempti aliis accreſcat.

Et quid debeat facere, ſi collectetur.

Et an ſint ſublata exemptiones. num. 268. 269.270.

Pars prima, & §. primus.

PRo introductione † totius huius quæſtioris, vt valde neceſſarium præſupponendum eſt, quod munerum Ciuilium, tres ſunt ſpecies, Perſonale, Reale & Mixtum. Pẽſonale, quod ſolũ perſonis imponitur, abſque Patrimonii conſideratione, & quod ſolum conſiſtit in labore perſonæ, ſine ſumptu pecuniæ. Reale, quod imponitur Patrimonio ipſo, vel perſonæ, ob res & patrimonium. Mixtum, quod imponitur perſonę & rebus, & quod conſiſtit in labore & ſumptu pecuniæ, vt recte dicit Iuriſconſ. qui exempla ponit, *in l. munerum, ff. de muneribus & honoribus, & in l. prima, ff. eodem titu.* 1

notant

notant Doctores, *in l. vnica, C. de mulier. & in quinto loco, libro decimo,* notat Ioann, Arceab Otalora; *in ſuo tractat. de Nobilitate, lib. 1. capit. 2 num. 2.* Nicolaus Feſtaſius. *in ſuo tractatu de Extimo & Collectis, parte prima; in principio.* Petrus Gregorius Toloſanus, *in Syntagmate Iuris vniuerſi, part. 2. libr. 18. capite. 12. & capite 20. nume. 1. 2. & 3.*

3 Et † licet Auctores Iuriſtæ, pro maiori parte, non bene declatent, quod dicatur munus Mixtum. Imo ſimpliciter putent, quod Collecta, quæ imponitur perſonis pro rebus, ſit munus Mixtum, & non mere Reale, eo; quia non habeat certam & determinatam præſtationem: ſed aliquando ſit maior, aliquãdo minor, vt videte eſt in Collectis, vulgo (*Reales y concejales*) & in ſeruitio ordinario & extraordinario, vt volunt Bart. *in l. de his, quib. vt indig. ff. de iure Immunitatis,* prout eum refetr Otalora, *in d. tract. part. 2. cap. 1. num. 2.* & Ioann. Garzias, *in eodem de Nobilitate tractat. gloſſ. 1. §. 1. num. 18.* Cardinalis, Pariſ. *conſil. 25. num. 5 lib. 1.* Hyppolitus, Riminaldus Iunior, *conſil. 25. num. 19. lib. 1.* qui omnes allegant, *gloſſ. in l. Reſcripto. §. fin. verbo, Incolis, ff. de munerib. & honoribus.*

4 Tamen, ſi † bene & attente conſideretur Munus, non ex hoc dicitur Mixtum, quod perſonæ pro rebus imponatur, nec quod habeat certam vel incertam præſtationem, quod apparet, ſi conſideremus, quod in munere impoſito perſonæ pro rebus, ſola expenſa Patrimonii; & pecuniæ negotium facit; nec vllum officium laboris; aut induſtriæ perſonalis interuenit. At vero in munere Mixto, vtrumque interuenit, vt apparet ex exemplis traditis à Iuriſ-Conſulto, *in dicta l. Munerum, §. Patrimoniorum,* & à Bartolo ex profeſſo, *in dicta l. vnica, colu. 3.* & à Petro Gregorio, *vbi ſupra,* quod etiam apparet; quia cum munus Mixtum ſit compoſitum, ex perſonali & Reali, debet vtriuſque naturam ſapere, & ſic laborem & expenſam præſupponit. In collecta vero, quæ perſonis pro rebus imponitur, ſola expenſa exiſtit, nec gloſſ. *in dicto verbo, Incolis,* id, ad quod allegatur, dicit, ſolum enim dicit, quod munera, *de quibus in illo tex.* quę Incolis imponũtur, ſunt Collectæ, quibus hodie vtimur, & quæ quotidie Vicinis imponuntur. Ex quibus verbis non ſolum non probat id, quod ſupradictæ dicunt, imo totum contrarium. Cum enim Iuriſconſult. in illo textu loquutus fuerit de muneribus Patrimonialibus in duplici differentia, quędam, quæ imponuntur Incolis, ob res, quædam, quæ ſolummodo rebus ipſis & glo. exemplificauerit in Collectis; intelligit clare, quod Collectæ ſunt munera Patrimonialia, in ſecundo Gradu differentiæ; & hoc nullum dubium habet; Bartol. etiam, *in dict. l. his,* qui nunquam fuit loquutus de munere Mixto, ſed ſolum de munere ordinario, & extraordinario. Et ita etiam loquutus fuit, *in d. l. Reſcripto, §. fin.*

5 Quare verius † exiſtimo, & ad mentem Iuriſconſulrorum munera Mixta non eſſe Collectas, quæ pro rebus imponuntur, ſine labore perſonæ, ſed ea, quæ in labore & expenſa conſiſtunt, prout ire ad bellum ſuis Expenſis: Tributa ſuis expenſis exigere, Officia aliqua cum expenſa propria exercere, & alia, de quibus per Iuriſconſultum Gregor. & Bartol. *vbi ſupra.* Quæ cum maximum rigorem ſapiant à Republica Chriſtiana, pene inuſitata & abolita ſunt.

6 Collectæ vero † munera Realia, & Patrimonialia, perſonalia ſunt, quod bene diſtinxit & declarauit Bartolus, *in dicta lege vnica,* quem Mauritius, Angelus, & omnes ibi ſequuntur, & paucis verbis diſtinxit Iuriſ Conſultus, *in dicto §. fin.*

7 In hoc vero decepti † ſunt plures ex Legum peritis, qui cum viderent ex Iuris antiqui diſpoſitione, Collectas non imponi Forenſibus; munera vero Patrimonialia, ſic & omnibus, abſque dilectu, *ex d. § final.* & ibi Bartolus, *& ex d §. Patrimoniorum; & ex dicta l. vnica, & l. quæ ſunt munera, ff. de iure Immunitatis, & ex titulo, Cod. de muneribus Patrimoniorum, libro 10. per totum.* Alia eſſe mixta, alia

vero mere Realia non iudicarunt, ad-
uertentes, quod munera, quæ non par-
ticipant de labore perſonæ, ſed ſolum
de expenſa Patrimonii, nullam mixtu-
ram perſonalium habeant: non etiam
aduertentes, quod IuriſConſultus, *in
dicto §. finali*, patrimonialia munera
in duplici differentia conſtituerit, a-
liaque imponuntur Incolis, propter
res, prout ſunt Collectæ; alia vero, quæ
rebus ipſis, duntaxat, & prima non
imponuntur Forenſibus, altera vero
ſic, & appellantur mere Realia, quæ
ſunt Cenſus aut Tributa certa rebus
aſſignata, videlicet, tantum pro quali-
bet re, aut iugatione, aut capite vel in
tritico, oleo, hordeo, aut pecunia,
quæ vocabantur Canonicæ penſita-
tiones, de quibus plures erant apud
Romanos, vt perpetuum Gregorius;
vbi ſupra, vel onera domorum, equo-
rum, aut quadrigarum, qui hoſpitatio-
nes, angaria, perangaria & vereda vo-
cabantur, & ſolas ipſas res reſpicie-
bant aufferendas à quolibet Poſſeſſo-
re, ob publicam neceſſitatem, prout
noſtris temporibus ſunt (*ellebas beſtias
de guia, apoſentos de ſoldados, y hombres de
armas*) vel etiam viæ aggeris, & alia,
quæ prope fundos exiſtebant, & ſolam
ipſorum vtilitatem reſpiciebant, prout
hodie ſunt illa, quæ vulgo (*valladares,
caminos vicinales, puentes por do ſe paſſa à las
tales heredades, carreras, regueras,*) & alia ſi-
milia dicimus, quæ ſolum fundos ipſos
reſpiciunt & non perſonas; quia ſine
eis, vel in totum perirent, vel inutiles
factæ eſſent. Et ab his non diſcrepant
viæ, quæ iuxta domos ſunt, ſine quibus
inutiles eſſent.

8 Alia vero † prima, quæ Incolis im-
ponuntur, ſunt ea, quæ quotidie de
nouo eueniunt, ad publicas neceſſita-
tes ſubleuandas, incerta & variabilia,
modo maiora, & quæ non certo one-
re rem afficiunt, quæ ſunt Collectæ, de
quibus ſupra, & ea etiam, quæ ſolam
vtilitatem Vicinorũ contingunt, nul-
laque ex ipſis, directa & principalis vti-
litas, patrimoniis ipſis in ſe reſultat. De
quibus late infra, Deo volente, dice-
mus.

Igitur, vt † concludamus, munera
in triplici differentia ſunt, Perſonalia,
Patrimonialia, & Mixta. Patrimonia-
lia in duplici, alia, quæ ſolum Incolis
imponuntur, quæ nõ ita Realia ſunt, a-
lia vero mere Realia, & noſtris hiſce tẽ-
poribus. Mixta pene abolita ſunt, mere
vero Realia, quæ certã aut determinatã
præſtationẽ habeant, pauca aut nulla,
niſi ex contractibus particularibus, per
viã Cenſus perpetui aut redimibilis, aut
per viam Feudi vel Emphyteoſis, vel al-
terius Annuæ præſtationis: Realia ve-
ro, quæ licet variabilia, vtilitatem re-
rum, duntaxat, reſpiciunt; aliqua ſunt,
de quibus infra; *& in dicta lege, quæ ſunt
munera, & in dicto §. Patrimoniorum*, &
Bartolus, & Toloſanus, *vbi ſupra*. So-
lum vero magis communia ſunt Perſo-
nalia & Realia incerta, quæ perſonis
pro rebus inducuntur, de quibus in hoc
Regno frequenter in actionibus Fo-
renſibus agimus, & de quibus plures ex
legibus huius Regni loquuntur & ma-
ior noſter erit ſermo. Quæ omnia no-
tanda ſunt; quia totam materiã diluci-
dant & aperiũt, vt in proceſſu q̃ſtionis
ſemper videbimus. His † ſupra notatis, 10
ad partem primam noſtræ quæſtionis
deſcendendo, ſit prima † concluſio im-
ponere † Collectam, eſt de Regalibus, 11
& ſolum Principem, non recogno-
ſcentẽ Superiorem, ſpectat: aut quibus
ipſe commiſerit per ſuam expreſſam
licentiam, textus expreſſus, *in capite vl-
timo*, ibi, Angariarum, & perangaria-
rum eſt extraordinaria Collatio, *& ca-
pite in titulo, quæ ſint Regalia, in vſibus
Feudorum*, notat Vvaldenſ. *in tractatu
de Collectis, numero tertio*, Baldus, *in lege,
etiam, Cod. de Executione rei iudicat*. Cor-
neus, *conſilio 333. numero 33. libro 1.* & cum
eo Nicolaus Feſtaſius, *in dicto tractatu
parte 2. capit. 2. num. 1.* licet ipſe etiam di-
cat eſſe Iuriſdictionis & Imperii. Sed
prior eſt magis communis & verior o-
pinio, vt per Matthæ. Weſembec. *conſil,
27. à num. 20. cum ſequentibus, libr. 1.* & eam
ſequitur

ſequitur Socinus Iunior, *conſil. 98. à num. 15. lib. 3.* Menoch. *conſilio 32. num. 70. libr. 1.* & ex noſtris Auendan. *in 2. par. Mandatorum Regalium, cap. 14. num. 1. & 2.* & cum Auiletio, & aliis Acebed. *in leg. 25. num. 1. tit. 6. libr. 3. Recompilat.* Celſus, *conſil. 34. & 29.* Salazar, *in tract. de vſu & conſuetudine, cap. 2 à num. 2. & 3.* & pro ea de iure communi eſt text. expreſſus, *in l. placet, C. de Excuſatio. munerum, lib. 10. & in l. 1. C. de ſuper in dicto lib. 10.* vbi Platea, Rebuff. & alii, id confirmant, & de iure noſtro Regio eam probat text. *in l. 1. tit. 6. libr. 1. Recompil. & in l. 25. tit. 6. lib. 3. Recompil.*

12 Secunda concluſio. Iure † communi Vniuerſitates, Communitates & conſilia Populorũ ad ſoluenda ſua debita, & ad alias imminentes neceſſitates Communitati, & eius Incolis poterant Collectam imponere, abſque Regia licentia, etiamſi nullam Iuriſdictionem haberent, & id faciebant Rectores populorum Iudice præſente. Et hanc opinionem de Iure communi tenuit Bart. *in l. 4. §. Actor. ff. de re iudica.* quem inibi Alex. Imola, Iaſ. Rip. & omnes ſcribentes, ſequuntur, ipſe Bart. Paul. Albert. Bal. & alii, poſt gloſſ. ibi, *in l. 1. §. quod ſi nemo, ff. quod cuiuſq. Vniuerſitatis nomine*, tenuit etiam idem Bartol. *in dicta l. vnica*, quem Mauric. Rebuffus & alii ibi ſequuntur, repetentes omnes. *in l. placet, C. de ſacroſanctis Eccleſiis*, Baldus etiam, *in dicta l. etiam*, Vvald. *vbi ſupra, numero 2. & 3.* Feſtaſius, *dicto capit. 2. num. 8.* Ægidius Thomaſ. *in tractatu de Collectis, capit. 1. nume. 8. & cap. 12. num. 1.* & idem Feſtaſius, *in dicta 2. parte, capit. 4. à num. 45.* Auendan. *vbi ſupra num. 2.* Guid. Pap. *deciſ. 87.* Burſ. *conſil. 16. num. 29. lib. 1.* Riminald. Iunior, *conſilio 10. num. 16. libr. 1.* Ojaſc. *in deciſ. Pedemont. 9. num. 9.* & nouiſſime Antonius Theſaurus Præſes, *in ſuis nouiſſimis Pedemontanis deciſionibus, deciſ. 257. à nu. 1.* Omnes iſti eam dicunt communem & veram reſolutionem, & alios infinitos allegãt, & etiam dictam gloſſam, *in dicto §. quod ſi nemo*, quæ id non probat, ſed ſolũ, quod, quãdo Ciuitas eſt debetrix & executata, & non habet propria, nec Burſam communem, poteſt Iudex cõpellere ad Collectam imponendam. Sed non ideo Ciuitas id poterit propria auctoritate facere, allegant etiam leges omnes, *C. de operibus publicis*, quæ ſolum dicit, quod omnes Incolæ tenentur ad conſtructionem Murorum, pro modo & rata poſſeſſionum, ſed non dicit, quis imponet Collectam ad Muros ædificandos, *nec lex per Bithyniam, Cod. de Immunitate nemini concedenda*, concluſionem probat; quia de imponenda Collecta, & à quo imponatur, nihil dicit, ſed de obligatis ad aggeres muniendos, pro modo poſſeſſionum, aut capitationum, de qua obligatione controuertitur, quando Collecta imponitur, etſi hæ leges concluſionem probarent, omnes, qui de modo contribuendi loquuntur, quę infinitæ ſunt, id etiam probarent, & cum loquantur in omnibus Collectis voluntariis, & neceſſariis, indiſtincte ſequeretur, quod cum omnes ad eas obligentur actu, poſtquam impoſitæ ſunt, & habitu ante impoſitionem, abſque vlla diſtinctione & licentia, eas poſſet imponere Vniuerſitas, quod falſiſſimum eſt. Quare ſemper exiſtimaui dictam concluſionem Iure non probari, & quod vera non eſt: niſi, quando Vniuerſitas, virtute alicuius inſtrumenti, eſt executata, & non habet bona, vnde ſoluere poſſit: tunc Iudex cogit eam Collectam imponere, *ex dicta gloſſ.* quæ hoc probat, & probat etiam Celſus, *conſilio 92. numero 3. & conſilio 34. numero 40.* & Burſa. Riminald. & alii, *vbi ſupra*, & probant Iaſ. *num. 20.* Rip. *numero 26. in dicto §. Actor.* & Caſſane. *in conſuetudinibus Burgund. in verbo, des iuſtices, Rubric. 1. §. 4. verſicul. & fur, numero 47.* Sed tunc Vniuerſitas non ſua auctoritate Collectam imponit, ſed ex licentia Iudicis, de qua ſtatim verba faciemus, & repungnant, *dicta lex 1. & lex placet*, de quibus ſupra, quæ generaliter loquuntur.

Tertia concluſio. Quidquid † ſit de Iure communi Iure noſtro Regio ea, quæ de Iure communi ex auctoribus relata ſunt, ſunt correcta, & Vniuerſitas vltra tria millia marapetinorum, etiam ad cauſas neceſſarias, non poteſt Col- 15

lectam imponere, abſque expreſſa li-
centia Regia, vt probat, *dicta l.1.& dicta*
l.25. titulo 6. libr.3. Recomplation. & Auen-
dan. Acebed. Auil.& alii Regnicolæ, *vbi*
ſupra.

16 Aduertendum tamẽ eſt † primo, pro
intellectu dictarum legum Regiarum,
quod procedunt etiam exiſtente qua-
cunque conſuetudine immemoriali in
contrarium, vt apparet *ex dict.l.25.* ita in
propriis terminis notat Auend. *vbi ſup.*
num.5. Acebed. *in d.l.25. gloſſa, que eſtan en*
coſtumbre, idem, *in l.3.num.21.lib.2.Recom-*
pil. Et facit, quia reprobata conſuetudi-
ne, cenſetur reprobata immemorialis,
ex gloſſ.in Clement.fin. verbo, qua vis de reb.
Eccleſia non alienandis, & in Clement 1.ver-
bo, quantacunq. de foro competenti, Felyn. *in*
cap.cum cauſam, num.12. de re iudic. Couar.
lib.3. variarum quaeſt.cap.13.nu.5. & in ter-
minis Salazar. *vbi ſupra, nu.13.* Mexia, *in*
pragmatica qua taxa panis, concluſ.1.n.63.

17 Sed hæc declaratio † ſcrupulo non
caret; nam ea, quæ dicit Couarru. cum
Felyn. & aliis, & quæ dictæ gloſſ. dicunt,
procedunt, quando expreſſe reproba-
tur Conſuetudo à lege, tanquam irrati-
onabilis: tunc enim, nimirum, ſi cenſea-
tur etiam reprobata Cõſuetudo imme-
morialis: tunc etiã dictæ gloſſæ loquun-
tur in caſu, quod lex reprobet Conſue-
tudinem, per verba duplicata, & nimis
generalia, ſcilicet, *quacunque*, aut *quanta-*
cunque, vt aperte loquuntur dictæ Cle-
mentinæ, ſed *dicta l.25.* non reprobat ex-
preſſe Conſuetudinem, nec eã iudicat
aut declarat, vt irrationabilẽ, nec loqui-
tur per verba nimis generalia, verba e-
nim eius ſunt, (*aũque digan que eſtan en*
coſtumbre, &c. & ſic ſimpliciter, & verbis
indefinitis Conſuetudinem tollit.

At vero, quando lex ſimpliciter tol-
18 lit † Conſuetudinem, nõ cenſetur ſub-
lata Conſuetudo centum annorum, aut
immemorialis, *ex gloſſ. in Authent vt de*
cetero commutationis rerum Eccleſiaſtica-
rum, verbo. præſcriptione, Collatione ſecunda
in principio, quam Angelus ibi ſequitur,
ſequuntur etiam Felynus, & Pariſ. *in ca-*
pit. accedentes de præſcription. Abb. *in capite*
ſuper eo de Parrochi. Molina. *ad deci. conſilio*
496.num.9.& in conſuetudinibus Pariſienſis.
part.1.§.7.num.12. Felyn. *Rubr. de præſcri-*
ption.colum.fin. Riminald. Iunior, *conſ.54.*
num.5.lib.1. & communem contra alte-
ram communem dicit Anton. Gab. *lib.*
5.ſuarum communium concluſionum, titul. de
præſcriptionib. concluſ.1.à num.27. cum ſeqq.
ex quibus dubia redditur hæc decla-
ratio.

Sed eam defendendo † dicere poſ- 19
ſumus, quod, vt conſtat *ex d.l.1.tit.6.lib.7.*
Recompila. Legiſlator Regius irrationa-
bilem iudicauit, & cõtra bonum publi-
cum, & in damnum Populorum huius
Regni, quod Vniuerſitates ipſæ ſuamet
auctoritate poſſent imponere Colle-
ctas, etiã ob publicas earum neceſſita-
tes; nam ex hoc ſequerentur mille ab-
ſurda & inconueniẽtia, & quod paſſim
Incolas collectarẽt & bonis exhaurirẽt,
neceſſitateſque fingerent. Præterea ipſi
Rectores forſitan malo zelo & cupidi-
tate moti ſuperfluas exigerẽt & imbur-
ſarent. Quæ in continenti paucis ver-
bis loquutus, de legibus ſui Regni, quæ
cum dictis concordant, conſiderauit
Rebuffus, *in 1.tom. ad leges Galliæ, titul. de*
literarum obligat. artic.2.gl.1. num.81. & 82.
qui etiam loquitur de Collectis impoſi-
tis ad ſoluenda debita, & hæc omnia
ceſſarent, aut ceſſant, ſi Rex ipſe, & eius
ſupremi Conſultores, de quibus minus
fingendũ eſt, cognoſcant prius; an Col-
lecta expediens & neceſſaria ſit; & an
bona propria deficiãt, & quare; & poſt-
ea licentiam dent, & ſine ea nihil fiat,
& hoc modo refrenabunt iniuſtos Ap-
petitus gubernantiũ, & aufferẽtur ſcã-
dala & inconuenientia, quod admodũ
neceſſarium & cõueniens erat, & con-
trarium penitus irrationabile. Vnde cũ
ſit irrationabile, Conſuetudo, quæ id
permittit, quantumuis immemorialis,
erit etiam irrationabilis, & cum ſit, iam
cenſetur derogata, ex ſimplici deroga-
tione Conſuetudinis, & conſtat de mẽ-
te vera & præſumpta Legiſlatoris, & ita
procedit communis opinio contraria,
de qua per Couarruuiam, Felynum, &
dictas gloſſas, & ſi replices, quod eadem
inconuenientia reſultabunt in Vniuer-
ſitate

ſitate libera, non recogſcente ſuperiorem, quæ ex Conſuetudine regalia habet, & poteſt collectare: reſpondetur, quod ſimilis Vniuerſitas habet vicem Principis, & gubernatur per Senatores & Viros ex omnibus ſelectos, qui ſemper proſpiciunt bonum publicũ, & qui ab ipſis generalibus Adunantiis priuantur, ſi non bene exerceant & in bonum publicum ſuum officiũ, aut officia. Vnde quidquid faciũt, ex tacito vel expreſſo Incolarum conſenſu faciunt, & ſic inconuenientia non reſultant, quod ſecus eſt, in Vniuerſitatibus ſubditis, & quæ nec Rectores nominant, nec ipſos priuare poſſunt, ſed eis ex neceſſitate obtemperant, non facio vim in eo, quod communiter dicitur, quod Vniuerſitates huius Regni ſunt incapaces iuris collectandi; quia non habent Iuriſdictionem actiuam, ex Auendan. *in c. 1. & 2. Prætorum libr. 1.* Nam tempus immemoriale poterat eas facere capaces, ad vnam ſpeciẽ Iuriſdictionis, *ex notatis in c. præterea. §. ſuper quibuſdam de verborum ſignificatione, & in l. omnes populi, de iuſtitia & iure, & in l. Imperium. ff. de Iuriſ. omnium iudicum.* Ex quibus iam patet, quod Conſuetudo immemorialis non derogat dictis legibus.

20 Notandum etiam† eſt, ad dictas leges, quod, etſi Iure communi, vt plures exiſtimant (*quod ego verum non credo, vt dixi*) Ciuitates, aut Communitates pro Salario Medici & Aduocati, poſſent imponere Collectam, quam opinionem communem dicit Bellacomba, *lib. 4. cõmun. opinion. tit. 39. nu. 2.* cum enim ex dictis legibus, ibi, (*Ni para ſus neceſſidades, &c.*) hoc iam correctum eſt, & non poterunt facere, nec inuitos collectare, abſq; Regia licentia, vt Auendanus dixit, *in ſecunda parte mandatorum Regalium cap. 10. num. 9.* de quo infra latius agemus.

21 Præterea, prout† ſumme neceſſarium, & quod maxime ad praxin conducit, & mihi multoties de facto accidit, ad intellectum dictæ legis primæ dubitatur; an ſi Ciuitas vel Cõmunitas ſit obligata alicui Cenſui cum facultate & licentia Regali poſſit deficientibus propriis, ad ſoluendos Reditus decurſos, imponere Collectam, inter Incolas & Ciues, virtute principalis facultatis, abſq; noua & expreſſa licentia, & videtur quod non, nam licentia debet eſſe expreſſa, & nõ præſumpta, ex verbis dictæ legis primæ, ibi, (*Sin nueſtra expreſſa licentia*, & de licentia, quod debeat eſſe expreſſa, & non præſumpta, notat Ioan. Andreas, *in c. ſi Abbatem de electione libr. 6.* Lapus *Allegatione. 86.* & cum aliis Roland. à Valle, *conſ. 67. nu. 66. lib. 3.* Auend. *in ſuo dictionario legum Regni, verbo, otorgamiento, per totum*, & Matienzo cũ aliis infinitis, quos allegat, *in l. 3. gl. 1. n. 5. tit. 3. lib. 5. Recõp.* Corſet. *ſingulari verbo, Licentia*, Decius, *conſil. 38.* & hanc eſſe communem opinionem, cum Villalobos, dicit Aceb. *in l. 2. titul. 3. lib. 5. Recompil. à n. 18.* & in propriis terminis, quod non ſufficiat Licẽtia præſumpta & coniecturata, idem tenet Aceb. *in d. l. 1. nu. 7. tit. 6. lib. 7. Recompil.* tenet idem Auenda. *vbi ſup. num. 6.* At vero in præſenti caſu Rex non dedit Licentiam expreſſam, ad imponendas Collectas, ſed ſolum ad obligandum ſe pro Cenſu redimibili. Igitur non eſt expreſſa, & ſic Vniuerſitas non poteſt eam imponere; quia expreſſum id dicitur, quod eſt indiuidualiter expreſſum, vt notat gloſſ. *in cap. Inquiſitores de hereticis lib. 6.* quam approbat Barto. Socin. *conſil. 33. nu. 17. libr. 1.* Mantica, *in tracta. de coniecturis vltim. voluntat. lib. 7. tit. 12. nu. 4.*

His tamen non obſtantibus, quæ vere &† attente conſiderando nõ obſtant, ſemper tenui, & teneo contrariũ. Nam eo, quod Rex dedit Cõmunitati Licentiam ad ſe obligandum pro Cenſu redimibili, in conſequentiã dedit illi Licentiam, ad ſoluendum Reditus, cum vna obligatio accedat alteri in neceſſariam conſequentiam, & ſi Vniuerſitas nõ poteſt ſoluere reditus, abſque Collecta, in conſequentiã dedit ei Licentiam, etiam ad imponendã Collectam: cũ abſque ea non poſſit commode impleri contractus Cenſus cum dicta Licentia geſtus, & qui vnum vult, etiã vult omnia ad illud neceſſaria, *ex l. 2. ff. de Iuriſd. omniũ Iudicũ* & arbitrium ex ſtatuto datũ exten- 22

S 4 ditur

ditur ad omnia conſequentia neceſſa-
ria & connexa, vt late fundat Menoch.
in tractat. de arbitrariis iudicum, libr. 1. q. 45. & 46. & in ſimili videmus, quod Licen-
ria data ab Iudice ad obligandum bona
minorum, alicui debiro, extenditur ad
vendendum ipſa bona, ad ſolutionem
debiti, ad quam venditionem alias re-
quirebatur expreſſe licentia, *ex l. ſi pupil-
lorum, §. pupillus. ff. de rebus eorum*, & cum
pluribus notar Molina, *in lib. 4. de Hiſpa-
norum primogeniis, cap. 5. num. 2.* & licentia
ad actum operatur ad executionem i-
pſius actus. *l. ſiue generalis, verſi. vt expedia-
tur. ff. de iure dotium. l. 1. §. ſed vtrum, ff. de
minoribus, gloſſ. 2. in l. Lucius Titius, ff. de ad-
miniſtratione Tuto.* & licentia in contra-
ctu promiſſionis, non requirirur in actu
ſolutionis, Socin. *in leg. 1. §. fuit quæſitum,
num. 5. ff. ad Trebel.* faciunt, quæ notat A-
lexand. *in leg. ſi ex Legati cauſa, num. 4. ff. de
verbor. obligat.* Socin. *in l. 1. §. item adquiri-
mus, ff. de adquirend. poſſ.* Bald. *in leg. magis
puto, §. ne paſſim, ff. de rebus eorum*, latc hæc
omnia & plura alia adducit Simoncel-
lus, *in tract. de decretis part. 5. inſpectione. 4.
num. 38. & 43. 44. & 45.* aliquá Pelaez de
Mieres, *in ſuo de Maioratibus tractat. part.*
23 *4. q. 3.* Et confirmatur; quia † iniquum,
& abſque ratione eſſet, quod debentes
dictos reditus cum facultate Regia, ſi
ſibi deficiãt propria, ſemper & quotan-
nis deberent adire Regiam Curiam, pro
licentia Collectãdi impetranda, in quæ-
ſtio. magis expenderetur, quam reditus
importarent, quod non eſt ferendum,
*ex l. mediterranea, C. de Annonis, & Tribu-
tis libr. 10.* Et ſi vna Licentia pro omni-
bus annis daretur, quid magis importa-
bit collectate ex dicta licentia, quam ex
licentia Cenſum imponendi cũ eadem
inconuenientia, quæ ex vno poſſent re-
ſultare, poſſent etiam ex alio prouenire:
tum etiam verba generalia dictæ legis
primæ, debent recipere rationabilem
modificationem, ex Rimin. Iun. *conſi. 35.
num. 34. lib. 1.* & reſtringi ex ratione præ-
ſumpta, *ex eodem conſ. 74. num. 62. lib. 1.* &
debent etiã reſtringi ad mentem & ve-
riſimilitudinem, vt per eundem, *conſ. 10.
num. 19.* & recipiunt congruã & æquam
interpretationem, idem, *conſil. 46. num.
104.* Et facilius res reſtringũtur ad verba
legis, quam hominis, *ex eodem conſi. 61. nu.
18. lib. 1.* Cum igitur æquum, rationabile
& rectum ſit, quod dicta prima Licentia
ſufficiat & ſit veriſimile, quod ſi Legis-
lator de hoc fuiſſet interrogatus ita re-
ſponderet: Non debet requiri alia noua
& expreſſa Licentia, ex ſupra dictis.

Præterea confirmatur; quia † lex ge- 25
neraliter loquens non debet extendi ad
caſus ſpecialem rationem habentes, *ex
gloſſ. in l. ſciendum, ff. qui ſatisdare cogantur,
& gloſſ. verbo, Vacantibus, in Authent. de he-
red. & falcid. colum. 1. & gloſſ. in leg 3. verbo,
Decurionibus, de ſilentiariis, libr. 12.* Barto.
in l. Lucius Titius, ff. ad Turp. & eſt com-
munis opinio, ſecundum Antoniũ Ga-
brielem, *libr. 1. de conſt. concluſion. 1. per to-
tam.* Igitur hic caſus cum habeat ſpecia-
lem rationem, non extenditur ad eum
dicta *lex. 1.*

Et hanc opinionem † tenendo, non 26
obſtat argumentum contrarium. Nam
ad illud reſpondeo, quod ſatis dicitur
Licentia expreſſa ea: quæ cõſtat & pro-
cedit à dicta licentia ad Cenſum, cum
deducatur ex verbis, & ex neceſſaria cõ-
ſequẽtia verborũ, & ex veriſimili men-
te concedentis, & ex vehementibus &
probabilibus coniecturis, & id dicetur
expreſſum, quod ex verbis concipi po-
teſt, *ex l. Gallus, §. quidam recte*, ibi, *vt eo ca-
ſu valeat, qui ex verbis concipi poteſt, ff. de Li-
beris & Poſthumis*, & notat Molin. *lib. 3. de
primogen. Hiſpan. c. 8. nu. 5. cum ſequentib.* Et
expreſſum id dicitur, quod ex generali-
bus verbis, vel ex coniecturis euidenti-
bus, elicitur, vt notat *gl. verbo, Expreſſum
in l. Prætor. ait, §. 1. ff. de noui operis nuntiatio.*
id, quod etiam probat, *l. nominatim, ff. de
cond. & demonſtratio.* & plura iura ad pro-
poſitum adducit Alexand. *conſil. 201. nu.
10. lib. 6.* quem refert & ſequitur Franciſ-
cus Mantica, *in tractatu de coniecturis vl-
timarum voluntatum, libr. 7. tit. 12. nu. 7. &
facit lex licet Imperator, ff. Deleg. & l. ſi quis
locuples, ff. de manumiſſis teſtamento*, notant
Baptiſta, Villalobus, & Vezinus, *libr. 9.
communium opinionum tit. 34. nu. 89. & 90.*
ex quib. patet, hanc opinionem videri
veram

Digitized by Google

veram & bene fundatam, & valde æquã, & quæ deberet teneri in iudicando & conſulendo, & pro ea ſæpe conſului, licet contra eam, aliquando audiuerim iudicatũ, à quibuſdã Præſidibus Prouinciarum, quos vulgo (*Alcaldes de Adelantamiento*) dicimus. Sed ipſi certe adhæſerunt Cortici literæ, & nec ſenſum legis, nec has rationes ponderarunt.

27 Et hæc† opinio corroboratur. Nam ſi ob inſtantem neceſſitatem & periculum noſtra iura permittũt, imponi Collectam, abſq; Regia licentia, de quo infra dicemus, quæ maior neceſſitas, quã ſoluere Reditus continuos, vt euitentur Executiones; & quia interea, dum Licentia expediretur, damnum Communitates paterentur, quæ corroboratio, licet perſuadeat, non tamẽ omnino cõcludit; & ideo ad ſupradicta, cum caſus euenerit, recurrendum eſt. Fateor rem eſſe dubiam, & in dubio ante factum, ſi locus eſſet, conſulerem, vt licentia pateretur, poſt factum vero hanc opinionem defenderem. Hoc tamẽ certo ſcio, quod qui ad ſoluẽdos dictos reditus, deficientibus propriis Collectam imponerent, nullam pœnam, & maxime dictarum legum Regiarum, incurrerent.

28 Nam cauſæ tam iuſtæ, & tam† coloratæ, à pœna excuſarent, *ex tex. in l. igitur, §. cauſa, ff. de liberali cauſa*, & ex Barto *in l. 1. §. non autem, ff. ſi quis teſtamento liber eſſe iuſſus fuerit*, & cum pluribus notat late Menoch. *in tract. de recuperand. vel retinend. poſſeſſion. remed. 3. à nu. 48. cũ ſequentib.*

29 Et id† amplius apparet, quia Iudices, qui Collectam denegarunt Ius defenſæ alienationis, aut perpetuæ Locationis in bonis publicis Cenſui ſubiectis, (cum Regia facultate ad ſoluendum reditus dictos) conceſſerunt, quod etiam abſq; ſpeciali Regis licentia in alio caſu fieri nullo modo poterit. Sed de his hactenus meum interpoſui iudicium, vos cogitate.

30 Quarta† concluſio. Communitas, aut Vniuerſitas intra tria millia marapetinorũ ad ſuas neceſſitates publicas ſubleuandas, poteſt Collectam imponere, ita probat *d. l. 1. cum d. l. 25.*

Aduertendum tamen† eſt, quod ad hoc, vt dicta Collecta poſſit imponi, eſt neceſſarium, quod conſtet, Ciuitates non habere propria & Burſam communem, ex qua & quibus poſſit ſuccurrere dictis neceſſitatibus. Ita probant dictæ leges. 31

Nec† ſi Ciuitas habeat prata, exitus, vias, aut campos publicos, ex quibus nihil commodi in communi percipit, dicetur habere propria ad excuſandam Collectam, cum hæc nec fructificent, nec poſſint alienari. Ita eleganter notat & aduertit Ægidius Thomaſius, *in ſuo tractat. de collectis, cap. 14. nu. 1. & 2.* Igitur ad hoc, vt Ciuitas dicatur habere propria, debet habere fructus & obuentiones bonorum propriorum decurſas, vel bona, quæ locentur aut locari poſſint, non bona, quæ nec poſſint, nec ſoleant locari, imo etſi haberet propria, non tamen reditus decurſos, nec qui de proximo deberent decurrere, & ex quibus, niſi ea vendendo, non poſſet ſuis neceſſitatibus ſubuenire, non diceretur habere propria, & poſſet imponi Collecta, ex Thom. *vbi ſupra*; quia nihil & inutile æquiparantur, *ex l. quoties, ff. qui ſatiſdare cogantur, & ex capit. 1. de translatione Prælatorum.* Et quia bona immobilia non debent vendi, ſi alio modo ſuccurri poteſt publicæ neceſſitati, ex notatis *in l. magis puto, ff. de rebus eorum.* 32

Notandum† præterea eſt, quod, *ex d. l. 25.* quando Ciuitas aut Communitas habet Vicos ſibi ſubiectos, non poteſt imponere in locis Ciuitatis & Vicorum, maiorem Collectam, quam trium millium marapetinorum, niſi Vici ſoleant cõtribuere per ſe, & Ciuitas per ſe; tunc enim quodlibet corpus de per ſe poteſt imponere dictam integram Collectam, prout declarant Auend. Auil. & Acebed. ibi. 33

Sed in hoc† iam de conſuetudine non ſeruatur dicta lex, imo quilibet Populus aut Communitas etiamſi aliis ſit ſubditus aut ſubdita, poteſt dictam Collectã integrã imponere, ꝓpriis deficientibus, alias ridiculũ eſſet, diſtribuere tria mil- 34

millia marapetinorum inter tantos, & quod nihil aut pene nihil alicui cederet, & conſuetudo etiam ſolum decennalis leges declarat, ſcripturas & priuilegia, vt eſt tex. *in cap. cum dilectus de conſuetudin.* vbi Anton. Abb. & cum Bartol. Innocent. & aliis infinitis late Ludo. de Molina, *lib. 2. de Hiſpanorum primogen. c. 6. à num. 58. cum ſequenti.*

35 Ex quęſtio. infertur † adducta in quęſtione præcedenti, ſcilicet, quod reſolutio mea abſque dubio eſſet vera, ſi probaretur Conſuetudo collectãdi pro reditibus decurſis, ex Cẽſu impoſito, cum licẽtia Regali, abſq; noua licentia. Nam hæc Conſuetudo declarabit diſpoſitionem generalem dictæ leg. 1.

36 Aduerte etiam † ad dictas leges & noſtram concluſionem, ne decipiatis, Lector amice, quod etſi Auenda. *in d. cap. 14. num. 4.* & Mexia, *in pragmatica qua taxa panis concluſione, 1. num. 63.* dixerunt, quod tria millia marapetinorum, poſſunt imponi à communitate per viam Siſæ, tamen hæc opinio aperte eſt cõtra generalitatem, *l. 16. tit. 8. libr. 9. Recompilat.* quæ prohibet imponi Siſas, ſine expreſſa licẽtia Regia, nec obſtat, quod dicta millia poſſint diſtribui per viam Collectæ: nam aliud eſt Siſa, aliud Collecta, & licentia ad vnum, non extenditur ad aliud, vt ꝓbatur ex multis ſimilibus congeſtis per Octauianum, Simon. Celſum, *in tractat. de Decretis, lib. 1. tit. 1. num. 92. cum ſequent.* & per Autel. Corbulum, *in tract. ex quib. cauſ.* dico, inquam, *in tract. de cauſis, ex quib. Emphyteoſis, tit. de cauſa priuationis, ob alienationem, q. 7. per totam,* & in terminis licentiæ Regiæ, non extendibilis, de vno ad aliud, etiam maiorẽ rationem habentis, late Lud. de Mol. *lib. 4. de Hiſpanorum primogen. c. 5. à num. 10. cum ſequentibus,* & eſt text. elegans, licet vulgaris, *in l. ſi pupillorum, §. & ſi Prætor. ff. de rebus eorum.* Vbi data Licentia ad vendendum, non extenditur ad pignorandum; etiamſi minoris præiudicii ſit. Nec obſtat, quod dicunt de paruo præiudicio, & de eadẽ ratione: nam *d. l.* dicit, quod Licentia eſt ſtricti Iuris, & non extenditur ad caſus eandem, vel maiorem rationem habentes, etiamſi ſint parui iudicii, eſt & communis reſolutio Alex. & aliorum, vt per Molin. *vbi ſupra*: Quibus confunditur dicta opinio, quam nunquam vidi, nec audiui practicatam, nec eam ego practicarem.

Tandem etiam † notandum eſt, quod, 37
licet Vniuerſitas poſſit Collectã trium millium marapetinorũ imponere, non tamen in vno anno poteſt imponere pluſquam vna vice, alias daretur occaſio fraudibus. Et ita practicatur.

Et quando Ciuitas Collectam impo- 38
nit, non eſt neceſſaria Licentia Iudicis, *ex d. l. 1.* licet in Conſilio Iudex debeat aſſiſtere. & ita notat Olanus, *in Antinomiis ad Villabos, litera. V. nu. 15.* quando vero Vicus imponit, neceſſaria eſt licentia Iudicis, vt conſtat, *ex l. 2. tit. 6. lib. 7. Recompil.* & notat Auend. *vbi ſup.* & Acebed. *in d. l. 25.* nec contra dicit Guido Pap. *q. 80. n. 9. & 106. per totam,* ſolũ enim dicit, quod Vniuerſitas de Iure, ſine Licentia Iudicis, non poteſt ſe congregare, ſed poſtq̃ eſt congregata, bene fatetur, quod pro ſuis neceſſitatibus poteſt imponere Collectam, ſine Licentia Iudicis, licet dicat in ſua patria de Conſuetudine non poſſe, ſed in hoc Regno intra tria millia marapetinorum cõceſſa eſt Vniuerſitatibus licentia Collectandi. Et ſic non erit neceſſaria Iudicis licentia, ex eodem, ibi.

Quinta † concluſio. Vniuerſitas ad 39
ſoluenda Salaria Cuſtodum montium, & nouarum plantarũ, poteſt Collectam imponere, *ex l. 5. tit. 7. lib. 7. Recomp.* notat Aceb. *in d. l. 25. nu. 5.* & intellige, quod *d. l.* procedit, non ſolum quando imponitur aut datur Salarium, pro nouis plantis conſeruandis; ſed etiam quando datur pro cuſtodiendis montibus, & defenſis antiquis. Et ita probat *dict. lex.* Et ita practicatur.

Sexta concluſio. Iudex nullatenus po- 40
teſt imponere Collectam, nec dare Licentiam collectandi, *ex d. l. placet, C. de excuſati. munerum, lib. 10. & ex d. l. 1. C. de ſuper ind. eodem lib.* & notat Franciſ. Marcus, *deciſ. 615. nu. 5. part. 1.* Auil. *in c. Prætor. cap. 8. verbo, Repartan.*

Quæ concluſio fallit, quandocunq; 41
lis

tis pendet coram aliquo Iudice, & Vniuerſitas non habet bona, ex quibus expendere poſſit in litis proſequutionem; tunc enim Iudex cognito de cauſa, poteſt dare licentiam Collectā imponendi, pro expenſis neceſſariis; quia Iudex cauſæ principalis eſt, etiā incidentis, & ſi alias ad eam eſſet incompetēs, ſi principaliter adderetur, *ex l. quoties, C. de iudicus, & ex l. cum Prætor, ff. eod. tit. & ex l. 1.* vbi omnes notant, *C. de ordine iudiciorum*, notant Dd. *in l. nulli, C. de iudiciis*, & Menoch. *d. q. 45. & 46.* & quia cauſa cōmiſſa cenſetur, omnia ad expeditionē neceſſaria cōmiſſa cenſentur, *ex l. 2. ff. de iuriſd. omnium iudicum*, vbi Alexan. & omnes, etiamſi ſint mixti imperii, & alterius Iuriſdictionis, *ex l fin. ff. de offic. eius, cui mandata eſt iuriſdictio*, & ſic communiter practicatur, & in Tribunalibus ſupremis, quando in eis pendet aliqua lis inter Communitates & alios, ſemper dantur Reſcripta, quæ vulgo, *Prouiſiones* appellamus, ad imponendum Collectam, & Iudices nobilitatum, vel qui de cauſis nobilitatis cognoſcunt, quotidie dant ad petitionem Fiſcalis, vel Communitatis, vt notat Ioann. Garzia, *in d. tract. de Nobilitate, gloſ. 22.* & ſi dicatur, quod eſt ſpeciale in eis de Conſuetudine, vt in Dominis de Parlamento Delphinali dixit Guido Pap. *q. 44. num. 2.* replicatur, quod non conſtat de ſpecialitate, & etiam alii Iudices dare ſolent, nec hoc contradicit dictæ l. 1. quæ non loquitur de Iudicibus in hoc caſu, ſed de Vniuerſitatibus.

42 Fallit ſecundo, quando † Iudex procedit ad Executionem ſententiæ, aut inſtrumenti cōtra Vniuerſitatem; tunc enim, ſi nō habeat propria, nec Burſam cōmunem, cogitur imponere Collectā; tunc Licentiam poteſt dare; quia hic eſt actus neceſſarius, & in conſequentiam Officii & Executiones. Vnde tunc ſuo Iure vendicat poteſtatem collectandi, & ita ꝓbat gl. ꝗ in his terminis loquuta eſt, *in d. §. quod ſi nemo*, quam Bald. Paul. & omnes ibi ſequuntur, Bartol. & Auctores, *in d. §. Actor.* Guid. Pap. *d. q. 86.* Rebuff. *vbi ſup.* Rol. *conſ. 66. lib. 1. & 64. libr. 2.* & Burſat. & Ojaſ. *vbi ſup.* & melius Bald. *in d. l. etiam, C. de Executione rei iudicatæ.*

Septima Concluſio. Ciues † aut Incolæ ſe congregando & ſe obligando, per viam Pacti & Conſenſus, poſſunt Collectam inter ſe imponere: nam hæc non eſt proprie collecta iuriſdictionalis, ſed eſt quidā contractus, in quo plures ſunt obligati ad ſummam, quæ pro rata illis peræquabitur. Et hanc concluſionem tenuit ex profeſſo Guid. Pap. *q. 631. nu. 3.* & eā viſus eſt etiam approbare Bald. *in d. l. etiam, col. 3. in medio*, & Auend. *in d. cap. 14. nu. 7.* Acebed. *in d. l. 25. num. 5.* Salazar, *in tract. de vſu & conſuetud. c. 2. nu. 3.* 43

Et licet † in praxi, de ea aliquādo dubitetur, ne fiat fraus dictæ legi 1. tamen nullam ego inuenio rationem dubitandi. Quilibet enim in re ꝓpria eſt moderator & arbiter, *ex vulgari l. in re mādati, C. mandati*, at vero duo, tres aut quatuor ꝑ viam cōtractus poſſunt ſe obligare ad dandum aliquid alicui, & poſt diſtribuere ſolutionē inter ſe; quia de rebus ſuis diſponunt. Igitur etiam ſe poterunt obligare decem, centū, & amplius, & poſt diſtribuere inter ſe. Ergo etiā omnes Ciues & Incolæ. Et ſic intentū nacti ſumus. 44

Eſt tamen verum † quod Collecta ſimilis non poteſt imponi, non conſentientibus ex Bald. *vbi ſupr.* & notat late Præſes Theſaurus, *deciſ. 257. nu. 4.* & Celſus, *conſ. 92. nu. 3. & conſ. 34. nu. 40.* 45

Ex † quibus infertur, quod ſi Communitas particularis conducit Medicum, quod inter obligatos & conſentientes poteſt imponi Collecta; quia obligando ſe pro ſolutione Salarii tacite eam conſenſerunt, abſq; vlla Regia Licentia, & ita notat Auend. *d. c. 10. n. 9.* 46

Infertur † etiam, quod Parrochiani, aut Cōfratres alicuius Confratriæ, vel alii de aliquo Collegio approbato, poſſunt ſe congregare, & ad aliquā neceſſitatem Collectā inter conſentientes imponere; quia hæc non eſt proprie Collecta, ſed pactum; & ita tenet Salazar, *vbi ſup.* Gutier. late Allegatio. 10. Caſſan. *in conſuetud. Burgundiæ, Rub. 13. §. 6. gloſ. deportem.* Ioan. Garz. *in ſuo tract. de expenſis & meliorationib. c. 13. nu. 46.* 47

Octa-

48 Octaua † concluſio. Vniuerſitas, exiſtente vrgentiſſima neceſſitate, & in mora periculum, poteſt Collectam imponere, abſque licentia Regia tenet Auend. *d.c.14.nu.8.* Acebed *in d.l.25.num.5.* Mexia, *d.concluſ.1.n.62.* Hanc concluſionem nunquam practicari vidi, nec audiui, & eam non practicarem, niſi omnibus remedijs poſſibilibus excogitatis & exequutis, & eis nõ ſufficientibus, tunc enim ob neceſſitatem præciſam, receditur à regulis iuris. Communis neceſſitas enim legem non habet, *vt ſupra dicti dicunt.*

49 Interim, antequam † tranſeamus ad aliam concluſionem, aduerte ad dicta in concluſione. 6. quod etiamſi Villa, aut Communitas habeat propria, non vendibilia, & ex quibus nullus reſultat reditus in communi, vt ſunt exitus, defenſæ, campi publicæ, poteſt Iudex, qui procedit ad Executionem ſententiæ, aut inſtrumenti, cogere Collectam imponere quia in his bonis non poteſt facere Executionẽ, vt cũ Speculatore, Gregor. & alii notat Auileſ. *in c.30. Prætor. verbo, gratias, num 3. in fin.*

50 Nona concluſio. Domini † Vaſallorum, prout ſunt Duces, Marchiones, Comites, & alii inferiores in his Regnis, nec poſſunt Collectam imponere, nec dare Licentiam collectandi: quia non habent Regalia. ita eleganter Curtius Iunior, *conſ.74.nu.1.* & Bald. *in l. cum mulcta, C. de bonis quæ Liberis.* Alex. *conſil. 144. lib.2.* Rebuff. & alii *in l.1. C. de ſuper in d. lib.10.* Et eſt cõmunis reſolutio, vt per Matthæum Weſembecium, *conſ.27. nu. 27. & 28. cum ſequentib. lib.1. & conſ.41. per totum lib.2.* Ioan. Garz. *in tractat. de expenſis & meliorationib. c.12. nu.64.*

51 Fallit † tamen, niſi ipſi Domini eſſent in conſuetudine collectandi, aut dandi tales licentias, à tempore immemoriali: nam tanto tempore regalia præſcribere poſſunt, & ita eſt communis reſolutio, vt per Iulium Clarum, *libr.4. ſententiarum, §. Feudum. q.2.* & per Fiſcar. & Villalobos, *in ſuis communib. libr. 4. titul. 9. à numer.7. cum ſequentib.* & cum Socin. Ruyn. & aliis Ioan. Borta, *conſ.87. nu.38.* Rip. *in d. §. Actor, nu.19.* Pariſ. *conſil. 25. nu.1. lib.1. Deciſio. Peruſin.43. nu.4.* Ioan. Garz. *vbi ſupr.* Et hoc non eſt per dictas Regias immurarum, quippe qui ſolum loquuntur de Vniuerſitatibus. Et ita video in praxi iudicari.

Simile † videmus, quod, licet Domini Vaſallorum de Iure non poſſunt dare Licentiã ad alienanda propria Conciliorum, ſi tamen exiſtunt in conſuetudine dandi tales Licentias à tempore immemoriali, valent tales Licentiæ, vt in terminis notat Auenda. *in 1. par. mandatorum Regalium, c.12. n.24.* 52

Decima & vltima † concluſio. Collegia & Artes, pro neceſſitatibus ſuis ſpectantibus ad artificium illius Collegii, poſſunt indicere Collectam, vt per Fely. *in c. eum omnes, n.6. de Conſtit.* Soci. Iun. *conſ.38. num.8. lib.1.* Feſtaſius, *in d. tract. de Extimo & Collectis, 2. part. cap.2. n.16.* quod intelligo conſentientibus omnibus illius Collegii, aut inter conſentientes tantũ, non inter alios, alias Collegia haberent iura Regalia, quod falſum eſt, licet ſi exiſterent in conſuetudine immemoriali ſic faciẽdi, poſſet eorũ poteſtas defendi, quod pro nunc cogitãdum relinquo. Et ſic finitur dicta pars prima. 53

Sequitur §. 2. De his, quibus Collecta imponi poſſunt, & pro quibus Bonis.

Prima concluſio. Collecta † imponi poteſt & debet Incolis & Subiectis ratione Iuriſdictionis. Ita probat tex. *in d.l. vnica, C. de mulierib. & in 1. loco lib.10. & in l. Reſcripto, §. fi. ff. de munerib. & honori. & in d. §. patrimoniorum,* & ita tenent ibi Bart. & Dd. Bald. & alii, *in d.l. placet.* Socin. Iun. *conſil.74. nu.24. lib.4. & conſ.3. nu.21. lib.2. & conſ.7. num.2. lib.2.* Alex. *conſ.68. num.1. lib. 2.* Ampliatur primo hæc concluſio, vt procedat, vt non ſolum Incolis & Vicinis poſſet imponi Collecta ꝑ bonis, quę poſſident in loco Domicilii, ſed etiam pro his, quæ extra Domicilium poſſident, ex Bart. *in d.l. vnica, col.3. n.21.* quem ſequitur Ruynus, *in conſ.111. lib.5.* & communẽ dicit Bellacomba, *lib.4. commun. opinion. ti.59. n.14.* ſequitur etiã Bart. Soci. 54

conſ.302.num.4.lib. 2. & Ioan. de Amicis, *conſil.8.nu.11.* Corneus, *conſ.333. lib.1.* idem Corneus, *conſ.22.li.1.& conſ. 202.nu.5.lib.2* licet contrarium voluerit Ægidius Thomaſ. *in tract. de Collectis, cap.12. a num.11. cũ ſequentib.* Sed concordantur opiniones, ſcilicet, quod prima procedit, quando Superior imponit Collectam. Secunda vero, quãdo imponit ipſa Ciuitas, vt voluit Bartol. *in d.l.vnica*, quem omnes, *vbi ſup.* ſequuntur. Sed ego priorẽ opinionẽ ſaltem in bonis mobilibus; (*nam de immobilibus infra, Deo volente, dicemus*) abſque diſtinctione veram exiſtimo. Nam bona perſonam ſequuntur, cum Acceſſorium naturam ſequatur ſui principalis, *ex regu. Acceſſorium*, & ibi late Anchar. *de regul. iur. in 6.* Et dictam diſtinctionem non inuenio Iure fultam, nec obſtat. *leg. fin. ff. de iuriſdict. omnium iudicum*, vbi extra Territorium Iuſdicenti impune non paretur. Nam in præſenti caſu; cum perſona ſit Iuriſdictionis, ita erunt eius bona. Simile videmus in actione Reali, quæ licet dirigatur contra rem ipſam tantum, ſi tamen perſona, quæ eã poſſidet, ſit vnius Iuriſdictionis, licet ipſa in aliena Iuriſdictione exiſtat, poteſt intentari coram Iudice Domicilii, vbi perſona exiſtit, *vt in l.fi.C. vbi in rem actio.* & ibi Bald. Saly. & auctores.

56 Hæc tamen † ampliatio non procedit, vbi quis in loco, vbi ſũt bona omnes Collectas, quæ in illo loco imponuntur, ſubiit, tunc enim non poterit pro illis bonis collectari, in loco Domicilii, vt Bartol. Corne. & alii, *vbi ſupra*, voluerũt, nam non debet quis collectari pro eiſdem bonis in duobus locis, vt per Bart. Plat. *vbi ſupra*, Pariſ. *conſ.25. lib.1.* Hæc tamen declaratio non poterit practicari in bonis mobilibus, cum ſolum ſoleant collectari in loco Domicilij, imo, in multis partibris de conſuetudine non collectantur,

57 Habebit † tamen locũ, quando quis eſt duorum locorum Incola & Vicinus, tunc enim in quolibet loco, vbi eſt Vicinus, poterit Collectari pro bonis, quæ ibi habet, vt fit de conſuetudine., & eſt text, *in l. Labeo, ff. ad municipales*, & plures auctoritates cumulat Burgos de Paz *in repertit. leg.3. Tauri, 1.par. concl.3.n.518.* Petrus Gregorius Toloſan. *in ſuo Syntagmate iuris. 1.par. li.3. c.18.n.6.* Thomaſ. *in dict. tract. c.10.num.11.*

58 Secundo † ampliatur, quod non ſolum poſſit imponi ipſis Incolis pro bonis immobilibus, ſed etiam pro bonis immobilibus, ſiue conſiſtentibus in pecunia, ſiue in mercibus, ſiue in aliis rebus ita notat Luc. de Penna, *in l.3. C. de Fundis limitrophis, lib.11. & in l.2. C. de prædiis nauiculariorum, eodem lib.* Roland. *conſil.06.n.18 lib.1.* Ioan. de Amicis, *conſ.22.n.5. & conſil. 8.* vbi late Ægidius Thomaſius, *in dicto tract. de Collectis, cap.16. per totum*, Nicolaus Feſtaſ. *in dict. tract. de Extimo & Collectis, 1. par. cap.1.nu.22.* qui omnes concludunt, quod ad petitionem Exactorum, ſi petatur, cogitur quis medio iuramento ſua bona mobilia patefacere & regiſtrare, *ex l.11. Cod. quando & quibus, 4. pars debeatur. lib.10.* notat Barto. *in l. per ſingula. C. de diſcurſoribus, lib.10.* Thomaſius, *in d. tract. c.13. num.16.*

59 Hæc tamen † ampliatio declaratur primo, vt non procedat, quando in loco eſt cõſuetudo ſoluendi Collectam ſolũ pro immobilibus, & nõ pro mobilibus, tunc enim ſeruanda eſt Conſuetudo, & non poterunt mobilia regiſtrari, vt eleganter notat Nicolaus Feſtaſius, *in dict. tract. de Collect. 1. par. c.1. nu.15.* & in modo Collectandi, & diſtribuendi Collectas, ſemper ſeruandus eſt mos & conſuetudo, vt late notat Ioan. Cephal. *conſ.515. n. 1. li.4.* & Ioan. de Amicis, *dict. conſi.8. per totum*, & de conſuetudine in modo collectandi. Aluarus Velazquez, *in tract. de iure Emphyteotico, q.17. nu.275.*

60 Tertio ampliatur, quod † etiam Incolis Mercatoribus pro ipſis mercibus poſſit imponi Collecta *ex leg. filii, §. vltimo, ff. ad municip. & ex leg. munerum, § patrimoniorum, ff. de muner. & honor. & ex leg. forma, §. in ſeruis, ff. de cenſibus, & ex leg. fin. C. de Immunita. nemini concedenda, li.10.* & per locũ ab ſpeciali facit, *l. negotiatores, C. de excuſat. mun. lib. decimo*, & hanc opinionem cum Bart. Plat. Annib. Luca de Penna, Parpal. Corn. Vvalden. Rolan.

de Valle & aliis, communem dicit Iacob. Menoch.*conſil.9. lib.1.per totum*,vbi late quæſtionem diſputat: & hanc opinionem tenet,licet contrariam ex æquitate defenderint, Alciat.*conſil.263.libr.2.* & Alban. *conſ.38.per totum*,quorum opinio; licet æquitatem quandam præſeferat, nec in puncto Iuris defendi poſſit, nec in praxi ſeruatur, nec eam vnquam ſeruare vidi: alias mercatores,qui vt in pluribus, nō habent alia bona,quā merces, de facili Nobiles fierent, & defraudaretur Fiſcus Regius a ſuis Collectis,& Tributis.

61 Quarto † ampliatur, quod etiam Incolis; Venatoribus, Piſcatoribus, & quibuslibet aliis artificibus, pro iſis artificiis, & negotiationibus,dummodo Incolæ ſint, ſecluſa conſuetudine contraria, Collecta poſſit imponi, vt notat Lucas de Penna, *in leg. 2. quæſt. 11. Cod. de quibus muneribus nemini ſeliceat excuſare, libro decimo*,& Rolan.a Valle,*conſil.66. a num. 22. cum ſequentibus.li.1.* Thomaſ.*in dict. tractat.capit.11.num.19.& cap.14.num.2.& 3.*

62 Aduerte † tamen, quod licet Roland. *in dicto. conſil. 66.* ex Luca de Penna, *vbi ſupra*, dicat, quod Exteri, qui morantur in Ciuitate, ſi habeant merces vel artificia; in illa Ciuitate & ibi negotientur & lucrentur; ibi debeant collectari, & quod, qui colligit fructus in Ciuitate,in qua eſt Vicinus,ſi eos differat ad aliam partem, & ibi vendat, debeat etiam pro eis collectari in vtroque Loco, vt dicit Lucas de Penna, *vbi ſupra, quæſt. 15. & 16* Tamen ego dictam opinionem nunquam vidi practicari contra eum, qui Vicinus non eſt,nec in his Regnis practicaretur: nec Lucas de Penna eam opinionem probat, qui; vt dicere eſt, loquitur in eo,qui vel eſt Vicinus in duobus Locis; vel,etſi expreſſe non ſit receptus pro Vicino, opera tamen vicinitatis facit; quia onera ſoluit, & paſcuis, abſque pretio, & aliis Vicinorum commoditatibus gaudet; & Domum & habitationem longam, vt Vicinus habet. Hic enim,vt Vicinus, ex tacito conſenſu Populi iudicatur, *nec lex filii,§.fi.ad municipales, & leg.fi.§.patrimoniorum,ff. de muneribus & honor.* Hanc opinionem probant;quia leges illę ſolū loquuntur in Fœneratoribus, qui; quia odioſi ſunt, debēt Collectam ſoluere in Loco, in quo negotiātur. Et ita declarat Thom *in d.c.11.num.19.*

Quinto † ampliatur,vt etiam mari- 62
tis Vicinis, pro bonis vxorū vſufructua-
riis:pro bonis vſufructuādis Emphyteo-
tæ,pro bonis Emphyteoſis,etiamſi Em-
phyteoſis ſit Eccleſiæ, & Libellariis &
Cenſuariis poſſit imponi Collecta pro
rebus ipſis,deducto Onere,quod ſoluūt
Domino directo; quia habēt Ius in iure
& quodāmodo Domini ſunt,ita late no-
tat Ægidius Thomaſius; *in dict. tract.de
Collectis c.10.a num.36.& 37.cū ſeqq.* Nicol.
Feſtaſ.*in d.tract.de Extimo.& Collect.2.par
cap.4.a n.43.cū ſequent.* notat Pariſ.*cōſ.25.n
97.l.1.*& eſt Cōmunis ſecundū Emanue-
lē Xuarez, *lib.4. comm. opin. tit.,9.nu.2.*&
Aluarum Velazquez,*in tract.de iure Em-
phyteotico, quæſt. 17. a nu.27.*& facit tex.*in
l.litib.de Agricolis & Cenſitis, lib. 11. & l.ſi
pendentes, §.ſi quid Cloazarii; ff. de vſufru-
ctu*,notat. *deciſio Pedemontan. 83.* nota et-
iam Ioan.Garz.*in tractat.de expenſ.& me-
liorat.c.12.num.62* Rip. *lib. 2. reſponſorum,
reſponſ.72.num.17.de reſcriptis*, & cum Fe-
derico de Senis, Archidiacono, & aliis,
cōmunē dicit Villalobus, *in d.tract.com-
mum.omnium opinionum, d.ti 39.a n.1.*& ibi
Bellacomb. *n.4* & dictus Xuarez, *n.10.*
& Aued. *in d.c.14.n.33.*& Iulius Clarus,
verbo, Emphyteoſis, quæſt.46. Et hi omnes
idē † exiſtimant in Legatario Herede, 63
Fideicōmiſſario, Fiſco, Creditore poſſi-
dente per primū & ſecundum Decretū.
& in aliis omnibus, qui quodammodo
habent Ius in re,& pro ſuo poſſident,vt
eſt conductor ad lōgū tempus,nō habe-
bit tamē locum. Hæc ampliatio, ſi con-
ſuetudo † ſit in contrarium, ſcilicet; 64
quod dicta bona nunquam fuerint Col-
lecta & Extimata. Intelligendum ta-
mē eſt: quod debuit eſſe factus liber Ex-
timi, & in eo nunquam deſcripta dicta
bona,alias nunquā ex ſimplici non vſu
diceretur inducta conſuetudo, maxi-
me in locis, in quibus ad Collectas bo-
na non.

Collecta omnibus imponi poſſet: intelligerem etiam hoc verum, quando delictum eſt per ipſam Vniuerſitatem factū, vel per Rectores, conuocato Conſilio & in forma ſolita: tunc enim debitum erit Vniuerſitatis, & cum licentia Regia omnes poterunt collectari, ſi vero delictum Vniuerſitatem non tangeret: ſed ſolum intereſſe, & commodum particularium nonque Vniuerſitas congregata fuiſſet in forma ſolita, tunc Incolæ omnes non poterunt collectare: ſed ſolum culpabiles, & conſentientes, & ſi à Rege peteretur licentia, aut eſſet impetrata non conſentientes, poſſent eam contradicere & obtinerent, vt eſt gloſſ. *in l. aliud. §. refertur. de reg. iur.* & cum infinitis Maſcard. *in tractat. de probat. part. 3. concluſione. 1415. per totam*, Menoch. *in tractat. de recuperan. vel retinend poſſeſſ. remed. 9. a num. 123.* eleganter Corneus, *conſ. 224. num. 13. lib. 4.* & Aceb. *ad Curiam Piſſanam. lib. 4. cap. 3. a nume. 3. cum ſequentibus.* Vbi etiā de collecta loquitur, & allegat Ojaſcum, *vbi ſup.* Thom. *c. 14. num. 21.*

86 Quinto limitatur, vt ſi † Collecta imponatur alicui Ciuitati, vel Villæ vel eius Incolis, non ideo poſſint collectari Incolæ iuriſdictionis, niſi expreſſe dicatur, aut ex coniecturis conſtet, vt eleganter notat Ioan. Philippus, *conſil. 11.* quod iam in praxi contigiſſe vidi. Et ſic conſultum fuit.

87 Sexto limitatur, vt † eſt ſuper modo collectandi facta conuentio, ex aliqua iuſta cauſa inter Incolas & Vniuerſitatem, non poſſit imponi Incolis, vel aliis vltra modum & quantitatem conuentam, ita notat & declarat Feſtaſius, *in d. tractat. 3. part. capit. 2. a num 9.* Thomaſ. *in dict. tract. cap. 11. num. 27.* & notat Bart. *in l. fi. C. de Annonis & Tributis. lib. 10.* Ojaſ. *deciſ. 90. a nu. 8.* Nenzanis, *conſil. 60. a num. 18.* & quidam Communiſta, *in tractatu communium opinionum, lib. 1. tit. de legibus, num. 213.* Et licet hæc limitatio in conſuetudine certo modo collectandi, vera ſit, vt per Bart. *vbi ſupra*, in pacto vera non eſt, *ex leg. vacuatis*, & ibi notatis. *Cod. de Decurionibus, libr. decimo*, nec in his Regnis vllatenus admitteretur in præiudicium Regis, aut populorum: ſed ſolum in præiudicium ipſorum paciſcentium, *ex gl. in dict. leg. vacuatis.* Et de hoc nullatenus eſt dubitandum.

Septimo limitatur, vt patri & † filiis 88
in poteſtate, non poſſit imponi plus quam vna Collecta; quia non iudicantur, vt plures, ſed ſolum vt vnus Incola, & vnus Tributarius, vt concludit Thomaſ. *in dict. tract. cap. 10. nu. 38.* allegat text. *in leg. cum facultates, Cod. qui numero liberorum ſe exenſant, libr. 10.* & idem ſi filii mortuo patre indiuiſam hereditatem poſſideant, ſecus ſi diuiſam, vt per eum ibi in fine, & notat Auile. *in capitulis iudiciū Syndicatus, cap. 8. verbo, ley*, & Aceb. *in dict. leg. 25. tit. 6. numero 6. libro tertio.* Et ſic practicatur.

Octauo limitatur, vt etiam † plures 89
ſocii, niſi ſint ſocii omnium bonorum, non ſit vnus Incola, & vnus Tributarius, ſed plures, & nō poſſit Collecta cuilibet inſolidum indici, ſed cuilibet pro ſua parte, vt per dictum Ægidium Thomaſ. *in dict. tract. cap. 10. num. 36.* hodie tamen ex generali conſuetudine in diſtincte, etiamſi ſint ſocii omnium bonorum, ſunt plures Tributarii, vt & plures Incolæ; & cuilibet indicitur ſua Collecta per ſe, ne alias fraus fiat, vt conſtat, *ex d. l. 11. titul. 10. lib. 5. Recompilat. in principio.*

Secunda concluſio. De † iure com- 90
muni non poteſt imponi Collecta Forenſibus, ſcilicet, alterius Loci Incolis, etiamſi poſſideat bona mobilia, vel immobilia in loco, vbi imponitur Collecta ita probat text. *in dict. l. reſcripto. §. fin. ff. de munerib. & honori. & leg. cum nec, C. de Incolis, lib. 10. & leg. munerum, §. patrimoniorum, ff. eod. tit. de munc. & honor. & l. libertis, §. ſola, ff. ad municip.* & notat Thom. *in d. tract. cap. 2. num. 8. & cap. 11. num. 13.* Socin. Iun. *conſ. 33. lib 3. & conſ. 49. libr. 1.* & Feſtaſ. *in dict. tract. part. 2. & 3. per totum*, Bart. *in dict. leg. vnica, & in dict. §. fin.* Roland. *conſ. 32. num. 6. lib. 1.* & alij infiniti, quos recenſent, Gabriel, *libr. 6. ſuarum concluſionum, tit. de iure Immunitatis, concluſione. 2.* Acebed. *in dict. l. 25. a nu. 1.*

Quæ concluſio † ampliatur primo, 91
vt procedat non ſolum in muneribus

vero mete Realia non iudicarunt, aduertentes, quod munera, quæ non participant de labore perſonæ, ſed ſolum de expenſa Partimonii, nullam mixturam perſonalium habeant: non etiam aduertentes, quod IuriſConſultus, *in dicto §. finali*, patrimonialia munera in duplici differentia conſtituerit, aliaque imponuntur Incolis, propter res, prout ſunr Collectæ; alia vero, quæ rebus ipſis, duntaxat, & prima non imponuntur Forenſibus, altera vero ſie, & appellantur mere Realia, quæ ſunt Cenſus aut Tributa certa rebus aſſignata, videlicet, tantum pro qualibet te, aut iugatione, aut capite vel in tritico, oleo, hotdeo, aut pecunia, quæ vocabantur Canonicæ penſitationes, de quibus plures erant apud Romanos, vt perpetuum Gregorius; *vbi ſupra*, vel onera domorum, equorum, aut quadrigarum, qui hoſpitationes, angaria, perangaria & vereda vocabantur, & ſolas ipſas res reſpiciebant aufferendas à quolibet Poſſeſſore, ob publicam neceſſitatem, prout noſtris temporibus ſunr (*ellebas beſtias de guia, apoſentos de ſoldados, y hombres de armas*) vel etiam viæ aggeris, & alia, quæ prope fundos exiſtebant, & ſolam ipſorum vtilitatem teſpiciebant, prout hodie ſunt illa, quæ vulgo (*valladares, caminos vicinales, puentes por do ſe paſſa à las tales heredades, carreras, regueras,*) & alia ſimilia dieimus, quæ ſolum fundos ipſos reſpiciunt & non perſonas; quia ſine eis, vel in totum perirent, vel inutiles factæ eſſent. Et ab his non diſcrepant viæ, quæ iuxta domos ſunt, ſine quibus inutiles eſſent.

8 Alia veto † prima, quæ Incolis imponuntur, ſunt ea, quæ quotidie de nouo eueniunt, ad publicas neceſſitates ſubleuandas, incetta & variabilia, modo maiora, & quæ non certo onere rem afficiunt, quæ ſunt Collectæ, de quibus ſupra, & ea etiam, quæ ſolam vtilitatem Vicinorũ contingunt, nullaque ex ipſis, directa & principalis vtilitas, patrimoniis ipſis in ſe reſultat. De quibus late infra, Deo volente, dicemus.

Igitur, vt † concludamus, munera in tripliei differentia ſunt, Perſonalia, Patrimonialia, & Mixta. Patrimonialia in duplici, alia, quæ ſolum Incolis imponuntur, quæ nõ ita Realia ſunt, alia vero mere Realia, & noſtris hiſce tẽporibus. Mixta pene abolita ſunt, mere vero Realia, quæ certã aut determinatã præſtationẽ habeant, pauca aut nulla; niſi ex contractibus particularibus, per viã Cenſus perpetui aut redimibilis, aut per viam Feudi vel Emphyteoſis, vel alterius Annuæ præſtationis: Realia vero, quæ licet variabilia, vtilitatem rerum, duntaxat, reſpiciunt; aliqua ſunt, de quibus infra; *& in dicta lege, quæ ſunt munera, & in dicto §. Patrimoniorum*, & Bartolus, & Toloſanus, *vbi ſupra*. Solum vero magis communia ſunt Perſonalia & Realia incerta, quæ perſonis pro rebus inducuntur, de quibus in hoc Regno frequenter in actionibus Forenſibus agimus, & de quibus plures ex legibus huius Regni loquuntur & maior noſter erit ſermo. Quæ omnia notanda ſunt; quia totam materiã dilucidant & aperiũt, vt in proceſſu q̃ſtionis ſemper videbimus. His † ſupra notatis, 10 ad partem primam noſtræ quæſtionis deſcendendo, ſit prima † concluſio imponere † Collectam, eſt de Regalibus; 11 & ſolum Principem, non recognoſcentẽ Superiorem, ſpectat: aut quibus ipſe commiſerit per ſuam expreſſam licentiam, textus expreſſus, *in capite vltimo*, ibi, Angariarum, & perangariarum eſt extraordinaria Collatio, *& capite in titulo, quæ ſint Regalia, in vſibus Feudorum*, notat Vvaldenſ. *in tractatu de Collectis, numero tertio*, Baldus, *in lege, etiam, Cod. de Executione rei iudicat.* Corneus, *conſilio 333. numero 33. libro 1.* & cum eo Nicolaus Feſtaſius, *in dicto tractatu parte 2. capit. 2. num. 1.* licet ipſe etiam dicat eſſe Iuriſdictionis & Imperii. Sed prior eſt magis communis & verior opinio, vt per Matthæ. Weſembec. *conſil, 27. à num. 20. cum ſequentibus, libr. 1.* & eam ſequitur

ſequitur Socinus Iunior, *conſil. 98. à num.*
15. lib. 3. Menoch. *conſilio 32. num. 70. libr. 1.*
& ex noſtris Auendan. *in 2. par. Manda-*
torum Regalium, cap. 14. num. 1. & 2. & cum
Auilcſio, & aliis Acebed. *in leg. 25. num. 1.*
tit 6. libr. 3. Recompilat. Celſus, *conſil. 34. &*
29. Salazar, *in tract. de vſu & conſuetudine,*
cap. 2. à num. 2. & 3. & pro ea de iure com-
muni eſt text. expreſſus, *in l. placet, C. de*
Excuſatio. munerum, lib. 10. & in l. 1. C. de ſu-
per in dicto lib. 10. vbi Platea, Rebuff. & a-
lii, id confirmant, & de iure noſtro Re-
gio eam probat text. *in l. 1. tit. 6. libr. 1. Re-*
compil. & in l. 25. tit. 6. lib. 3. Recompil.

12 Secunda concluſio. Iure † communi
Vniuerſitates, Communitates & conſi-
lia Populorũ ad ſoluenda ſua debita, &
ad alias imminentes neceſſitates Com-
munitati, & eius Incolis poterant Col-
lectam imponere, abſque Regia licen-
tia, etiamſi nullam Iuriſdictionem ha-
berent, & id faciebant Rectores popu-
lorum Iudice præſente. Et hanc opini-
onem de Iure communi tenuit Bart. *in*
l. 4 §. Actor. ff. de re iudica. quem inibi A-
lex. Imola, Iaſ. Rip. & omnes ſcribentes,
ſequuntur, ipſe Bart. Paul. Albert. Bal.
& alii, poſt gloſſ. ibi, *in l. 1. §. quod ſi nemo,*
ff. quod cuiuſq. Vniuerſitatis nomine, tenuit
etiam idem Bartol. *in dicta l. vnica*, quem
Mauric. Rebuffus & alii ibi ſequuntur,
repetentes omnes, *in l. placet, C. de ſacro-*
ſanctis Eccleſiis, Baldus etiam, *in dicta l. et-*
iam, Vvald. *vbi ſupra, numero 2. & 3.* Feſta-
ſius, *dicto capit. 2. num. 8.* Ægidius Tho-
maſ. *in tractatu de Collectis, capit. 1. nume. 8.*
& cap. 12. num. 1. & idem Feſtaſius, *in dicta*
2. parte, capit. 4. à num. 45. Auendan. *vbi ſu-*
pra. num. 2. Guid. Pap. *deciſ. 87.* Burſ. *conſil.*
16. num. 29. lib. 1. Riminald. Iunior, *conſilio*
10. num. 16. libr. 1. Ojaſc. *in deciſ. Pedemont.*
95 num. 9. & nouiſſime Antonius The-
ſaurus Præſes, *in ſuis nouiſſimis Pedemon-*
tanis deciſionibus, deciſ. 257. à nu. 1. Omnes
iſti eam dicunt communem & veram
reſolutionem, & alios infinitos allegãt,
& etiam dictam gloſſam, *in dicto §. quod ſi*
nemo, quæ id non probat, ſed ſolũ, quod,
quãdo Ciuitas eſt debetrix & executa-
ta, & non habet propria, nec Burſam
communem, poteſt Iudex cõpellere ad
Collectam imponendam. Sed non ideo
Ciuitas id poterit propria auctoritate
facere, allegant etiam leges omnes, *C. de*
operibus publicis, quæ ſolum dicit, quod
omnes Incolæ tenentur ad conſtructi-
onem Murorum, pro modo & rata poſ-
ſeſſionum, ſed non dicit, quis imponet
Collectam ad Muros ædifficandos, *nec*
lex per Bithyniam, Cod. de Immunitate ne-
mini concedenda, concluſionem probat;
quia de imponenda Collecta, & à quo
imponatur, nihil dicit, ſed de obligatis
ad aggeres muniendos, pro modo poſ-
ſeſſionum, aut capitationum, de qua
obligatione controuertitur, quando
Collecta imponitur, etſi hæ leges con-
cluſionem probarent, omnes, qui de
modo contribuendi loquuntur, quę in-
finitæ ſunt, id etiam probarent, & cum
loquantur in omnibus Collectis volun-
tariis, & neceſſariis, indiſtincte ſeque-
retur, quod cum omnes ad eas obligen-
tur actu, poſtquam impoſitæ ſunt, & ha-
bitu ante impoſitionem, abſque vlla di-
ſtinctione & licentia, eas poſſet impo-
nere Vniuerſitas, quod falſiſſimum eſt.
Quare ſemper exiſtimaui dictam con-
cluſionem Iure non probari, & quod
vera non eſt: niſi, quando Vniuerſitas,
virtute alicuius inſtrumenti, eſt execu-
tata, & non habet bona, vnde ſoluere
poſſit: tunc Iudex cogit eam Colle-
ctam imponere, *ex dicta gloſſ.* quæ hoc
probat, & probat etiam Celſus, *conſilio*
92. numero 3. & conſilio 34. numero 40. &
Burſa. Riminald. & alii, *vbi ſupra*, & pro-
bant Iaſ. *num. 20.* Rip. *numero 26. in dicto*
§. Actor. & Caſſane. *in conſuetudinibus*
Burgund. in verbo, des iuſtices, Rubric. 1. §.
4. verſicul. & fur, numero 47. Sed tunc V-
niuerſitas non ſua auctoritate Colle-
ctam imponit, ſed ex licentia Iudicis,
de qua ſtatim verba faciemus, & repun-
gnant, *dicta lex 1. & lex placet*, de quibus
ſupra, quæ generaliter loquuntur.

Tertia concluſio. Quidquid † ſit de 13
Iure communi Iure noſtro Regio ea,
quæ de Iure communi ex auctoribus re-
lata ſunt, ſunt correcta, & Vniuerſitas
vltra tria millia marapetinorum, etiam
ad cauſas neceſſarias, non poteſt Col-

lectam imponere, abſque expreſſa licentia Regia, vt probat, *dicta l.1. & dicta l.25. titulo 6. libr.3. Recomplation.* & Auendan. Acebed. Auil. & alii Regnicolæ, *vbi ſupra.*

16 Aduertendum tamẽ eſt † primo, pro intellectu dictarum legum Regiarum, quod procedunt etiam exiſtente quacunque conſuetudine immemoriali in contrarium, vt apparet *ex dict. l.25.* ita in propriis terminis notat Auend. *vbi ſup. num.5.* Acebed. *in d. l.25. gloſſa, que eſtan en coſtumbre,* idem, *in l.3. num.21. lib.2. Recompil.* Et facit; quia reprobata conſuetudine, cenſetur reprobata immemorialis, *ex gloſſ. in Clement. fin. verbo, qua vis de reb. Eccleſia non alienandis, & in Clement 1. verbo, quantacunq; de foro competenti,* Felyn. *in cap. cum cauſam, num.12. de re iudic.* Couar. *lib.3. variarum quaſt. cap.13. nu.5.* & in terminis Salazar. *vbi ſupra, nu.13.* Mexia, *in pragmatica qua taxa panis, concluſ.1. n.63.*

17 Sed hæc declaratio † ſcrupulo non caret; nam ea, quæ dicit Couarru. cum Felyn. & aliis, & quæ dictæ gloſſ. dicunt, procedunt, quando expreſſe reprobatur Conſuetudo à lege, tanquam irrationabilis: tunc enim, nimirum, ſi cenſeatur etiam reprobata Cõſuetudo immemorialis: tunc etiã dictæ gloſſæ loquuntur in caſu, quod lex reprobet Conſuetudinem, per verba duplicata, & nimis generalia, ſcilicet, *quacunque*, aut *quantacunque*, vt aperte loquuntur dictæ Clementinæ, ſed *dicta l.25.* non reprobat expreſſe Conſuetudinem, nec eã iudicat aut declarat, vt irrationabilẽ, nec loquitur per verba nimis generalia, verba enim eius ſunt, (*aũque digan que eſtan en coſtumbre, &c.* & ſic ſimpliciter, & verbis indefinitis Conſuetudinem tollit.

At vero, quando lex ſimpliciter tol-
18 lit † Conſuetudinem, nõ cenſetur ſublata Conſuetudo centum annorum, aut immemorialis, *ex gloſſ. in Authent vt de cetero commutationis rerum Eccleſiaſticarum, verbo. præſcriptione, Collatione ſecunda in principio*, quam Angelus ibi ſequitur, ſequuntur etiam Felynus, & Pariſ. *in capit. accedentes de præſcription.* Abb. *in capite ſuper eo de Parrochi.* Molina. *ad deci. conſilio 496. num.9. & in conſuetudinibus Pariſienſis: part.1. §.7. num.12.* Felyn. *Rubr. de præſcription. colum. fin.* Riminald. Iunior, *conſ.34. num.5. libr.1.* & communem contra alteram communem dicit Anton. Gab. *lib. 5. ſuarum communium concluſionum, titul. de præſcriptionib. concluſ.1. à num.27. cum ſeqq.* ex quibus dubia redditur hæc declaratio.

Sed eam defendendo † dicere poſ- 19
ſumus, quod, vt conſtat *ex d. l.1. tit.6. lib.7. Recompila.* Legiſlator Regius irrationabilem iudicauit, & cõtra bonum publicum, & in damnum Populorum huius Regni, quod Vniuerſitates ipſæ ſuamet auctoritate poſſent imponere Collectas, etiã ob publicas earum neceſſitates; nam ex hoc ſequerentur mille abſurda & inconueniẽtia, & quod paſſim Incolas collectarẽt & bonis exhaurirẽt, neceſſitateſque fingerent. Præterea ipſi Rectores forſitan malo zelo & cupiditate moti ſuperfluas exigerẽt & imburſarent. Quæ in continenti paucis verbis loquutus, de legibus ſui Regni, quæ cum dictis concordant; conſiderauit Rebuffus, *in 1. tom. ad leges Galliæ, titul. de literarum obligat. artic.2. gl.1. num.81. & 82.* qui etiam loquitur de Collectis impoſitis ad ſoluenda debita, & hæc omnia ceſſarent, aut ceſſant, ſi Rex ipſe, & eius ſupremi Conſultores, de quibus minus fingendũ eſt, cognoſcant prius, an Collecta expediens & neceſſaria ſit; & an bona propria deficiãt, & quare; & poſtea licentiam dent, & ſine ea nihil fiat, & hoc modo refrenabunt iniuſtos Appetitus gubernantiũ, & auferẽtur ſcãdala & inconuenientia, quod admodũ neceſſarium & cõueniens erat, & contrarium penitus irrationabile. Vnde cũ ſit irrationabile, Conſuetudo, quæ id permittit, quantumuis immemorialis, erit etiam irrationabilis, & cum ſit, iam cenſetur derogata, ex ſimplici derogatione Conſuetudinis, & conſtat de mẽte vera & præſumpta Legiſlatoris, & ita procedit communis opinio contraria, de qua per Couarruuiam, Felynum, & dictas gloſſas, & ſi replices, quod eadem inconuenientia reſultabunt in Vniuer-

ſitate

ſtate libera, non recogſcente ſuperio-
tem, quæ ex Conſuetudine regalia ha-
bet, & poteſt collectare : reſpondetur,
quod ſimilis Vniuerſitas habet vicem
Principis,& gubernatur per Senatores
& Viros ex omnibus ſelectos, qui ſem-
per proſpiciunt bonum publicū, & qui
ab ipſis generalibus Adunantiis priuan-
tur, ſi non bene exerceant & in bonum
publicum ſuum officiū, aut officia. Vn-
de quidquid faciūt, ex racito vel expreſ-
ſo Incolarum conſenſu faciunt, & ſic in-
conuenientia non reſultant, quod ſe[illegible]s
eſt, in Vniuerſiraribus ſubditis, & quæ
nec Rectores nominant, nec ipſos pri-
uare poſſunt, ſed eis ex neceſſitate ob-
temperant, non facio vim in eo, quod
communiter dicitur, quod Vniuerſita-
tes huius Regni ſunt incapaces iuris
collectandi; quia non habent Iuriſdicti-
onem actiuam, ex Auendan. *in c. 1. & 2.
Pratorum libr. 1.* Nam tempus immemo-
riale poterat eas facere capaces, ad v-
nam ſpeciē Iuriſdictionis, *ex notatis in c.
præterea. §. ſuper quibuſdam de verborum ſi-
gnificatione, & in l. omnes populi, de iuſtitia
& iure, & in l. Imperium. ff. de Iuriſ. omni iu-
dicum.* Ex quibus iam paret, quod Con-
ſuerudo immemorialis non derogat di-
ctis legibus.

20 Norandum etiam† eſt, ad dictas le-
ges, quod, etſi Iure communi, vt plures
exiſtimant (*quod ego verum non credo, vt
dixi*) Ciuitates, aut Communitates pro
Salario Medici & Aduocati, poſſent im-
ponere Collectam, quam opinionem
communem dicit Bellacomba, *lib. 4. cō-
mun. opinion. tit. 39. nu. 2.* cum enim ex di-
ctis legibus, ibi, (*Ni para ſus neceſſidades,
&c.*) hoc iam correctum eſt, & non pote-
runt facere, nec inuitos collectare, abſq;
Regia licentia, vt Auendanus dixit, *in
ſecunda parte mandatorum Regalium cap. 10.
num. 9.* de quo infra latius agemus.

21 Preterea, prout† ſumme neceſſarium,
& quod maxime ad praxin conducit, &
mihi multoties de facto accidit, ad in-
tellectum dictæ legis primæ dubitatur;
an ſi Ciuitas vel Cōmuniras ſit obliga-
ta alicui Cenſui cum facultate & licen-
tia Regali poſſit deficientibus propriis,
ad ſoluendos Reditus decurſos, impo-
nere Collectam, inter Incolas & Ciues,
virtute principalis facultatis, abſq; no-
ua & expreſſa licentia, & videtur quod
non, nam licentia debet eſſe expreſſa, &
nō præſumpta, ex verbis dictæ legis pri-
mæ, ibi, (*Sin nueſtra expreſſa licentia*, & de
licenria, quod debeat eſſe expreſſa, &
non præſumpta, norat Ioan. Andreas, *in
c. ſi Abbatem de electione libr. 6.* Lapus *Al-
legatione. 86.* & cum aliis Roland. à Valle,
conſ. 67. nu. 66. lib. 3. Auend. *in ſuo dictiona-
rio legum Regni, verbo, otorgamiento, per to-
tum*, & Marienzo cū aliis infinitis, quos
allegat, *in l. 3. gl. 1. n. 5. tit. 3. lib. 3. Recōp.* Cor-
ſet. *ſingulari verbo, Licentia*, Decius, *conſil.
38.* & hanc eſſe communem opinionem,
cum Villalobos, dicit Aceb. *in l. 2. titul. 3.
lib. 5. Recompil. à n. 18.* & in propriis termi-
nis, quod non ſufficiat Licēna præſum-
pta & coniecturara, idem tenet Aceb. *in
d. l. 1. nu. 7. tit. 6. lib. 7. Recompil.* tenet idem
Auenda. *vbi ſup. num. 6.* At vero in præ-
ſenti caſu Rex non dedit Licentiam ex-
preſſam, ad imponendas Collectas, ſed
ſolum ad obligandum ſe pro Cenſu re-
dimibili. Igitur non eſt expreſſa, & ſic
Vniuerſitas non poteſt eam imponere;
quia expreſſum id dicitur, quod eſt in-
diuidualirer expreſſum, vt notat gloſſ. *in
cap. Inquiſitores de hereticis lib. 6.* quam ap-
probat Barto. Socin. *conſil. 33. nu. 17. libr. 1.*
Mantica, *in tracta. de coniecturis vltim. vo-
luntat. lib. 7. tit. 12. nu. 4.*

His tamen non obſtantibus, quæ vè- 22
re & † attente conſiderando nō obſtant,
ſemper tenui, & teneo contrariū. Nam
eo, quod Rex dedit Cōmunitati Licen-
tiam ad ſe obligandum pro Cenſu redi-
mibili, in conſequentiā dedit illi Licen-
tiam, ad ſoluendum Reditus, cum vna
obligatio accedat alteri in neceſſariam
conſequentiam, & ſi Vniuerſitas nō po-
teſt ſoluere reditus, abſque Collecta, in
conſequentiā dedit ei Licentiam, etiam
ad imponendā Collectam: cū abſque ea
non poſſit commode impleri contra-
ctus Cenſus cum dicta Licenria geſtus,
& qui vnum vult, etiā vult omnia ad il-
lud neceſſaria, *ex l. 2. ff. de Iuriſd. omniū iu-
dicū* & arbitrium ex ſtatuto datū exten-

ditur ad omnia conſequentia neceſſaria & connexa, vt late fundat Menoch. *in tractat. de arbitrariis iudicum, libr. 1. q. 45. & 46.* & in ſimili videmus, quod Licentia data ab Iudice ad obligandum bona minorum, alicui debito, extenditur ad vendendum ipſa bona, ad ſolutionem debiti, ad quam venditionem alias requirebatur expreſſe licentia, *ex l. ſi pupillorum, §. pupillus. ff. de rebus eorum*, & cum pluribus notat Molina, *in lib. 4. de Hiſpanorum primogeniis, cap. 5. num. 2.* & licentia ad actum operatur ad executionem ipſius actus. *l. ſiue generalis, verſi. vt expediatur. ff. de iure dotium. l. 1. §. ſed vtrum, ff. de minoribus, gloſſ. 2. in l. Lucius Titius, ff. de adminiſtratione Tuto.* & licentia in contractu promiſſionis, non requiritur in actu ſolutionis, Socin. *in leg. 1. §. fuit quæſitum, num. 5. ff. ad Trebel.* faciunt, quæ notat Alexand. *in leg. ſi ex Legati cauſa, num. 4. ff. de verbor. obligat.* Socin. *in l. 1. §. item adquirimus, ff. de adquirend. poſſ.* Bald. *in leg. magis puto, §. ne paſſim, ff. de rebus eorum*, late hæc omnia & plura alia adducit Simoncellus, *in tract. de decretu part. 5. inſpectione. 4. num. 38. & 43. 44. & 45.* aliqua Pelaez de Mieres, *in ſuo de Maioratibus tractat. part.*
23 *4. q. 3.* Et confirmatur; quia † iniquum, & abſque ratione eſſet, quod debentes dictos reditus cum facultate Regia, ſi ſibi deficiāt propria, ſemper & quotannis deberent adire Regiam Curiam, pro licentia Collectādi impetranda, in quæſtio. magis expenderetur, quam reditus importarent, quod non eſt ferendum, *ex l. mediterraneæ, C. de Annonis, & Tributis libr. 10.* Et ſi vna Licentia pro omnibus annis daretur, quid magis importabit collectare ex dicta licentia, quam ex licentia Cenſum imponendi cū eadem inconuenientia, quæ ex vno poſſent reſultare, poſſent etiam ex alio prouenire: tum etiam verba generalia dictæ legis primæ, debent recipere rationabilem modificationem, ex Rimin. Iun. *conſi. 35. num. 34. lib. 1.* & reſtringi ex ratione præſumpta, *ex eodem conſ. 74. num. 62. lib. 1.* & debent etiā reſtringi ad mentem & veriſimilitudinem, vt per eundem, *conſ. 19. num. 19.* & recipiunt congruā & æquam interpretationem, idem, *conſil. 46. num. 104.* Et facilius res reſtringūtur ad verba legis, quam hominis, *ex eodem conſi. 61. nu. 18. lib. 1.* Cum igitur æquum, rationabile & rectum ſit, quod dicta prima Licentia ſufficiat & ſit veriſimile, quod ſi Legiſlator de hoc fuiſſet interrogatus ita reſponderet: Non debet requiri alia noua & expreſſa Licentia, ex ſupra dictis.

Præterea confirmatur; quia † lex ge- 25
neraliter loquens non debet extendi ad caſus ſpecialem rationem habentes, *ex gloſſ. in l. ſciendum, ff. qui ſatiſdare cogantur, & gloſſ. verbo, Vacantibus, in Authent. de hered. & falcid. colum. 1. & gloſſ. in leg. 3. verbo, Decurionibus, de ſilentiariis, libr. 12.* Barto. *in l. Lucius Titius, ff. ad Turp.* & eſt communis opinio, ſecundum Antoniū Gabrielem, *libr. 1. de conſ. concluſion. 1. per totam.* Igitur hic caſus cum habeat ſpecialem rationem, non extenditur ad eum dicta *lex. 1.*

Et hanc opinionem † tenendo, non 26
obſtat argumentum contrarium. Nam ad illud reſpondeo, quod ſatis dicitur Licentia expreſſa ea: quæ cōſtat & procedit à dicta licentia ad Cenſum, cum deducatur ex verbis, & ex neceſſaria cōſequētia verborū, & ex veriſimili mente concedentis, & ex vehementibus & probabilibus coniecturis, & id dicetur expreſſum, quod ex verbis concipi poteſt, *ex l. Gallus, §. quidam recte, ibi, vt eo caſu valeat, qui ex verbis concipi poteſt, ff. de Liberis & Poſthumis*, & notat Molin. *lib. 3. de primogen. Hiſpan. c. 8. nu. 5. cum ſequentib.* Et expreſſum id dicitur, quod ex generalibus verbis, vel ex coniecturis euidentibus, elicitur, vt notat *gl. verbo, Expreſſum in l. Prætor ait, §. 1. ff. de noui operis nunti atio.* id, quod etiam probat, *l. nominatim, ff. de cond. & demonſtratio.* & plura iuta ad propoſitum adducit Alexand. *conſil. 201. nu. 10. lib. 6.* quem refert & ſequitur Franciſcus Mantica, *in tractatu de coniecturis vltimarum voluntatum, libr. 7. tit. 12. nu. 7. & facit lex licet Imperator, ff. De leg. & l. ſi quis locuples, ff. de manumiſſis teſtamento*, notant Baptiſta, Villalobus, & Vezinus, *libr. 9. communium opinionum tit. 34. nu. 89. & 90.* ex quib. patet, hanc opinionem videri veram

veram

veram & bene fundatam, & valde æquã,& quæ deberet teneri in iudicando & conſulendo, & pro ea ſæpe conſului, licet contra eam, aliquando audiuerim iudicatũ,à quibuſdã Præſidibus Prouinciarum,quos vulgo (*Alcaldes de Adelantamiento*)dicimus.Sed ipſi certe adhæſerunt Cortici literæ,& nec ſenſum legis, nec has rationes ponderarunt.

27 Et hæc† opinio corroboratur. Nam ſi ob inſtantem neceſſitatem & periculum noſtra iura permittũt,imponi Collectam, abſq; Regia licentia, de quo infra dicemus, quæ maior neceſſitas, quã ſoluere Reditus continuos,vt euitentur Executiones; & quia interea, dum Licentia expediretur, damnum Communitates paterentur, quæ corroboratio licet perſuadeat, non tamẽ omnino cõcludit,& ideo ad ſupradicta, cum caſus eueneritt, recurrendum eſt. Fateor rem eſſe dubiam, & in dubio ante factum, ſi locus eſſet, conſulerem, vt licentia peteretur, poſt factum vero hanc opinionem defenderem. Hoc tamẽ certo ſcio, quod qui ad ſoluẽdos dictos reditus,deficientibus propriis Collectam imponerent, nullam pœnam, & maxime dictarum legum Regiarum, incurrerent.

28 Nam cauſæ tam iuſtæ, & tam† coloratæ,à pœna excuſarent,*ex tex.in l.igitur, §.cauſa,ff.de liberali cauſa*, & ex Barto *in l. 1.§.non autem, ff. ſi quis teſtamento liber eſſe iuſſus fuerit*, & cum pluribus notat late Menoch. *in tract. de recuperand. vel retinend.poſſeſſion.remed.3.à nu.48.cũ ſequentib.*

29 Et id† amplius apparet;quia Iudices, qui Collectam denegarunt Ius defenſæ alienationis, aut perpetuæ Locationis in bonis publicis Cenſui ſubiectis,(cum Regia facultate ad ſoluendum reditus dictos) conceſſerunt; quod etiam abſq; ſpeciali Regis licentia in alio caſu fieri nullo modo poterit. Sed de his hactenus meum interpoſui iudicium, vos cogitate.

30 Quarta † concluſio. Communitas, aut Vniuerſitas intra tria millia marapetinorũ ad ſuas neceſſitates publicas ſubleuandas, poteſt Collectam imponere,ita probat *d.l.1.cum d.l.25.*

Aduertendum tamen† eſt, quod ad hoc,vt dicta Collecta poſſit imponi, eſt neceſſarium, quod conſtet, Ciuitates non habere propria & Burſam communem, ex qua & quibus poſſit ſuccurrere dictis neceſſitatibus. Ita probant dictæ leges. 31

Nec† ſi Ciuitas habeat prata, exitus, vias,aut campos publicos, ex quibus nihil commodi in communi percipit, dicetur habere propria ad excuſandam Collectam, cum hæc nec fructificent, nec poſſint alienari. Ita eleganter notat & aduertit Ægidius Thomaſius, *in ſuo tractat.de collectis,cap.14.nu.1.& 2.* Igitur ad hoc, vt Ciuitas dicatur habere propria, debet habere fructus & obuentiones bonorum propriorum decurſas, vel bona, quæ locentur aut locari poſſint, non bona, quæ nec poſſint, nec ſoleant locari, imo etſi haberet propria, non tamen reditus decurſos, nec qui de proximo deberent decurrere, & ex quibus, niſi ea vendendo, non poſſet ſuis neceſſitatibus ſubuenire, non diceretur habere propria, & poſſet imponi Collecta, ex Thom. *vbi ſupra*; quia nihil & inutile æquiparantur, *ex l. quoties,ff.qui ſatiſdare coguntur*, *& ex capit. 1. de translatione Prælatorum*. Et quia bona immobilia non debent vendi, ſi alio modo ſuccurri poteſt publicæ neceſſitati, ex notatis *in l. magis puto, ff. de rebus eorum.* 32

Notandum† præterea eſt,quod, *ex d. l. 25.* quando Ciuitas aut Communitas habet Vicos ſibi ſubiectos, non poteſt imponere in locis Ciuitatis & Vicorum, maiorem Collectam, quam trium millium marapetinorum, niſi Vici ſoleant cõtribuere per ſe,& Ciuitas per ſe; tunc enim quodlibet corpus de per ſe poteſt imponere dictam integram Collectam, prout declarant Auend. Auil. & Acebed. ibi. 33

Sed in hoc† iam de conſuetudine non ſeruatur dicta lex, imo quilibet Populus aut Communitas etiamſi aliis ſit ſubditus aut ſubdita, poteſt dictam Collectã integrã imponere,ꝓpriis deficientibus,alias ridiculũ eſſet, diſtribuere tria mil- 34

millia marapetinorum inter tantos, & quod nihil aut pene nihil alicui cederet, & conſuetudo etiam ſolum decennalis leges declarat, ſcripturas & priuilegia, vt eſt tex. *in cap. cum dilectus de conſuetudin.* vbi Anton. Abb. & cum Bartol. Innocent. & aliis infinitis late Ludo. de Molina, *lib. 2. de Hiſpanorum primogen. c. 6. à num. 58. cum ſequenti.*

35 Ex quæſtio. infertur † adducta in quæſtione præcedenti ſcilicet, quod reſolutio mea abſque dubio eſſet vera, ſi probaretur Conſuetudo collectādi pro reditibus decurſis, ex Cēſu impoſito, cum licētia Regali, abſq; noua licentia. Nam hæc Conſuetudo declarabit diſpoſitionem generalem dictæ leg. 1.

36 Aduerte etiam † ad dictas leges & noſtram concluſionem, ne decipiaris, Lector amice, quod etſi Auenda. *in d. cap. 14. num. 4.* & Mexia, *in pragmatica qua taxa panis concluſione, 1. num. 63.* dixerunt, quod tria millia marapetinorum, poſſunt imponi à communitate per viam Siſæ, tamen hæc opinio aperte eſt cōtra generalitatem, *l. 16. tit. 8. libr. 9. Recompilat.* quæ prohibet imponi Siſas, ſine expreſſa licētia Regia, nec obſtat, quod dicta millia poſſint diſtribui per viam Collectæ: nam aliud eſt Siſa, aliud Collecta, & licentia ad vnum, non extenditur ad aliud, vt ꝓbatur ex multis ſimilibus congeſtis per Octauianum, Simon. Celſum, *in tractat. de Decretis, lib. 1. tit. 1. num. 92. cum ſequent.* & per Aurel. Corbulum, *in tract. ex quib. cauſ.* dico, inquam, *in tract. de cauſis, ex quib. Emphyteoſis, tit. de cauſa priuationis, ob alienationem, q. 7. per totam,* & in terminis licentiæ Regiæ, non extendibilis, de vno ad aliud, etiam maiorē rationem habentis, late Lud. de Mol. *lib. 4. de Hiſpanorum primogen. c. 5. à num. 10. cum ſequentibus,* & eſt text. elegans, licet vulgaris, *in l. ſi pupillorum, §. & ſi Prætor. ff. de rebus eorum.* Vbi data Licentia ad vendendum, non extenditur ad pignorandum, etiamſi minoris præiudicii ſit. Nec obſtat, quod dicunt de paruo præiudicio, & de eadē ratione: nam *d. l.* dicit, quod Licentia eſt ſtricti Iuris, & non extenditur ad caſus eandem, vel maiorem rationem habentes, etiamſi ſint parui iudicii, eſt & communis reſolutio Alex. & aliorum, vt per Molin. *vbi ſupra.* Quibus confunditur dicta opinio, quam nunquam vidi, nec audiui practicatam, nec eam ego practicarem.

Tandem etiam † notandum eſt, quod, licet Vniuerſitas poſſit Collectā trium millium marapetinorū imponere, non tamen in vno anno poteſt imponere pluſquam vna vice, alias daretur occaſio fraudibus. Et ita practicatur. 37

Et quando Ciuitas Collectam imponit, non eſt neceſſaria Licentia Iudicis, *ex d. l. 1.* licet in Conſilio Iudex debeat aſſiſtere. & ita notat Olanus, *in Antinomiis ad Villabos, litera. V. nu. 15.* quando vero Vicus imponit, neceſſaria eſt licentia Iudicis, vt conſtat, *ex l. 2. tit. 6. lib. 7. Recompil.* & notat Auend. *vbi ſup.* & Acebed. *in d. l. 25.* nec contradicit Guido Pap. *q. 80. n. 9. & 106. per totam,* ſolū enim dicit, quod Vniuerſitas de Iure, ſine Licentia Iudicis, non poteſt ſe congregare, ſed poſtq̄ eſt congregata, bene fatetur, quod pro ſuis neceſſitatibus poteſt imponere Collectam, ſine Licentia Iudicis, licet dicat in ſua patria de Conſuetudine non poſſe, ſed in hoc Regno intra tria millia marapetinorum cōceſſa eſt Vniuerſitatibus licentia Collectandi. Et ſic non erit neceſſaria Iudicis licentia, ex eodem, ibi. 38

Quinta † concluſio. Vniuerſitas ad ſoluenda Salaria Cuſtodum montium, & nouarum plantarū, poteſt Collectam imponere, *ex l. 5. tit. 7. lib. 7. Recomp.* notat Aceb. *in d. l. 25. nu. 5.* & intellige, quod *d. l.* procedit, non ſolum quando imponitur aut datur Salarium, pro nouis plantis conſeruandis, ſed etiam quando datur pro cuſtodiendis montibus, & defenſis antiquis. Et ita probat *dict. lex.* Et ita practicatur. 39

Sexta concluſio. Iudex nullatenus poteſt imponere Collectam, nec dare Licentiam collectandi, *ex d. l. placet, C. de excuſati. munerum, lib. 10. & ex d. l. 1. C. de ſuper ind. eodem lib.* & notat Franciſ. Marcus, *deciſ. 615. nu. 5. part. 1.* Auil. *in c. Prætor. cap. 8. verbo, Repartan.* 40

Quæ concluſio fallit, quandocunq; lis 41

lis pendet coram aliquo Iudice, & Vniuerſitas non habet bona, ex quibus expendere poſſit in litis proſequutionem; tunc enim Iudex cognito de cauſa, poteſt dare licentiam Collectã imponendi, pro expenſis neceſſariis; quia Iudex cauſæ principalis eſt, etiã incidentis, & ſi alias ad eam eſſet incompetẽs, ſi principaliter adderetur, *ex l. quoties, C. de iudiciis, & ex l. cum Prætor, ff. eod. tit. & ex l. 1.* vbi omnes notant, *C. de ordine iudiciorum*, notant Dd. *in l. nulli, C. de iudiciis*, & Menoch. *d. q. 45. & 46.* & quia cauſa cõmiſſa cenſetur, omnia ad expeditionẽ neceſſaria cõmiſſa cenſentur, *ex l. 2. ff. de iuriſd. omnium iudicum*, vbi Alexan. & omnes, etiamſi ſint mixti imperii, & alterius Iuriſdictionis, *ex l fin. ff. de offic. eius, cui mandata eſt iuriſdictio*, & ſic communiter practicatur, & in Tribunalibus ſupremis, quando in eis pendet aliqua lis inter Communitates & alios, ſemper dantur Reſcripta, quæ vulgo, *Prouiſiones* appellamus, ad imponendum Collectam, & Iudices nobilitatum, vel qui de cauſis nobilitatis cognoſcunt, quotidie danr ad petitionem Fiſcalis, vel Communitatis, vt notat Ioann. Garzia, *in d. tract. de Nobilitate, gloſ. 22.* & ſi dicatur, quod eſt ſpeciale in eis de Conſuetudine, vt in Dominis de Parlamento Delphinali dixit Guido Pap *q. 44. num. 2.* replicatur, quod non conſtat de ſpecialitate, & etiam alii Iudices dare ſolent, nec hoc contradicit dictæ l. 1. quæ non loquitur de Iudicibus in hoc caſu, ſed de Vniuerſitatibus.

42 Fallit ſecundo, quando † Iudex procedit ad Executionem ſententiæ, aut inſtrumenti cõtra Vniuerſitatem, tunc enim, ſi nõ habeat propria, nec Burſam cõmunem, cogitur imponere Collectã; tunc Licentiam poteſt dare; quia hic eſt actus neceſſarius, & in conſequentiam Officii & Executiones. Vnde tunc ſuo Iure vendicat poteſtatem collectandi, & ita ꝓbat gl. q̃ in his terminis loquuta eſt, *in d. §. quod ſi nemo*, quam Bald. Paul. & omnes ibi ſequuntur, Bartol. & Auctores, *in d. §. Actor.* Guid. Pap. *d. q. 86.* Rebuff. *vbi ſup.* Rol. *conſ. 46. lib. 1. & 84. libr. 2.* & Burſat. & Ojaſ. *vbi ſup.* & melius Bald. *in d. l. Lettam, C. de Executione rei iudicatæ.*

Septima Concluſio. Ciues † aut Incolæ ſe congregando & ſe obligando, per viam Pacti & Conſenſus, poſſunt Collectam inter ſe imponere: nam hæc non eſt proprie collecta iuriſdictionalis, ſed eſt quidã contractus, in quo plures ſunt obligari ad ſummam, quæ pro rata illis peræquabitur. Et hanc concluſionem tenuit ex profeſſo Guid. Pap. *q. 631. nu. 3.* & eã viſus eſt etiam approbare Bald. *in d. Lettam, col. 3 in medio*, & Auend. *in d. cap. 14. nu. 7.* Acebed. *in d. l. 25. num. 5.* Salazar, *in tract. de vſu & conſuetud. c. 2. nu. 3.* 43

Et licet † in praxi, de ea aliquãdo dubitetur, ne fiat fraus dictæ legi 1. tamen nullam ego inuenio rationem dubitandi. Quilibet enim in re ꝓpria eſt moderator & arbiter, *ex vulgari l. in re mãdati, C. mandati*, at vero duo, tres aut quatuor ꝑ viam cõtractus poſſunt ſe obligare ad dandum aliquid alicui, & poſt diſtribuere ſolutionẽ inter ſe; quia de rebus ſuis diſponunt. Igitur etiam ſe poterunt obligare decem, centũ, & amplius, & poſt diſtribuere inter ſe. Ergo etiã omnes Ciues & Incolæ. Et ſic intentũ nacti ſumus. 44

Eſt tamen verum † quod Collecta ſimilis non poteſt imponi, non conſentientibus ex Bald. *vbi ſupr.* & notat late Præſes Theſaurus, *deciſ. 257. nu. 4.* & Celſus, *conſ. 92. nu. 3. & conſ. 34. nu. 40.* 45

Ex † quibus infertur, quod ſi Communitas particularis conducit Medicum, quod inter obligatos & conſentientes poteſt imponi Collecta, quia obligando ſe pro ſolutione Salatii tacite eam conſenſerunt, abſq; vlla Regia Licentiã, & ita notat Auend. *d. c. 10. n. 9.* 46

Infertur † etiam, quod Parrochiani, aut Cõfratres alicuiꝰ Confratriæ, vel alii de aliquo Collegio approbato, poſſunt ſe congregare, & ad aliquã neceſſitatem Collectã inter conſentientes imponere; quia hæc non eſt proprie Collecta, ſed pactum; & ita tenet Salazar, *vbi ſup.* Gutier. late Allegatio. 10. Caſſan. *in conſuetud. Burgundiæ, Rub. 13. §. 6. gloſ. deportem.* Ioan. Garz. *in ſuo tract. de expenſis & meliorationib. c. 12. nu. 66.* 47

Octa-

48 Octaua † concluſio. Vniuerſitas, exiſtente vrgentiſſima neceſſitate, & in mora periculum, poreſt Collectam imponere, abſque licentia Regia tenet Auend. *d.c.14.nu.8.* Acebed *in d.l.25.num.5.* Mexia, *d.concluſ.1.n.62.* Hanc concluſionem nunquam practicari vidi, nec audiui, & eam non practicarem, niſi omnibus remediis poſſibilibus excogitatis & exequutis, & eis nō ſufficientibus, tunc enim ob neceſſitatem præciſam, receditur à regulis iuris. Communis neceſſitas enim legem non habet, *vt ſupra dicti dicunt.*

49 Interim, antequam † tranſeamus ad aliam concluſionem, aduerte ad dicta in concluſione. *6.* quod etiamſi Villa, aut Communitas habeat propria, non vendibilia, & ex quibus nullus reſultat reditus in communi, vt ſunt exitus, defenſ r, campi publicæ, poteſt Iudex, qui procedit ad Executionem ſententię, aut inſtrumenti, cogere Collectam imponere quia in his bonis non poteſt facere Executionē, vt cū Speculatore, Gregor. & alii notat Auileſ. *in c.30. Prætor. verbo, gratias, num 3. in fin.*

50 Nona concluſio. Domini † Vaſallorum, prout ſunt Duces, Marchiones, Comites, & alii inferiores in his Regnis, nec poſſunt Collectam imponere, nec dare Licentiam collectandi; quia non habent Regalia. ita eleganter Curtius Iunior, *conſ 74. nu. 1.* & Bald. *in l. cum mulcta, C. de bonis quæ Liberis.* Alex. *conſil. 144. lib. 2.* Rebuff. & alii *in l. 1. C. de ſuper in d. lib. 10.* Et eſt cōmunis reſolutio, vt per Matthæum Weſembecium, *conſ. 27. nu. 27. & 28. cum ſequentib. lib. 1. & conſ. 4 . per totum lib. 2.* Ioan. Garz. *in tractat. de expenſis & meliorationib. c. 12. nu. 64.*

51 Fallit † tamen, niſi ipſi Domini eſſent in conſuetudine collectandi, aut dandi tales licentias, à tempore immemoriali: nam tanto tempore regalia præſcribere poſſunt, & ita eſt communis reſolutio, vt per Iulium Clarum, *libr. 4. ſententiarum, §. Feudum. q. 2.* & per Fiſcar. & Villalobos, *in ſuis communib. libr. 4. titul. 9. à numer. 7. cum ſequentib.* & cum Socin. Ruyn. & aliis Ioan. Botta, *conſ. 87. nu. 38.* Rip. *in d. §. Actor, nu. 19.* Pariſ. *conſil. 25. nu. 1. lib. 1. Deciſio. Peruſin. 43. nu. 4.* Ioan. Garz. *vbi ſupr.* Et hoc non eſt per dictas Regias immutatum, quippe qui ſolum loquuntur de Vniuerſitatibus. Et ita video in praxi iudicari.

52 Simile † videmus, quod, licet Domini Vaſallorum de Iure non poſſunt dare Licentiā ad alienanda propria Conciliorum, ſi tamen exiſtunt in conſuetudine dandi tales Licentias à tempore immemoriali, valent tales Licentiæ, vt in terminis notat Auenda. *in 1. par. mandatorum Regalium, c. 12. n. 24.*

53 Decima & vltima † concluſio. Collegia & Artes, pro neceſſitatibus ſuis ſpectantibus ad artificium illius Collegii, poſſunt indicere Collectam, vt per Fely. *in c. cum omnes, n. 6. de Conſtit.* Soci. Iun. *conſ. 38. num. 8. lib. 1.* Feſtaſius, *in d. tract. de Extimo & Collectis, 2. part. cap. 2. n. 16.* quod intelligo conſentientibus omnibus illius Collegii, aut inter conſentientes tantū, non inter alios, alias Collegia haberent iura Regalia, quod falſum eſt, licet ſi exiſterent in conſuetudine immemoriali ſic faciēdi, poſſet eorū poteſtas defendi, quod pro nunc cogitādum relinquo. Et ſic finitur dicta pars prima.

Sequitur §. 2. De his, quibus Collectæ imponi poſſunt, & pro quibus Bonis.

54 Prima concluſio. Collecta † imponi poteſt & debet Incolis & Subiectis ratione Iuriſdictionis. Ita probat tex. *in d. l. vnica, C. de mulierib. & in 1. loco lib. 10. & in l. Reſcripto, § fi. ff de munerib. & honori. & in d. § patrimoniorum,* & ita tenent ibi Bart. & Dd. Bald. & alii, *in d. l. placet.* Socin. Iun. *conſil. 74. nu. 24. lib. 4. & conſ. 3. nu. 21. lib. 2. & conſ. 7. num. 2. lib. 2.* Alex. *conſ. 68. num. 1. lib. 2.* Ampliatur primo hæc concluſio, vt procedat, vt non ſolum Incolis & Vicinis poſſet imponi Collecta ꝑ bonis, quę poſſident in loco Domicilii, ſed etiam pro his, quæ extra Domicilium poſſident, ex Bart. *in d. l. vnica, col. 3. n. 21.* quem ſequitur Ruynus, *in conſ. 111. lib. 5.* & communē dicit Bellacomba, *lib. 4. commun. opinion. ti. 39. n. 14.* ſequitur etiā Bart. Soci. *conſ.*

conſ.302.num.4.lib.2. & Ioan. de Amicis, *conſil.8.nu.11.* Corneus, *conſ.333.lib.1.* idem Corneus, *conſ.22.li.1.& conſ.202.nu.5.lib.2* licet contrarium voluerit Ægidius Thomaſ. *in tract. de Collectis, cap.12.a num.11.cũ ſequentib.* Sed concordantur opiniones, ſcilicet, quod prima procedit, quando Superior imponit Collectam. Secunda vero, quãdo imponit ipſa Ciuitas, vt voluit Bartol. *in d.l.vnica*, quem omnes, *vbi ſup.* ſequuntur. Sed ego priorẽ opinionẽ ſaltem in bonis mobilibus; (*nam de immobilibus infra, Deo volente, dicemus*) abſque diſtinctione veram exiſtimo. Nam bona perſonam ſequuntur, cum Acceſſorium naturam ſequatur ſui principalis, *ex regu. Acceſſorium*, & ibi late Anchar. *de regul. iur. in 6.* Et dictam diſtinctionem non inuenio Iure fultam, nec obſtat. *leg. fin. ff. de iuriſdict. omnium iudicum*, vbi extra Territorium Iuſdicenti impune non paretur. Nam in præſenti caſu; cum perſona ſit Iuriſdictionis, ita erunt eius bona. Simile videmus in actione Reali; quæ licet dirigatur contra rem ipſam tantum, ſi tamen perſona, quæ eã poſſidet, ſit vnius Iuriſdictionis, licet ipſa in aliena Iuriſdictione exiſtat, poteſt intentari coram Iudice Domicilii, vbi perſona exiſtit, *vt in l. fi. C. vbi in rem actio.* & ibi Bald. Saly. & auctores.

56 Hæc tamen † ampliatio non procedit, vbi quis in loco, vbi ſũt bona omnes Collectas, quæ in illo loco imponuntur, ſubiit, tunc enim non poterit pro illis bonis collectari, in loco Domicilii, vt Bartol. Corne. & alii, *vbi ſupra*, voluerũt, nam non debet quis collectari pro eiſdem bonis in duobus locis, vt per Bart. Plat. *vbi ſupra*, Pariſ. *conſ.25. lib.1.* Hæc tamen declaratio non poterit practicari in bonis mobilibus, cum ſolum ſoleant collectari in loco Domicilij, imo, in multis partibus de conſuetudine non collectantur,

57 Habebit † tamen locũ, quando quis eſt duorum locorum Incola & Vicinus, tunc enim in quolibet loco, vbi eſt Vicinus, poterit Collectari pro bonis, quæ ibi habet, vt fit de conſuetudine, & eſt text, *in l. Labeo, ff. ad municipales*, & plures auctoritates cumulat Burgos de Paz *in repertit. leg.3. Tauri, 1.par. concl.3.n.518.* Petrus Gregorius Toloſan. *in ſuo Syntagmate iuris. 1.par. li.3. c.18.n.6.* Thomaſ. *in dict. tract. c.10.num.11.*

Secundo † ampliatur, quod non ſo- 58
lum poſſit imponi ipſis Incolis pro bonis immobilibus, ſed etiam pro bonis immobilibus, ſiue conſiſtentibus in pecunia, ſiue in mercibus, ſiue in aliis rebus ita notat Luc. de Penna, *in l.3. C. de Fundis limitrophis, lib.11. & in l.2. C. de prædiis nauicul ariorum, eodem lib.* Roland. *conſil.66.n.18 lib.1.* Ioan. de Amicis, *conſ.22.n.5. & conſil. 8.* vbi late Ægidius Thomaſius, *in dicto tract. de Collectis, cap.16. per totum*, Nicolaus Feſtaſ. *in dict. tract. de Extimo & Collectis, 1. par. cap.1.nu.22.* qui omnes concludunt, quod ad petitionem Exactorum, ſi petatur, cogitur quis medio iuramento ſua bona mobilia patefacere & regiſtrare, *ex l.11. Cod. quando & quibus, 4. pars debeatur. lib.10.* notat Barto. *in l. per ſingula. C. de diſcurſoribus, lib.10.* Thomaſius, *in d. tract. c.13.num.16.*

Hæc tamen † ampliatio declaratur 59
primo, vt non procedat, quando in loco eſt cõſuetudo ſoluendi Collectam ſolũ pro immobilibus, & nõ pro mobilibus, tunc enim ſeruanda eſt Conſuetudo, & non poterunt mobilia regiſtrari, vt eleganter notat Nicolaus Feſtaſius, *in dict. tract. de Collect. 1.par. c.1.nu.15.* & in modo Collectandi, & diſtribuendi Collectas, ſemper ſeruandus eſt mos & conſuetudo, vt late notat Ioan. Cephal. *conſ.515.n. 1.li.4.* & Ioan. de Amicis, *dict. conſi.8. per totum*, & de conſuetudine in modo collectandi, Aluarus Velazquez, *in tract. de iure Emphyteotico, q.17.nu.275.*

Tertio ampliatur, quod † etiam In- 60
colis Mercatoribus pro ipſis mercibus poſſit imponi Collecta *ex leg. filii, §. vltimo, ff. ad municip. & ex leg. munerum, § patrimoniorum, ff. de muner. & honor. & ex leg. forma, § in ſeruis, ff. de cenſibus, & ex leg. fin. C. de Immunita. nemini concedenda, li.10.* & per locũ ab ſpeciali facit, *l. negotiatores, C. de excuſat. mun. lib. decimo*, & hanc opinionem cum Bart. Plat. Annib. Luca de Penna, Parpal. Corn. Vvalden. Rolan.

Digitized by Google

Collecta omnibus imponi poſſet: intelligerem etiam hoc verum, quando delictum eſt per ipſam Vniuerſitatem factũ, vel per Rectores, conuocato Conſilio & in forma ſolita: tunc enim debitum erit Vniuerſitatis, & cum licentia Regia omnes poterunt collectari, ſi vero delictum Vniuerſitatem non tangeret: ſed ſolum intereſſe, & commodum particularium nonque Vniuerſitas congregata fuiſſet in forma ſolita, tunc Incolæ omnes non poterunt collectare: ſed ſolum culpabiles, & conſentientes, & ſi à Rege peteretur licentia, aut eſſet impetrata non conſentientes, poſſent eam contradicere & obtinerent, vt eſt gloſſ. *in l.aliud.* §. *refertur. de reg. iur.* & cum infinitis Maſcard. *in tractat. de probat. part.3. concluſione. 1415. per totam*, Menoch. *in tractat. de recuperan. vel retinend poſſeſſ. remed. 9. a num. 123.* eleganter Corneus, *conſ. 224. num.13. lib.4* & Aceb. *ad Curiam Piſanam. lib. 4. cap. 3. a nume. 3. cum ſequentibus.* Vbi etiã de collecta loquitur, & allegat Ojaſcum, *vbi ſup.* Thom. *c.14. num. 21.*

86 Quinto limitatur, vt ſi † Collecta imponatur alicui Ciuitati, vel Villæ vel eius Incolis, non ideo poſſint collectari Incolæ iuriſdictionis, niſi expreſſe dicatur, aut ex coniecturis conſtet, vt elegan ter notat Ioan. Philippus, *conſil.11.* quod iam in praxi contigiſſe vidi. Et ſic conſultum fuit.

87 Sexto limitatur, vt † eſt ſuper modo collectandi facta conuentio, ex aliqua iuſta cauſa inter Incolas & Vniuerſitatem, non poſſit imponi Incolis, vel aliis vltra modum & quantitatem conuentam, ita notat & declarat Feſtaſius, *in d. tractat. 3. part. capit. 2. a num 9.* Thomaſ. *in dict. tract. cap. 11. num. 27.* & notat Bart. *in l.fi. C. de Annonis & Tributis lib. 10.* Ojaſ. *deciſ. 90. a nu. 8.* Nenzanis, *conſil. 68. a num. 18.* & quidam Communiſta, *in tractatu communium opinionum, lib.1. tit. de legibus, num. 213.* Et licet hæc limitatio in conſuetudine certo modo collectandi, verafit, vt per Bart. *vbi ſupra*, in pacto vera non eſt, *ex leg. vacatis*, & ibi notatis. *Cod. de Decurionibus, libr. decimo*, nec in his Regnis villatenus admitteretur in præiudicium Regis, aut populorum: ſed ſolum in præiudicium ipſorum paciſcentium, *ex gl. in dict. leg. vacatis.* Et de hoc nullatenus eſt dubitandum.

Septimo limitatur, vt patri & † filiis 88 in poteſtate, non poſſit imponi plus quam vna Collecta; quia non iudicantur, vt plures, ſed ſolum vt vnus Incola, & vnus Tributarius, vt concludit Thomaſ. *in dict. tract. cap. 10. nu. 38.* allegat text. *in leg. cum facultates, Cod. qui numero liberorum ſe excuſant, libr. 10.* & idem ſi filii mortuo patre indiuiſam hereditatem poſſideant, ſecus ſi diuiſam, vt per eum ibi in fine, & notat Auile. *in capitulis iudicii Syndicatus, cap. 8. verbo, ley*, & Aceb. *in dict. leg. 25. tit. 6. numero 6. libro tertio.* Et ſic practicatur.

Octauo limitatur, vt etiam † plures 89 ſocii, niſi ſint ſocii omnium bonorum, non ſit vnus Incola, & vnus Tributarius, ſed plures, & nõ poſſit Collecta cuilibet inſolidum indici, ſed cuilibet pro ſua parte, vt per dictum Ægidium Thomaſ. *in dict. tract. cap. 10. num. 30.* hodie tamen ex generali conſuetudine in diſtincte, etiamſi ſint ſocii omnium bonorum, ſunt plures Tributarii, vt & plures Incolæ, & cuilibet indicitur ſua Collecta per ſe, ne alias fraus fiat, vt conſtat, *ex d. l. 11. titul. 10. lib. 5. Recompilat. in principio.*

Secunda concluſio. De † iure communi non poteſt imponi Collecta Forenſibus, ſcilicet, alterius Loci Incolis, etiamſi poſſideat bona mobilia, vel immobilia in loco, vbi imponitur Collecta ita probat text. *in dict. l. reſcripto. §. fin. ff. de munerib. & honori. & leg. cum nec, C. de Incolis, lib. 10. & leg. munerum, §. patrimoniorum, ff. eod. tit. de mune. & honor. & l. libertis, §. ſola, ff. ad municip.* & notat Thom. *in d. tract. cap. 1. num. 8. & cap. 11. num. 13.* Socin. Iun. *conſ. 33. lib 3. & conſ. 49. libr. 1.* & Feſtaſ. *in dict. tract. part. 2. & 3. per totum*, Bart. *in dict. leg. vnica, & in dict. §. fin.* Roland. *conſ. 32. num. 6. lib. 1.* & alii infiniti, quos recenſent, Gabriel, *libr. 6. ſuarum concluſionum, tit. de iure Immunitatis, concluſione. 2.* Acebed. *in dict. l. 25. a nu. 1.* 90

Quæ concluſio † ampliatur primo, 91 vt procedat non ſolum in muneribus

T 4 mere

mere perſonalibus, de quibus nullum dubium erat, ſed etiam in realibus non habentibus certam & determinatam præſtationem, & quæ non concernunt directe aliquam rem, prout ſunt collectæ, quæ ciuibus & perſonis pro rebus inducuntur *ex text. iunct. gloſ. in dicto §. fin.* & ibi Bartol. & diſtinguit expreſſus text. *in dict. leg. ſunt munera, ff. de vacatione munerum*, & notant Auctores ſupra citati, & ſic practicatur. Ex qua ampliatione apparet, quod forenſes non tenentur ad Collectas impoſitas, pro reficiendis Pontibus, & Fontibus, Viis, & aliis rebus publicis: ex quibus ipſi nullam vtilitatem recipiunt; quia licet ſint onera Realia, continēt tamen incertam præſtationem, & non diriguntur directe nec indirecte, in vtilitatem rerum Forenſium, nec ipſas attingunt, ita declarat Guid. Papæ, *quæſt. 444.* notat etiam Corneus, *conſi. 72. numero 14. libro quarto*, Feſtaſius, *in dict. tractat. de Extimo & Collectis, parte ſecunda capit. 2. numero, 42. vſque ad finem.*

92 Nec obſtat † quod ipſe Guido, *quæſtione. 7. & quæſtio. 372.* tenuerit contrarium in Collectis impoſitis pro fortificatione Caſtrorum & Villarum. nam loquitur ſecundum conſuetudinem ſuæ patriæ, & quando forenſes recipiunt vtilitatem, vt infra dicetur, & iura, quæ allegat, loquuntur in muneribus mere Realibus, & patrimonialibus, & ſic loquitur totus titulus, *Codice de muneribus patrimoniorum, libro decimo.* Et alia quæ allegat, vel melius dicendum eſt, quod titulus ille loquitur de muneribus patrimonialibus indiſtincte, ſiue mere Realibus & certis, ſiue incertis, ſed nulla lex eſt in toto tit. quæ loquatur de eis Forenſibus imponendis, nec etiam obſtant, *dict. §. fin. & l. ſunt munera, & §. patrimoniorum, & l. honor. §. variarum, ff. de muneribus, & honoribus.* nam vt in princip. huius quæſtionis dictum eſt, loquuntur in muneribus mere Realibus, & in quantum loquuntur de Viis eſternendis & de collationibus Viarum: aperte loquuntur de Collectis impoſitis in vtilitatē ipſorum p̄diorum: quæ ſunt onera mere Realia, vt ibi appoſite dictū fuit. Vnde male loquutus fuit Lucas de Penna, *in dict. l. 3. quæſt. quæſt. 14. C. de excuſationibus munerum, lib. 10.* qui contra hāc reſolutionem tenent, non aduerdentes ad verum intellectū dictorum Iuriū & ad diſtinctionem, de qua per Iuris Conſultum, *in d. §. fi.* & per nos, *in dict. quæſtio. in principio.*

Secundo ampliatur † vt etiamſi Forenſis decennio habitauerit in loco, dū tamen non contraxerit incolatum, nec pro Vicino habitus fuerit, ſed ſemper p Forenſi, vt Scholares, non ideo poſſit collectari; quia Vicinus non eſt, vt late notat Burgos de Paz. poſt numerū, *vbi ſupra*, citatum in ſequenti, & in propriis terminis, ita tenet Abbas, *conſ. 100. lib. 2.* Feſtaſ. *vbi ſupra num. 42.* & certè eſt elegans conſilium Abbatis, qui ſic determinat; dummodo conſtet, quod non habuerit animum contrahēdi incolatum, ſed ſemper recedendi, & quod nunquā ſe pro Vicino geſſit, & hoc ipſe probare tenetur. nam in dubio ex tam longa habitatione Incola præſumeretur, & poſſit collectari, nō probato contrario, ita cum pluribus declarat Menoch. *in tract. de arbitr. iudic. libr. centur. 1. caſu 86. n. 7. & n. 22.* & infinita ad propoſitum allegat nouiſſime Maſcard. *in ſuo tract. de probation. part 1.* concluſione, *532. per totā*, & particulariter *in nu. 13. & n. 21.* vbi allegat Bart. *in l. de iure num. 2. ff. ad municipalem*, & alia quæ videre potes, quia ille liber iam frequenter in manibus Aduocatorum verſatur. 93

Tertio † ampliatur, etiamſi Forenſis emerit in loco, in quo imponitur Collecta, bona allibrata & æſtimata, & in Extimo, quod vulgo dicimus, *libro de pecheria*) poſita, ita declarat Bartol. ab omnibus relatus, *in conſi. 180.* Bald. *in cap. fin.* de vita & honeſtate Clericorum, & hanc opinionem ex profeſſo, & conſtanter defendit Hyppol. Riminaldus Iunior, *in dicto conſilio vigeſimo quinto, per totum, libro primo*, & eſt cōmunis opinio pro qua iudicauit Senatus Pedemontanus, vt pro Anton. Theſau. Præſide, *deciſione. 234. numero ſeptimo*, licet contra- 94

in eius locum ſubrogetur, & debet eſſe æque idoneus. Sed certe hęc tam communis reſolutio nullo iure probatur. Nec obſtat Authent. *ſed periculum. C. ſine cenſu, vel reliquis*, & tex. vnde ſumitur, in quo ſe fundant Bal. & Pau. ibi & omnes citati. nam ſi bene conſideras, loquitur in bonis tributariis Principi pro Canonica penſitatione, & certo Tributo obligatis, quæ imo antea ipſius Principis fuerunt, & de quibus loquitur titulus, *de fundis patrimonialibus, lib. 11.* in quibus ob fauorem Principis nõ permittitur alienatio, niſi periculo ipſius venditoris, & æque idoneum, & ita conſtat, *ex §. permuttas*, a quo illa Authent. deſumpta eſt, tunc etiam loquitur; quandocunque venditor volebat alienare rem tributariam, reſeruata ſibi facultate, ſoluendi Tributa, pro emptore; tunc enim, ne Principi fraus fiat; ſtatuit Imperator, quod tranſpoſitio fiat cum cauſæ cognitione, corã Prætore facta, qui inquirat, an emptor ſit Idoneus, & tunc iubeat eam fieri abſque dicta conditione, vt poſſeſſores ſemper Tributa agnoſcãt, & res Tributariæ Dominum regcognoſcant, & ſi non ſit idoneus, fiat etiam periculo ipſius venditoris, ita quod ſemper, vel emptor ſolus, vel emptor & venditor Tributa agnoſcant & res ſemp exiſtant, & appareant Tributariæ. Vnde quod in fauorem certæ penſitationis ſtatutum eſt, ob recognitionem Dominii Principis, non debet ad alios caſus trahi, maxime diſſimilem rationem habentes, vt in præſenti caſu, vbi non agitur de Tributis certis, nec de bonis tributarus Principis, nec de eius fauore, nec de Dominio eius, ſed ſolum de Collectis incertis & variabilibus, ad quas bona non ſpeciali iure tenentur. Vnde concludendum eſt in puncto Iuris poſſe libere alienari, nec venditorem, poſt eorum deſertionem, teneri aliquid pro eis ſoluere, ex doctrina Barto. *in leg. 15. cũ quo, ff. de aqua pluuia arcend.*

77 Quod † tamen limitarem, niſi in cõtrarium eſſet conſuetudo, quam in pluribus huius Regni Locis vidi & audiui obſeruari, maxime, in Locis aut Oppidis de *Behetria*, tunc enim conſuetudo obſeruanda eſſet, *vt ſupra diximus.*

Octauo ampliatur, vt † etiãſi Incolæ, poſt impoſitam Collectam, mutauerint incolatum, nihilominus illis poſſit imponi, & tenentur eam ſoluere: vt eſt text. & ibi gloſſ. & Bartol. *in leg. Incola, ff. ad municipalem*, & non ſolum quando in Ciuitate eſt impoſita & peræquata Collecta, ſed etiam, quando a Superiore eſt ipſi Ciuitati indicta, etiam ante peræquationem, ex gloſſ. *vbi ſupra*, notat etiam Ægid. Thom. *in dict. tractat. cap. 10. num. 11.* notat Corn. *conſi. 24. num. 2. lib. 3.* idem Thom. *dict. cap 10. num. 15. & cap. 13. num. 25.* hodie tamen Iure noſtro Regio in ſeruitio Regali, *l. 10. tit. 14 libr. ſexto Recompil.* dicit, quod, qui in primo anno in Capitationes fuerit Vicinus alicuius loci, tenetur ſoluere pro omnibus annis ſequentibus, vſque dum finiatur temp⁹. contractus, etiamſi mutet Domicilium, Capitulum verò *Del encabeçamiento general.* de quo per Laſartem de Molin. *in tract. de Gabell. cap. 4. num. 41.* In Gabellis incapitatis aliter diſponit, ſcilicet, quod ſi Locus ſit trecentorum Vicinorum, minor, tenetur quis ſoluere ſeruitiũ Regium, dico Gabellã aut Collectam, pro Gabella ſolum pro anno incœpto, *vt in d. l. Incola.* Si vero ſit maior, ſolũ tenetur pro rata illius temporis, quo in Ciuitate aut Oppido habitauit, & hæc opinio in ſeruitio Regio, & aliis Collectis magis ſeruatur in praxi, legem enim illam decimã ego nunquã vidi in praxi ſeruari.

Crederem † tamen, quod ſi Vicinus recedens, in contractu Capitationis eſſet obligatus, pro ſua perſona & bonis, ſiue pro Collectis, ſiue pro Gabellis, q̃ tũc in puncto Iuris eſſet obligatus, pro omnibus annis contractus, ex nota tis, *in d. §. Actor. & per ſupradictos*, licet etiam hanc opinionem nunquã viderim practicari, & ſi Vicini remanentes non eſſent ſufficientes ad implẽdum contractum, damnum Domino cederet, *vt infra dicetur*, & conſtat ex Corneo, *vbi ſup.* quod apparet ex legibus hui⁹ Regni, de quibus infra, quæ permittunt, vt quis libere poſſit mutare incolatum, non 80

T 3 ob-

alio, debeant collectari, & non remanere exempta, alias Vnio nihil operaretur, & quod, quando Ciuitas diſtribuit locis ſubditis, nihil diſtribuat ratione bonorũ, ſed Incolarũ, & q; diminutis Incolis, diminuat Collecta diſtributa tali Vico, & accreſcat aliis, vt in vno Populo fit, alias ſi hæc non obſeruarentur, non eſſet perfecta Vnio, & militarent dicta inconuenientia, ac proinde ſeruanda eſſet deciſio *dictæ legis Regni*, & iam ſic practicaui, & conſului. Adque omnia aduerte; quia non inuenies alibi ita notata & conſiderata, & quotidie in praxi contingunt. Cum quibus finitur hæc ſecunda pars, & ad quæſtionem de Collecta impoſita pro puteo reficiendo, q; ad eam teneantur Vicini, etiamſi vſui renuntient, vide Thoma *in dict. tract. cap. 13. num. 17.*

§. 3. De modo diſtributionis, & exactionis.

105 Prima concluſio. Diſtributio † Collectæ non eſt de Regalibus, ideo cuilibet Ciuitati, aut Oppido permittitur abſq; vlla Regis licentia, vt per Crauet. *conſil. 195.* Menochius, *conſi. 28. à numer. 3. lib. 1.*

106 Secunda concluſio. Ad † diſtributionem Collectarum, debent ab ipſis Vniuerſitatibus, aut Rectoribus, ipſas repræſentantibus, nominari, peræquatores, quos vulgo dicimus *(Repartidores)* qui debent iurare ſuum officium fideliter exercere. & eã diſtributio, poſtquã facta fuerit, debet approbari a Iudice, & ipſis Rectoribus, textus expreſſus *in leg. 4. titulo 14. lib. 6. Recomp.* late Feſtaſius *in dict. tract. de Extimo & Collectis, par 1. capit. 1. per totum*, & ita practicatur, & an Rectores debeant aſſiſtere diſtribuitioni faciendæ non inuenitur Iure diſpoſitum; ſeruanda tamen eſt conſuetudo; *vt in dict. leg. 4.* Syndicus vero Reipublicæ, tanquam pars, debet citari & aſſiſtere, & ita affirmat Nicolaus Feſtaſius; *vbi ſupra*; & ita practicatur.

107 Imo ſi † diſtributio ſit etiam facienda inter Nobiles, vel alios exemptos; quia caſus eſt priuilegiatus, debent ipſi citari & aſſiſtere, alias non valet diſtributio facta in eorum præiudicium, vt per Cardinalem, & Ancharan. *in Clementin. 2. de Cenſibus.* & ibi gloſſ. late Ioann. de Neuizanis, *conſi. 06 num. 22. deciſio.* Peruſina *41. num. 7. Parpalia. in leg. placet, colu. 26. de Sacroſanctis Eccleſiis* practicatur, quod quilibet ſtatus diſtribuendus, nominet aliquem peræquatorem, qui aſſiſtat, imo ipſi Rectores nominant *(El repartidor de hijosdalgo, e Clerigos,)* vnũ ex ipſis.

Tertia concluſio. Ad rectam † diſtributionem faciendam, debet fieri Extimum, aut Regiſtrum de omnibus bonis poſſeſſorum, qui ipſa tenentur manifeſtare, medio iuramento, & debent citari poſſeſſores ad faciendum Extimum, ita Feſtaſius *in dict. tract. 1. part. cap. 1. a numer. 30. cum ſequentib.* Vbi etiam late tractat, quod pro omnibus bonis debet fieri Extimũ, de quo late ſupra egimus, & late Roland. *dict. conſil. 66.* & facit text. *in l. forma, cum ſuis paragraphis, ff. de Cenſibus*, facit Neuizanus, *conſil. 97. numer. 10.* Menoch. *conſil. 75. a nume. 10. lib. 1.* & non eſſe prædia poſita in Extimo, arguit non debere contribuere, niſi contrarium probetur, ex Crauett. *conſil. 3. num. 13. lib. 1.* & bona immobilia ponenda ſunt in Extimo loci, vbi ſunt, vt per Menoch. *vbi ſupra, nume. 16.* Roland. *num. 54.* in aliquibus locis ſeruat̃ de conſuetudine in his Regnis, quod non fiat Extimum, ſed Cenſitores inſpiciunt groſſo modo facultates cuiuſquã, & pro eis diſtribuũt, quæ conſuetudo ſeruanda eſt, ſecundũ Bart. *in leg. fin. C. de prædiis, & omnibus nauiculorum, libr. 2.* & Feſtaſius, *in dict. tract. capit. 2. num. 38. par. 1.* Et ſic multoties vidi ſeruari in aliis etiam locis ſeruatur de conſuetudine, *vt ſupra dictum eſt*, quod ſolum bona immobilia ponantur in Extimo, ſeruanda eſt etiam conſuetudo, vt per Feſtaſ. *vbi ſupra.* 108

Quarta concluſio. Iure † communi Collectæ imponuntur per æs & libram, quod vulgo dicitur *(por millares)* ita Bar. Roman. Imol. Alexand. Iaſ. Rip. & alii, *in d. §. Actor.* Corneus, *conſ. 24. num. 10. li. 3.* 109

Tho-

Thomaſ. in dict. tracta. cap. 14. a num. 21. deciſ. Pedem. 68. num. 8. & 83. num. 6. Lucas de Penna. in l. 2. C. de quibus muneribus nemini ſe liceat excuſare, lib. 10. Rip. reſpon. 20. nume. 6. Auil. cap. Prætorum, cap. 34. verbo aluien, & facit l. 20. tit. fin. part. 3. Caſſaneus, in cõſuetud. Burgund. verbo des iuſtices. Rubri. 1 §. 4. verbo & fur. num. 45. Auen. dict. quæſt. 14. num. 2.

110 Imo in † dubio, quando non conſtat, quod debeat imponi per capita, debet imponi per æs & librã, ita notat Petrus Gregor. in ſuo Syntagmate iuris, part. 1. lib. 3 cap. 7. num. 9. Ioan. de Amicis, in dict. conſil. 8. a num. 1. Thomaſ. in dict. tract. cap. 13. a n. 2. & facit text. in leg. omnes, C. de operibus publicis, & in leg. 2. C. de Annon. & Tribut. lib. 10. & in leg. 1. C. de munerib. patrimon. & leg. fi. Cod. de Immunit. nemini concedenda, lib. 10.

111 Ampliatur hæc † concluſio, vt procedat, etiam quando imponitur Collecta ad refectionem murorum, pontium, & viarum & aliorum, quæ bonum commune reſpiciunt: tunc etiam debet fieri diſtributio per ſolidum & librã, ita probatur in dictis Iuribus, & notat expreſſe Bart. in dict. l. fi. Thomaſ. in dict. tract. c. 14. num. 20.

112 Et ita ſemper conſului † & practicaui, & ita tenet Guido Pap. quæſt. 7. & quæſt. 372. & ibi, ad dict. & conſil 1.

113 Limitatur primo, vt † non procedat, quando Collecta imponitur pro ſoluẽdis Salariis Correctorum, Iudicum, Medicorum, Aduocatorum Ciuitatis, & aliorum officialium, hæc enim imponitur per capita, vt per Luc. de Pen. in leg. fin. q. 11. & 12. C. de quibus muner. vel præſtat. nemini ſe licet excuſ. lib. 10. Auen. in d. 2. p. c. 10. a num. 4. Bellae. lib. 4. commu. opi. tit. 39. num. 9. Feſ. in dict. tract. 2. p. c. 4. in fin. & cum Auil & aliis, diximus, in q. de Salar. §. 1. vbi vide. Vbi etiam tractaui, an nobiles teneantur contribuere ad ſoluendum Salarium Correctoris, & concluſi quod non, allegando Aceb. Oroſ. & alios.

114 Secundo limitatur, quando † Collecta imponitur, pro redimenda expenſa militum, qui iuſſu Regis a Ciuitatibus huius Regni mittuntur ad bellum, nam tunc imponitur per capita eorum, qui ad bellum ire debebant; vt cum Luc. de Pen. & aliis concludit Pet. Nic. de Vbal. in tract. de Collect. a prim. & num. 15. Caſſa. in conſuet. Burg. verbo des iuſtices, Rub. 1. §. 4. verbo & fur. n. 45. Auen. in d. 2. p. c. 14. nu. 11. hoc tamen intelligitur & practicatur cũ diſtinct. & ita colliges ex Vbal. vbi ſupra, quod ſi Rex petit milites ſuis expenſis, & non expenſis Ciuitatis, tunc munus iſtud eſt mere perſonale, & Collecta pro ea impoſita, etiam eſt perſonalis, & debet per capita diſtribui, quando vero Rex petit milites expenſis Ciuitatis, tũc eſt iſtud onus mixtum patrimoniale, & quoad expenſam, quæ eſt munus patrimoniale, Collecta pro ea impoſita, eſt etiam patrimonialis, & diuiditur per æs & libram inter omnes Incolas, qui a Tributis non liberantur, & ita cum Luc. de Pen. & aliis concludit idem Pet. de Vbal. vbi ſup. omiſ. vero militãdi, imponitur per capita Robuſtioribus, & Validioribus, & magis aptis ex Vicinis, qui ſi legitimas excuſationes non habeant, compelluntur ire ad bellum, vt bene aduertit Luc. de Pen. in l. 11. qui vult, C. vt ruſticam ad nullum obſequiũ, &c. & in Rub. C. de Tyronibus, libr. 11. & in leg. 3. C. de priuilegiis domus Auguſtæ etiam li. 11. vbi etiam tract. an vaſſalli poſſint compelli ad bellandum inviti, maxime ſuis expenſis. Vera reſolutio eſt, quod in defectum volentium poſſunt aptiores eligi nominari & compelli, & expenſis Populorum, ſi Rex nimium neceſſitatibus oppreſſus ad omnes non ſufficiat, & hæc diſtinctio eſt vera, & quã iam practicaui & vidi practicari, licet multi eam non intelligentes ſoleant paralogizare, & ex ea eleganter declaratur, tex. in leg. 7. tit. 4. li. 6. Recomp. quæ lex enumerat perſonas, quæ non tenentur ire ad bellum. Intelligi enim debet, quod excuſantur a ſeruitio perſonali, & per conſequens a Collecta impoſita, loco illi⁹ ſeruitiis ad quærendum, vel mittendum alios, loco ſui, non tamẽ excuſantur ab expenſa impoſita pro ſoluẽdo militibus miſſis, & Collecta, quæ in eius locum ſuccedit.

Tertio limitatur † generaliter, vt 115

non

non procedat, conſiderata cauſa Collectę: nam ſi cauſa imponendi Collectam eſt munus mere perſonale, quod ſolum conſiſtebat in labore perſonæ, qui labor ex illa Collecta redimitur, tunc imponitur per capita eorum, qui tenebantur illud munus ſubire; ſi vero cauſa imponendi eſt munus Reale, quod conſiſtebat in pecuniaria impenſa, tunc imponitur per æs & libram, ita tenet & probat Bart. *in d. §. Actor*, quē ibi ſequuntur Alex. & alii, Salyc. *in d. l. etiam, Cod. de Executione rei iudicatæ*, Pottius Imolenſ. *conſ. 195. num. 3.* Roland. à Vall. *d. conſ. 66. n. 10. libr. 1.* Ægid. Thom. *in d. tract. cap. 1. nu. 21. cum ſeq.*

116 Ex qua limitatione † infertur primo, quod ſi Ciuitas imponat Collectam pro ſoluendis cuſtodibus vinearum, & meſſium, & aliarum rerum ſi homines Ciuitatis ſolebant ſeruire per capita viciſſim, quod vulgo dicitur (*à la vez*,) vt contigit in paruis Vicis, quod tunc Collecta illa debet imponi per capita conſiderata cauſa, & ad eam tenentur Clerici, & nobiles, qui prætendunt vtilitatē ex cuſtodia, vt p Auend. *vbi ſup.* nam licet iſti ſuis pſonis non teneantur cuſtodire, tenētur tamē ponere alios loco ſui, & ſuis expenſis, & idē erit in collecta impoſita, pro ſoluendis Salariis cuſtodibus portarum, tempore peſtis; nam ad ea tenentur per capita, qui tenebantur cuſtodire, ex Rip. *in tract. de peſte, tit. de remediis ad conſeruandam vbertatem contra peſtem, num. 226.* alii vero vt nobiles, vel Dd. Clerici, alii exempti, de quibus per Rip. *vbi ſup.* & Hieronym. Præuidel. *in ſuo tract. de peſte, quæſt. 1.* non tenentur, *vt dictum eſt*, niſi Collecta imponeretur pro ſoluendo Salario Præfectis cuſtodum. Nam ad hoc etiam exempti tenentur, cum non ſit vtile, ſed notabile officium, & etiam nobiles coguntur ſubire. Et ita practicatur.

117 Secundo † infertur, quod ſi collecta imponatur pro redimēdo hoſpitio militū, verbi gratia (*Para que paſſen adelante, ò ſe vayan ò ſe hoſpeden en los meſones*) & idem in armigeris, qui vulgo vocantur (*Los hombres darmas*,) tenentur ad eam, conſiderata cauſa, illi, qui tenentur ad hoſpitandum, & non tenentur nobiles Clerici, Syndici Franciſcanorum, & Prædicatorum, & Trinitatis, & Familiares Sancti officii, & alii ab hoſpitio excuſati. Si tamen Rex mandet illis dari Salgamum, aut victum ab ipſis hoſpitibus, & imponatur Collecta pro hac expenſa redimenda, tunc non tenentur ad eam iſti, qui non tenebantur hoſpitare, conſiderata cauſa, ſi vero debet dari victus, aut alia quantitas à Conciliis locorum, vltra hoſpitium, tunc ſi Collecta imponatur, debet ſolui ab omnibus non exemptis à Tributis; quia hæc non datur ratione hoſpitii, & eſt munus mere patrimoniale, & debet ſolui per ſolidum & libram, *ex ſupra dictis*.

Tertio † infertur, quod ſi aliquod munus angariandi, aut per Angarium imponatur Ciuitatibus, vt quotidie contingit, ſi Collecta pro his muneribus implendis, aut redimendis imponatur, quod debet imponi, conſiderata cauſa, non ſimpliciter per æs & libram, ſed ſolum ratione bonorum aptorum ad illud miniſteriū, & quæ Rex ad prædictum miniſteriū accipere poterat, pretio ſoluto, vtputa ratione mularum, aut quadrigarum, aut ſimilium, & ita practicatur. Et multoties conſului. 118

Quarto infertur, quod † ſi Collecta imponatur pro ſoluendo Salario cuſtodibus meſſium, paſtuum, aut animalium in loco, in quo non cuſtodiunt vicini, *por la Vez*, vt vulgo dicitur, quod debet imponi ratione bonorum, qui cuſtodiuntur, conſiderata cauſa, & non ſimpliciter per æs & libram, & ita notat Auenda. *vbi ſupra*, & tenentur Clerici ad dictam Collectam, ſimilia bona poſſidentes, ratione bonorum, & omnes alii exempti, & ita notat Auen. *vbi ſup.* & per Acebed. ibi, *in l. 12. tit. 3. lib. 1. Recompil.* 119

Quarto limitatur, vt † non procedat concluſio in locis, in quibus eſt conſuetum Collectam imponi, per *cannamas*, aut *pecherias*, & non ſimpliciter per æs 120

V & li-

& libram. Nam tunc ſeruanda eſt conſuetudo, *vt in l.3.tit.14.lib.6.Recompil.* notat Auend. *in d.c.14.num.17.*

121 Quinto limitatur, quādo † eſt etiā conſuetudo, ꝙ Collecta imponatur partim ꝑ capite, & partim ꝑ bonis, videlicet, vna pars ꝑ capite, duo vero pro bonis, ꝙ vulgo dicitur, *al tres dos y as.* nā tūc ſeruāda eſt conſuetudo, *ex ſupra adductis.* Et hæc conſuetudo ſeruatur in pluribus huius Regni partibus, & eſt bona & æqua conſuetudo, ex qua nec diuites, nec pauperes nimiū læduntur Et ſemp ratione æquitatis ſeruādæ, pro ea conſului.

122 Sexto limitatur, vt † non procedat, quandocunque ex modo collectandi per æs & libram, aut per *cannamas*, reſultat læſio, in damnum Incolarum. nam tunc ſeruanda eſt forma *d.l.3.* ſcilicet, vt nominentur ſex pſonæ ex tribus generibus Tributariorū, maiorum, minorū, & mediocrium, cum Iudice & Rectoribus, & hii omnes concordent de modo collectandi, & ſuper eo faciant ſuas ordinationes, quæ debent à Rege vel eius ſupremo Conſilio confirmari.

124 Notandum † tamen eſt primo, ad illam *l.3.* quod ex illa & ex eius coniectura conſtat de mente Regis Legiſlatoris, quod voluit derogare conſuetudinibus antiquis, de modo collectandi, dando licentiam ad faciendum nouas ordinationes, in præiudicium earum. nam lex derogat conſuetudini nō ſolum, quando expreſſe derogat, ſed etiam quando conſtat de mente Legiſlatoris, quod voluit derogare, vt per Ioan. Andream, *in c.fin. de conſuetudini.* & communem opinionem Canoniſtarū dicit Vicinus, *lib.1.commun.opin.tit.17.nu.323.*

125 Secundo notandum † eſt, quod ex illa lege apette conſtat eſſe, vt damnoſas reprobatas cōſuetudines collectandi, vel per capita ſolum; quia eſt in pauperū damnum vel per æs & librā ſolum, quod vulgo dicitur, *por haziendas*, quia eſt in maximum diuitum præiudicium, qui de facili poterunt opibus exhauriri, & ad paupertatem redigi. Vnde clare lex illa approbat conſuetudinem, aut modum collectandi per capita, & æs & libram; quia hoc modo omnia inconuenientia tolluntur, quæ etiam militari poterunt, quando collectatio fit, vel modis dictis, vel per, *cannamas*, vel per Extimum, ſi ſolum bona immobilia ſint extimata, & ad illam tantum habeatur conſideratio, vt in multis locis, quæ habent ſuos libros. Extimi poſſunt enim eſſe alii & admodum diuites, qui ſolum merces & bona mobilia habent, & liberari à collectis, & alii non ita diuites prægrauari, poſſunt etiam alii pauperes, qui dietim laborant, & cum labore acquirunt modico dato, alias iuuate ratione perſonæ, & non dando, iſti efficiuntur ditiores & alii pauperiores, & cum omnes Incolæ ſint, & commodis incolatus fruantur. Durum eſt etiam, quod ſaltem in modicis onera non ferant, vnde, vt alter alterius onera portet, & vt æqualitas ſeruetur, æquum eſt, vt diſtributio modo dicto fiat, quod ſemper conſulo.

Tertio notandū † eſt, quod ſi Vniuerſitas tractet de reformando conſuetudines, aut modos antiquos collectandi, ſecundum illam *l.interim quod à Rege vel eius ſupremo Conſilio, &c.* confirmatur id, quod à deputatis eſt geſtum, debet ſeruari modus antiquus collectandi; quia nouum ſtatutū in his Regnis non poteſt obſeruari, abſq; Regis confirmatione. 126

Et ita † demonſtrat *l.8. tit.1. libr.7. Recompilat.* & ita tenet Greg. Lop. *in l.12. tit.1.p.1.* & Gutierr. *in tract. de iuram. confir.1.p.cap.38.per totum.* & contra Auenda. Oroſc. & Villal. qui contrarium tenebant, hanc opinionem magis communem & veriorem dicit Ioann. Garz. *in tract. de nobilit. in præfa. à numer.12.* & ſequitur Olan. *in Antino. ad Villal. lit.I. & num.73. in fin.* licet contrarium voluerit defendere Acebed. *in leg.13. num.10. titul.6. libr.3. Recompilat.* qui & contrarium tenebant, mouentur, *ex capit.17. Pretor. verbo, Las hara guardar*: cui bene reſpondet Ioan. Gar. *vbi ſup.* vt ꝓcedat in ſtatutis veteribus confirmatis, quę, & ſi contradicantur, debēt interim ſeruari, nō in ſtatutis dę nouo cōditis, & hæc opinio 127

opinio contra Auenda. frequenter in
praxi ſeruarur, & ad propoſitum id a-
perte demonſtrat, *d.l.3. in fin.* quæ iubet,
quod ordinatio in concordia facta, ſu-
per diſtributione Collectæ mittatur ad
Regium conſilium, vt ibi confirme-
tur vel infirmetur, & facit amplius;
quia diſtributio collectæ eſt iuriſdictio-
nis, licet non ſupremæ, *vt dictum eſt*, hoc
tamen non firmo; quia Menoch. *d. conſ.
28. cum aliis contradicit.*

128 Septimo limitatur cõcluſio, vt † non
procedat in Tributo, quod præſtatur
Regi in recognitionem eius ſupremi
Dominii, hoc enim ſolummodo per ca-
pita imponitur, vt per Otal. *in tract. de
nobil. lib. 1. c. 2. nu. 7.* Ioan. Garz. *in d. tract.
gloſſ. 7. num. 2. & in gloſ. 1. §. 1. num. 18. & eſt
tex. in l. in Luſitania, ff. de Cenſibus.*

129 Sed dubitatur; an pauperes eximan-
tur ab hoc Tributo, videtur quod non;
quia eſt Tributũ perſonale & capitis, ni-
hilominus contrariũ eſt tenendum ex
Auile. *in cap. Prætor. c. 33. verbo, pobres, num.
4.* allegat *ll.* quas per te videre poteris, &
idem tenet Auenda. *in d. cap. 14. nu. 33.* &
cum Balb. Alex. & aliis Nicol. Feſt. *in d.
tract. de Extimo & Collect. p. 4. cap. 2. à nu. 60.*
& in Tributo, de quo agimus, id aperte
demonſtrant *l. 18. tit. 33. & l. 11. & l. 10. d. tit.
libr. 9. Recompilat.* Vbi videtur requiri,
quod peræquator in Regiſtro huius
Collectionis, quod vulgo appellamus,
El patron de la moneda forera, ſcribat debi-
torem cum bonis; & quod non occul-
tet bona; & q̃ habeat mobilia aut im-
mobilia, quod eſſet impertinens, ſi col-
lectandus non debet habere bona, ſed
ſufficeret perſona, & ita practicatur. li-
cet Otal. *vbi ſupr.* iudicauerit proprium
munus pauperum eſſe, ſoluere dictam
Monetam, & quod nullus ab ea excuſa-
tur: ſed certe non loquitur in omnino
paupere.

130 Quis autem pauper dicatur tractant
ſupradicti, & latius Cornelius Veninea-
ſius, *in tractatu de paupertate, quæſt. 6. à num.
28. cum ſequentib.* Nicol. Feſtaſ. *in d. tract.
& d. cap. 2. à num. 6.* & cum Couar. Didac.
Perez. & aliis ponit etiam Acebed. *in l.
9. à num. 14. titul. 5. lib. 4. Recompil. & in l. 2. à
num. 45. titul. 18. lib. 4. Recompil.* Olanus *in
Antin. ad Villalo. lit. P. num. 8.* vbi allegat
Dec. Bellacom. Didac. Perez. & Gre-
gor. Lupium & alios Emanuel Xuarez,
lib. 9 communium opinion. tit. 2. nu. 130. Me-
noch. *in tract. de arbitrar. iudic. libr. 2. Cent.
1. caſ. 65. per totum.* Maſcard. late, *in tract.
de probat. part. 3. concluſione, 1154. per totam*;
communiter concludunt, quod relin-
quitur arbitrio Iudicis; quis dicatur
pauper, conſiderata qualitate cauſæ &
negotii, & in terminis Collectarum, ſe-
cundum Auenda. & Feſtaſ. *vbi ſup.* ille
dicitur pauper, vel qui oſtiatim victum
quærit, vel qui dietim laborat, ſed cla-
rius, vt conſtat ex dictis legibus ab Aui-
leſ. allegatis, & *ex dict. l. 4. titul. 14.* pauper
ad effectum Collectarum, is dicitur, qui
nulla bona habet, ſiue mobilia, ſiue im-
mobilia: nam ſi aliqua habeant, etiam
parui valoris, pro eis poterit collectari;
conſtat *ex his, quæ ſupra diximus*, & ex Fe-
ſtaſio, *vbi ſupra*, & ex Rolando de Valle,
in d. conſ. 66. & teneretur ſoluere dictum
Tributũ *de moneda forera*, licet in eo ſol-
uendo non habeatur conſideratio ad
bona reſpectu diſtributionis; quia æ-
qualiter per capita diſtribuitur: ſed ſo-
lum reſpectu exactionis, quæ non fit à
non volente ſoluere. Notandũ † tamen 131
eſt ad hoc Tributum, quod vniuerſita-
tes vel Tributarii dicti vulgo (*Pecheros*)
nõ poſſunt illud ſoluere de bonis com-
munibus, nec etiam ſoluere in commu-
ne, quod vulgo dicimus (*por iunto*) vt ex-
cuſetur diſtributio, & exactio particula-
ris pro quolibet capite, & vt excuſetur
Extimum; quod vulgo dicimus (*el pa-
dron*) nam hoc eſſet in damnum Regiæ
maieſtatis & eius præeminẽtiæ, cui ſol-
uitur ab omnibus dictum tributum in
recognitionẽ ſupremi Dominii & ſub-
iectionis & Vaſallagii; quæ recognitio
ſibi tolleretur, *ex d. ſolutione.*

Quemadmodum † in Emphyteota 132
eſt diſpoſitũ, qui tenetur per propriam
perſonam ſoluere & non per alium, &
tenetur quotannis ſoluere: & non po-
teſt ſoluere vno anno pro omnibus ex
eo; quia ſoluit in recognitionem Do-
minii, vt vult Bald. *in l. acceptam. C. de vſu-*

ris in vlt.col.& in l.2.vbi Iaſ.quæ.22.C.de iur. Emphyteot.& cum Iaſ. Claro & aliis communem reſolutionem dicit Bellac. Sena.Taurien.lib.4.commun. opin.tit.44.à nu. 143.cum ſequent. & pro hac opinione facit expreſſus tex.in leg.2.ibi, cenſum rei agnoſcere: & in l.fin. ibi. publicas penſitationes agnoſcere.C.ſine Cenſu,vel reliquis,vbi omnes poſſidentes tenentur pro ſua perſona Tributa agnoſcere, & non valet pactum, quod alius pro eis agnoſcat, etiamſi venditor fuerit, quæ iuxta expreſſe hanc reſolutionem probant, facit etiam tex. in l. omnes. C. de Annon.& Trib. lib.10. ibi, quæ ſolemniter à Prouincialibus deuotiſſimis conferenda ſunt (vbi in ſolutione Tributorum conſideratur ſolemnitas obedientiæ, & ſubiectionis Vaſallorum.) Vnde cum huic deuotioni,& recognitioni repugnet ſolutio in communi & per alios facta, non debet admitti, etiamſi de conſuetudine immemoriali contrarium fieret;nam tunc conſuetudo hæc non eſſet ſeruanda, cum non ſufficiat ad liberandum quem à Tributis, ex l.comperit, ex ibi notatis. Cod. de præſcrip. 30. vel 40. annorum. & notat Franc.Balb. in tract. præſcript. 2. p. principali, quæſt. 7. tex.expreſſus, ibi,late Acebed.notat,à num.41. cum ſeq. in l.1. titul.15.libr.4.Recompilat.in l 6.titul.29.p.3. quod ſecus erit in aliis Collectis ordinariis & extraordinariis, vtputa, en el ſeruicio Real, y extraordinario. nam cum poſſit aduerſus eum præſcribi tempore immemoriali, & ſe liberari ab eo ex Balbo & aliis à ſupradictis allegatis, multo magis ex conſuetudine immemoriali poterit ſolui, ab aliis, quam Tributariis pro eis, & in communi, & ex bonis communibus. Et ſic video practicari.

133 Si tamen † ex priuilegio loquente de hoc Tributo capitis, aut ex Regia licentia hoc modo ſolueretur, valeret ſolutio. Nam Rex, expreſſe & in totum poſſet aliquos eximere, à dicto Tributo, ex legibus Regiis allegatis à Burgos de Paz, conſil.45. & 46. Si ergo poteſt eximere, melius poterit dare licentiam hoc modo ſoluendi, quæ non eſt talis exemptio, quæ omnia nota ad praxin; quia ſingularia ſunt, & à nullo inuenies tacta. Et ex his intelligi poteſt, quod ſi in aliquo loco ſit conſuetudo ſoluendi de bonis communibus hoc Tributum, De la moneda forera, quod non obſtante conſuetudine ad petitionem particularis, aut particularium, debet fieri Extimum, vulgo (padron,) & exigi à Vicinis in particulari, & ſuper hoc darentur Regiæ prouiſiones, de quo iam longam vidi diſſenſionem, licet nondum audiuerim, quod fuerit iudicatum.

Per viam † tamen nobilitatis, valet 134
præſcriptio, aduerſus omnia Tributa, ex l.Regia, de qua per Ioan. Garziam, in d. tract.de nobilitate,gl.ſſ.19. Imo etiam quadragenaria præſcriptio cum titulo, licet inualido, ſufficit in hoc Tributo, & ſic limitatur d. l.comperit, prout cum Alex. & aliis vult Balbus, vbi ſup. ex l.fin. Cod. de Fundis patrimonial.lib.11. & in terminis tenet Otalora, in tract.nobil.part.4.cap.6. vbi loquitur de priuilegio antiquo Vellitii Auriolis, contrarium tamen tenet Ioan. Garz.in d.tract.de nobili. gloſſ. 21. num. 75. Vbi dicit, quod diſpoſitio d.l.fin. obtinetur in rebus præſcriptibilibus, non vero in Tributo impræſcriptibili, de quo agimus, ex d.l.comperit, & ex d.l.1. & ex d. l.6.titul.29. Sed pro prima opinione fuit iudicatum, vt ipſe Otalora refert, & in puncto iuris Communis verior eſt contraria opinio; quia d. lex.final. in Tributo, quod præſtatur in recognitione Dominii, ex prædio Tributario loquitur, & in eiſdem terminis loquitur, d.lex comperit, & dict.leg.1. & l.6. hunc caſum in ſpecie non tangunt, ſed generaliter loquuntur de Tributis nullo tẽpore præſcribendis. Vnde quemadmodum l. comperit in fin. quæ generaliter loquebatur, fuit limitata ex d. l.fin. in poſſidente, aut præſcribente libertatem cũ titulo, p 40.annos, ita etiã poterunt limitari dictæ leges Regiæ, quæ cõcordant cum communi iure, & legibus antiquis, non lex noua quantumcunque indiſtincte & generaliter loquens, debet intelligi, & diſtingui ſecundum ter-

minos

minos legis antiquæ concordantis, & per leges antiquas, quæ legem illam diſtinguebant, vt per Iaſ. late, *in l. ſciendum, num. 4 ff. qui ſatiſdare cogantur, Donatus à finalibus, libr. primo, communium opinion. tit. 17. num. 19. & lex noua generaliter corrigens,* dico, de nouo prouidens, non cenſetur corrigere legem antiquam ſpecialem & ſpecialiter prouidentem, vt eſt gloſſ. communiter approbata, *in l. 3. Cod. de ſilentiariis libr. 11.* quam communem cum plutibus dicit Oroſcius, *in leg. 1. colu. 207. ff. de conſt. princip. & in leg. ſed & poſteriores, colu. 161. ff. de legib.* quem & alios refert & ſequitur Acebed. *in leg. 17. num.*
135 *3. titul. 2. lib. 1. Recomp.* Nec † obſtat, quod Tributa ſunt impræſcriptibilia ex dictis legibus; nam conſidero, quod dupliciter aliquid dicitur impræſcriptibile, vel ex prohibitione legis, vel ex inhabilitate poſſidentis, ſeu magis incapacitate, aut ex parte materiæ, quæ non eſt in humano commercio, nec poteſt ad profanos vſus poſſideri, quando ex prohibitione legis cauſatur impotentia, poteſt per legem in alio caſu diſpenſari, & de hoc nulli dubium, quando vero eſt ex incapacitate perſonæ, tunc nec lex vllo caſu poteſt diſpenſare, nec Princeps permittere, niſi ſit talis, qui valeat diſpenſare cum tali incapacitate, ſi etiam ſit ex parte materiæ, tunc nec lex, nec Princeps poteſt diſpenſare, & in his duobus caſibus, nec valet præſcriptio cum priuilegio, vel ſine eo; quia Princeps expreſſe diſpenſare non poterat, multo minus tacite, vt contigit in cauſis ſpiritualibus, ſiue decimarum, ſiue aliarum rerum, in quibus, nec ſeculares ſunt capaces, nec Princeps diſpenſare poteſt, niſi in Papa, & tunc tacite non cẽſetur diſpenſare, ob præſcriptionem, niſi modo ſtatuto in concilio Lateranenſi, ad propoſitũ; igitur Tributa non ſunt impræſcriptibilia, ex parte materię; quia Princeps poteſt concedere immunitatem ab eis per reſcriptũ, *vt in d. l. 6.* etſi materia nõ eſſet in commercio, nullatenus poſſet, quemadmodum non poſſet rem ſacram efficere profanam & ſecularem, nec poſſet eximere quem ſua obedientia, & facere aliquem Acephalum, & ſine capite, ex notatis, *in cap. cum non liceat, de præſcript.* quia repugnat Iuri naturali, quod aliquis ſit ſine ſuperiore, ſi non ſit ipſe ſuperior, licet poſſit ſe alii ſubucere, ex notat. *in dicto cap.* Nec etiam ſunt impræſcriptibilia, ex incapacitate poſſeſſorum; nam non video, quare ſint Laici incapaces à liberatione Tributorum, imo admodum capaces. Reſtat igitur, quod ex prohibitione legis reſultet dicta impotenta, vnde ſequitur, quod per aliam legem poteſt concedi potentia & diſpenſatio, nec obſtat, quod Tributa arguunt obedientiam, & ab obedientia non poteſt quis liberari præſcriptione, *ex dict. capit. cum non liceat.* nam reſpondetur, quod Tributa ſimpliciter ſunt ſolum actus obedientiæ, & non obedientia ipſa, quæ nullatenus poteſt præſcribi contra ſuperiorem, eo exiſtente ſuperiore, *vt in dict. cap. 1. & in dict. leg. 1. in fine,* Cum igitur ſint actus obedientiæ, & obedientia per diuerſos actus poſſit præſtari, non ſequitur, quod illis ſublatis, ſit ſublata obedientia; cum per alios actus poſſit demonſtrari. Vnde licet quis ſit à Tributis immunis, nihilominus Vaſallus manet, & tenebitur alios actus obedientiæ præſtare, & ſi caſus extremæ neceſſitatis obueniat, etiam tenebitur Tributa ſoluere, & poterunt ei indici; quia hoc obedientiam arguit. ſemper enim apud Principem eſt ſupremum Dominium, quod ab eo ſeparari non poteſt, *vt in dict. leg. prima,* & licet in actu ſit reſtrictum in aliquibus caſibus, & in habitu, tamen ſemper manet & reducitur ad actus, qui pro loco & tempore conueniunt ad ſuperioritatem & obedientiam conſeruandam. Et hic eſt verus intellectus huius materiæ, *& d. l. 1. & d. l. fin.* nec *d. l. Partita* æquiparat res ſacras cum Tributis; ſed ſolum refert caſus, in quibus non obtinet præſcriptio, licet non ſint pares, & maior ratio vigeat in vno, quam in alio, & hic etiam eſt verus intellectus, *dict. l. Partita*, & manent defenſatæ ſententiæ, de quibus per Otaloram, quas, meo iudi-

cio, à priori conſiderando, male redarguit dictus Ioannes Garzias, licet alias vir admodum doctus ſit, vt de eo audiui, & ex eius ſcriptis conſtat. Sed hæc omnia moralem Philoſophiā; & ſcholaſticam Theologiam attingunt, in quibus non mirum, ſi Iuriſtæ errent, & ex his etiam maxime declaratur materia *d.l. cum non liceat*. In quo ſcribentes nimis variant.

137 Octauo † & vltimo limitatur in Canonicis, qui ad reparationem Eccleſiæ debent contribuere æqualiter, non conſideratis diſtributionibus quotidianis, ita eleganter Iacobus Philippus Pottius, *conſil. 195. per totum*, eſt tamen intelligendus, quando in fructibus Groſſis eſſent æquales, alias male diceret, & ſua opinio iure non probaretur.

138 Quinta concluſio † poſt factam diſtributionē ab ipſis nominatis per ſcripturam, quam vulgo dicimus, (*el padron,*) debet ipſa ſcriptura approbari à Iudice & Rectoribus, alias non poteſt ex ea aliquid exigi, ita probat text. *in l. 1. C. de Appoc. publicis, lib. 10.* & ibi Bartol. notat etiam Nicolaus Feſta *ſ. in d. tract. 1. parte, c. 1. n. 35.*

139 Et ante † approbationem debent citari omnes intereſſe putātes, etiam per Edictum cum termino ad reclamandum, & ita practicatur. Non enim debet procedi ex abrupto; & abſque citatione, vt cum Bald. Crauett. & aliis notat Roland. *conſ. 32. num. 38. lib. 1.*

140 Et ſi grauatus † intra terminum compareat & conquetatur, reuidetur Extimum, aut dicta ſcriptura, per alios nominatos à Iudice & Rectoribus, dictos vulgo; *deſagraniadores*, vt colliges ex Thomaſio, *in dict. tractat. cap. 13. num. 14. & numer. 34.* licet omnes dicant, quod grauatus habet duo remedia, alterum recurſus, & hic durat anno, *ex l. qui ſe grauatos, C. de cenſitoribus & peraequatoribus, libr. 11.* Auendan. *dict. cap. 14. num. 30.* alterum appellationis, & hæc debet interponi intra decem dies, imo quinque ex legibus Regiis, vt cum Ang. & aliis notat late Iaſ. *in l. fin. in fin. ff. de conſtit. Princip.* & late Ioan. Garzias, *in d. tract. gloſſ. 9. à num. 5. cum ſequent.* Et ſi non conqueratur, ſolutiones nocent, non obſtante qualibet pręſtatione; vt per Garz. *vbi ſupra*, qui videndus eſt; quia bene loquitur Auileſ. *in cap. Pretorum, cap. 34. num. 2.* Sed in praxi, ſi intra dictum terminum quis non compareat, aut aliquam iuſtam excuſationem non comparendi daret, difficulter audiretur; nec etiam approbatio habet locum à declaratione nominatorum; quia ſua declaratio non obtinet vim ſententiæ, vſque dum ſit approbata à Iudice, *ex l. inſtar. C. de iure fiſc. libr. 10.* ab approbatione tamen bene poterit grauatus appellare; quia hoc iure non prohibetur, non tamen habet approbatio effectum ſuſpenſiuum, & ea non obſtante executio fit, *vt infra dicetur.*

Et aduerte † ne erres, quod dictum Extimum non poteſt reuideri, niſi ſemel, & ita practicatur, vt in Gabellis notat Laſarte de Molina, *in tractat. Gabellarum, c. 18. nu. 19.* 141

Aduerte etiam quod perfecto & approbato Extimo, nō ſtatim debent Exactores exigere, & cum exequi, ſed terminus aliquis debet dari debitoribus, ad ſe pręparandum, & ſoluendum, & ita notat Feſta *ſ. in d. tract. 3. part. cap. 1. num. 8.* & conſtat *ex l. 3. & 6. dicto tit. 14. libr. 6. Recompil.* qui dicit, quod quando indicitur aliqua Collecta Ciuitati, ante exactionem debet moneri, per duos mēſes ante. Sed hoc non practicamus. Nam particularibus non aſſignatur terminus aliquis, Exactores vero ſemper expectāt, niſi periculum ſit in mora. Et iudicaretur inciuile ſi non facerent. 142

Nec etiā poſſunt † exigere ab aliquo, niſi illi oſtendant dictā ſcripturam (*Padron,*) ſi id petat, Bart. & Angel. *in l. 1. C. de Exactorib. Tribut. lib. 10.* Feſt. *d. 3. part. c. 1. & nu. 22.* & non poteſt exigere ab aliis, q̄ a ſcriptis in dicto, *Padron*, nec excedere, nec intromittere ſe in exactione partis alicui⁹ ſocii, ſi in exactione ſibi datus eſt pro diuiſo, alias punitur, *vt in d. l. 1.* notatur, & eſt tex. *in l. quicunq. C. de Executoribus, & Exactorib. lib. 12.* & per Thomaſ. & 143

Feſtaſ.

Feſtaſ. *vbi ſupra.* Et ipſi poſſunt exige-
te per viam pignorationis, & vendere
pignora per Feſtaſium, *vbi ſupra, nume. 1.*
& 14. poſſuntque perſonam capere, vt
per Feſtaſ. *in dict. 3. part. num. 14.* Bart. *in l.*
nemo carcerem, C. de Exactor. Tribut. libr. 10.
145 Hoc tamen † intelligit Feſtaſ. quod de-
bitores poſſint detineri, nō tamen car-
cerari, *vt in dict. l. nemo carcerem*, ſcilicet,
quod poſſint detineri in cuſtodia libe-
ta, non in carcere clauſo, & ita etiam
intelligunt, Salyc. Bald. & alii allegati à
Baeza, *in tractatu de inope debitore. capit. 13.*
à numer. 14. & 15. & late notat Matthæus
Brunus; *in tractat. deciſione bonorum, quæſt.*
11. quartæ quæſtionis principalis, per totam,
notat etiam Petrus Gregor. *in Sintagmate*
iuris vniuerſi, part 2. libr. 22. capit 10 à nu.
3. cum ſequentibus, qui omnes ita intelli-
gunt, *text. in l. ſacrilegii 2. §. fin. cum lege ſe-*
quenti, ff. ad leg. Iul. Speculat. *de conſuetu-*
dine; tamen dictus Baeza, cum Palaci
Rub. *in Rubric. de donat. inter virum & v-*
xorem in principio, à num. 12. dicit; quod
debitores Collectarum carcerantur, &
iudicio meo, quando erant contuma-
ces in ſoluendo, idem erat Iure commu-
ni, vt conſtat, *ex dicta l. nemo carcerem*,
quæ ſolum dicit, quod non ponantur
in ſtricta, & aſpera cuſtodia, non tamen
negat, quin ſub ſecura cuſtodia collo-
centur, & ita militari cuſtodiæ com-
mittuntur, v expreſſe Imperator *in dicta*
l. nemo carcerem, inſinuat: at vero ſecura
cuſtodia carcer eſt, *ex l. 1. C. de cuſtodia eo-*
rum.

146 Et hic eſt verus ſenſus *d.* † *l. nemo car-*
cerem, Debitores vero alii redituum Re-
galium, prout Gabellarum, Salinarum,
aut aliorum, & conductores dictorum
redituum non ſolum capi poſſunt, ſed
ſub Fideiuſſoribus etiam non relaxan-
tur, vt conſtat, *ex ll. allegatis* à Baeza, *vbi*
ſupra, & ex leg. 10. titul. 16. lib. 9. Recomp. & l.
14. & 15. tit. 7. lib. 9.

147 Aduerte tamen, quod † licet debi-
tores Collectarum detineri poſſint, ta-
men ſi facta in bonis excuſſione reperi-
antur non ſoluendo, debent relaxari: ex
eo; quia iam ſunt pauperes, & pauperes
non collectantur, vt notant ſupradicti,
imo ego exiſtimo, quod ſi bona vendi
non poſſunt, etiam debēt relaxari; quia
ipſi non tenentur, propter perſonam,
ſed propter bona. Vnde dimiſſis bonis
liberantur, *vt in dicta l. nemo carcerem*, per
text. ibi notatur, & notat Baeza, *vbi ſu-*
pra, & facit doctrina Bartol. *in l. decima-*
quinta, cum quo, ff. de aqua pluuia arcend. Iaſ.
in l. in Emphyteoticarius numero 154. ff. de iure
Emphyteotico: onera enim hæc comitan-
tur poſſeſſionem, ex Burſat. *conſilio de-*
cimo ſexto, numero 11. lib. primo. Bellacom-
ba, *lib. 4. commun. opin. titul. 30. num. 20.* Vn-
de ceſſante cauſa, ceſſat effectus, *ex iuri-*
bus vulgaribus.

Aduerte etiam, quod † ſi talis debi- 148
tor Collectæ ſit inops, iam dictum eſt,
quod non poteſt collectari: ſi vero et-
iamſi ſit pauper, pro modo bonorum
poteſt ſoluere Collectam, non admitti-
tur ad ceſſionem bonorum, ad finem
differendi ſolutionem ipſius Collectæ,
& ita intelligitur tex. *in l. præter honorem,*
C. de ceſſione bonorum, aut qui bonis cede-
re poſſunt, & ita intelligunt ibi, Paulus,
Salycet. & omnes, & Brunus, & Gregor.
ſupra citati: ſi vero ex bonis ſoluere non
poteſt, quia emptorē non inuenit, tunc
Exactor ea vendet, *vt dictum eſt*, & ceſſio
liberabit debitorem, quia non eſt mali-
tioſa, & hæc ceſſio non eſt illa ceſſio ſo-
lemnis, quæ communiter practicatur;
ſed ſolum rei deſertio ſummaria, in qua
nec termini conſiderantur, nec vlla ci-
tatio creditorū eſt neceſſaria, quia Col-
lecta omnibus præfertur, vt diximus *in*
quæſt. de creditoribus.

Debitor vero † aut Conditor Gabella- 149
rum, non admittitur ad ceſſionem, *ex l.*
5. tit. 9. lib. 9. Recomp. alii vero Fiſci debito- 21
tes admittuntur ex Baeza, *vbi ſupra*, & ex
Aceb. *in l. 5. tit. 16 lib. 5. Recōp.* licet certe *il-*
la l. 5. contra æquitatem naturalem ma-
nifeſte ſit, ſecundum quam ceſſioni re-
nuntiari non poteſt, & hic eſt materiæ
huius verus intellectus. Exactor vero, ſi
emptorem † bonorum pignoratorum, 150
vel derelictorum non inueniat, ſatisfa-
ciet, illa Reipubl. tradendo, vt per Æ-
gidium Thom. *in d. tract. c. 13. n. 40. allegat*
l. fin. C. de Exactoribus Tributorum, libr. 10.

151 Finem tamen † capturæ & ceſſioni debitoris Collectarum imponam, ſi dixero, quod quoad capturam faciendam vel non faciendam, & modum exactionis, ſeruanda eſt conſuetudo loci, vbi fit executio, *ex l. miſſi opinatores. C. de Exactoribus Tributorum libro 10.* & de conſuetudine fere in tota Hiſpania, aut in pluribus eius locis, debitores non capiuntur pro Collectis, nec carcerantur, niſi bona abſcondant, licet Baeza dixerit ſeruari contrarium, quod ego nunquam vidi.

152 Mulier † etiam non poteſt de iure Regio pro Collectis carcerari, imo nec pro Tributis aut Gabellis, *ex l. 2. tit. 11. libro 5. Recompil. & ex l. 3. titul. 13. eo lib.* & notat Laſarte de Molina, *in tracta. de Gabellis, cap. 18. num. 60. & de iure communi*, id etiam notat Feſtaſ. *in d. tractat. de Extimo & Collect. 3. part. cap. 1. num. 21.* poſt Bart. & alios, quos allegat, notat Acebed. *in l. 10. tit. 3. lib. 5. Recomp.*

152 Nobilis vero etiam † non poteſt carcerari pro Collectis; nam id non videtur diſpoſitum: niſi in cōductore vectigalium, vt per Baezam, *in tract. de inope debitore, c. 16. à num. 76.*

153 Impubes tamen † non poteſt carcerari, vt per eundem, *in d. tracta. c. 8. à princip.* minori vero viginti quinque annorum, ſi Curatorem habeat, cuius culpa effectus ſit non ſoluendo, non poteſt carcerari: ſi vero non habeat; poteſt carcerari, ſi habeat bona, vt dictum eſt, & Feſtaſ. *vbi ſupra*, notat. Sed vt diximus in captura pro Collectis conſuetudo attendenda eſt.

Sexta concluſio. Contra debitorem
154 Collectæ †, qui eſt habitus pro debitore, puta; quia nō eſt notorie exemptus, proceditur, velo leuato, & executiue, vt per Thomaſ. *in dict. capit. 13. nume. 30. facit tex. in §. coges autem, in Authent. de mandatis Principum, collat. 2.* notat late Crauet. *conſil. 111. num. 19. lib. 1.* Roland. *conſ. 32. nu. 5. lib. 1.* Menoch. *conſ. 75. nu. 104. libr. 1.* Ojaſe. *in deciſ. 86. nu. 4.*

154 Et lite † pendente, compellitur quis ſoluere, abſque metu attentati, ex Burſato, *d. conſ. 16. num. 76. libr. 1.* & ex Præſide Antonio Theſauro, *in ſuis Pedemontanis deciſ. deciſ. 164. nu. 2.*

Imo etiam † compellitur, pendente 155
appellatione, vt cum multis auctoribus notat Robertus Lancellott. *in tract. de attentatis, tit. de attentatis, lite pendente, c. 4. limit. 25. num. 2.*

Hoc tamen & omnia ſupradicta intellige, quando debitum eſt liquidum, & ipſe exiſtit in poſſeſſione ſoluendi Collectas, vt dicunt ſupra dicti, ſi vero non exiſtit in poſſeſſione ſoluendi, & aliquis alleget, quod concludat eum nō eſſe debitorem, audiendus eſt, vt per ſupradictos, in hoc tamen Regno, cum præſumptio pro Rege & pro Collectis ſit, auditur ſummarie & contra omnes proceditur executiue, & velo leuato, abſque metu attentatorum, &, lite pendente, compellentur contribuere, & ſic in Clericis & Nobilibus, & aliis exemptis ſemper vidi practicatum, qui ſemper recurrunt ad ſuperiorem, qui etiam nunquam procedit reuocando attētata, ob fauorem Collectarum, & ceſſant, qui Doctores, *vbi ſupra*, dicunt, niſi conſtet de malitia eos compellentes, aut de notoria iniuſtitia, *vt ſupra dicti dicunt.*

Septima † concluſio. Exactor Colle- 156
ctarum, debet fideliter & recte ſuum officium exercere, alias poteſt puniri, *vt in l. 1. C. de diſcuſſorib. lib. 10.* Roland. *d. conſil. 66. nu. 50. lib. 1.*

Imo ſi excedit & † procedit de facto 157
pignorando, vltra modum, vel alia iniuſta faciendo, poteſt ei reſiſti de facto, *ex l. contra. C. de Executor. & Exact. lib. 12. & ex l. prohibitum*, & ibi Bart. Platea. *C. de iure fiſci, lib. 10.* notat late Caſſaneus, *in conſuetud. Burgun. verbo, des iuſtices, Rub. 1. verbo, de ſimpleriſcoſe à num. 8. cum ſequent.* Feſtaſ. *vbi ſupra, num. 14.* Hoc tamen in his Regnis de conſuetudine non ſeruatur, nec etiā in Gallia ſeruatur, vt dicit Molin. *in conſuetud. Pariſienſ. part. 1. §. 1. gloſ. 4. à num. 35.* & Rebuffum, *in tom. 1. ad leges Galliæ in proœmio, gl. 5. à nu. 118. in fine.* Sed grauatus debet recurrere ad Iudicē, & interponere querelam Executorum, alias ſi reſiſtat, poterit puniri, niſi Exactor,

aut

aut Executor non oſtendat literas ſuæ cõmiſſionis, & Executor extra territorium, vel non portet ſignum, ex quo cognoſcatur, vel niſi periculum ſit in mora, & damnum ſit irreparabile, vt hęc omnia notat Caſſan. *vbi ſupra.*

158 Octaua concluſio. Exactor † tenetur intra annum ſuam exactionem finire & rationem reddere, & durante tempore exactionis, liberatur ab alio officio, & non poteſt terminum debitoribus prorogare, *vt in l. ſicut de exactoribus & peræquatoribus, lib. 10.* notat Feſtaſ. *in dict. tract. p. 1. cap. 1. num. 26. & in l. Exactores, C. de excuſatione Tutorum*, notat etiam dictus Ægid. Thom. *in dicto tract. capit. 11. nume. 26. & 27.*

159 Et ſi Exactor † ſit negligens tempore ſibi conſtituto, aut anno tranſacto, poterit ipſe pro aliis capi, & tenetur Collectas integre ſoluere, vt per eundem Thomaſ. *in d. c. 11. nu. 24.*

Tum etiam non poteſt exigere Col-
160 lectas † à poſſeſſore rei venditæ, ſi adhuc res non ſit poſita in ſuo Extimo, ſed debet exigere à venditore, qui ſibi datus eſt debitor in quaterno, quod vulgo dicimus (*el padron*) vt cum Rolan. & aliis notat dictus Præſes Theſa. *deci. 164. nu. 3.*

161 Nona concluſio. Exactor † non poteſt pecuniam Collectæ expendere in alium vſum, quam eum, ad quẽ fuit deputata, Barto. *in l. 1. C. de his qui ex publicis collationibus, lib. 1.* Feſtaſ. *in d. tract. 3. parte, cap. 1. n. 30.* etiam habita licentia a Communitate ex Curtio Iuniore, *conſ. 19. n. 13.* & ex eodem Feſt. *vbi ſupra.* Et hoc in his Regnis nullum dubium haber, imo in his Regnis nõ permittitur, teliqua, quæ vulgo dicimus, *fincas*, etiam ad alium vſum expendere, *ex l. 11. & 12. tit. 14. libr. 6. Recompil.*

162 Decima concluſio. Exactor † non poteſt lucrari cum pecunia Collectarum, & ſi lucratur, totum lucrũ eſt Reipublicæ; quia ſemper debet eam paratam habere vſibus Reipublicæ, *ex l. vnica. C. de auri publici perſecutoribus, lib. 10.* per quem ita tenet Bart. idem Bart. *in l. fin. C. de his qui ex publicis ratiocinіis, lib. 10. & in l. 2. Cod. de his qui ex publicis collation. eo. libr.* idem Bart. *in l. diu, per text. ibi, C. de Exactio. & peræquatoribus, libr. 12.* & eius opiniõnem ſequitur Decius, *conſilio 6. libr. 1. & conſilio 477. num. 9 lib. 2.* & contra Cumanum defendit Feſtaſ. *in dicto tractat. p. 3. c. 1. num. 32. cum ſequent.* & eſt communis, vt per Bellacombam, *in d. libr. 4. tit. 30. nu. 5.* ſequitur etiam Franciſcus de Ripa, *in ſuo tractat. de peſte, tit. de remediis, ad conſeruandam vbertatem, numer. 16.* & Mexia, *in pragmatica qua taxa panis, concluſion. 1. à nu. 67. cum ſequent.* Auil. *in c. Pretorum, cap. 45. verbo, ni tomar.*

Ex quibus conſtat † hanc eſſe communem opinionem, quam contra Decium, *in dict. conſil. 6.* extendit dictus Feſtaſius, vt procedat, etiamſi Exactori ſit aſſignatus terminus ad ſoluẽdum; quia, vtcumque ſit, ſemper pecunia publica debet eſſe parata, ad vſum Reipublicæ. Quam opinionem veram & ſequendam exiſtimo, non ex ſola ratione, quam auctores dicti tradunt: ſed quia pecunia exacta eſt aliena & Reipublicæ. Vnde Lucrum etiam debet eſſe illius, cuius eſt pecunia, ſaltem pro ea parte, quæ pecuniæ reſpondet, non pro parte induſtrię lucrantis, ex notatis a Bartol. & gloſſ. vulgari, *in l. cum oportet, C. de bonis, quæ Liberis.* de quo in quæſtione de Salariis latius egimus, & id amplius confirmatur, *ex l. 3. C. depoſiti*, & ex his, qui cum plurib. iuribus in Depoſitario pecuniæ ſignatæ notauit gloſſ. *in l. 2. C. eod. titul.* quam ibi. Baldus, & Salycetus & omnes ſequuntur. Ex quibus apparet hanc opinionem in puncto iuris veram eſſe, licet male in praxi ſeruetur, ex Iudicum partialitate, & Incuria. 163

Vndecima concluſio. In † Exactionẽ Collectarum, non admittitur compenſatio, fauore Reipublicæ, vt cum plurib. iuribus notat Ægidius Thom. *in d. tract. de Collect. c. 14. à nu. 19.* 164

Duodecima † concluſio. Exactor Collectæ non poteſt compellere emptorem alicuius rei, ad ſoluendas Collectas præteritas, debitas a venditore, niſi ſolum ratione rei, illam pignotãdo; nec poteſt confugere ad alias res, pro- 165

priaſ

prias ipſius emptoris, *text in l. his qui, C. de prædiis, & omnibus rebus nauicularîorum, lib. 11. l. fina. C. de debitoribus Ciuitatum, libr. 10.* Bald. *in l. 2. C. ſine Cenſu vel reliquis*, & eſt communis; vt per Bellacombam, *d. lib. 4. tit. 39. num. 22.* Acebed. *in l. 5. tit. 3. lib. 3. Recomp.*

166 Nec etiam † Dominus Emphyteoſis, ſi ad eum res redeat, ex aliqua cauſa tenetur ad Collectas præteritas, de tempore Emphyteotæ, *ex l. l. vectigalis, ff. de pignoribus*, & notat idem Bellacomba, *vbi ſupra, num. 25.*

167 Decima tertia concluſio. Si † duæ Vniuerſitates condemnatæ ſunt, non tenentur ad collectam, quilibet pro dimidia, ſed per æs & libram; & ſic debet diſtribui inter eas collecta, conſiderando numerum Incolarum, & quantitatem bonorum, & ſic ſemper cōſului, & probat Thom. *in d. tract. c. 13. à nu. 18. allegat. l. ſi non fuerit, ff. pro ſocio.*

168 Decima quarta concluſio. Si † in dicto munere, & dato breui, vulgo, *padron*, Exactori, aliquis ex Incolis ibi deſcriptus liberetur, vel efficiatur nō ſoluendo, Exactor pro illo ſoluere non tenetur, ſed de nouo aliis Incolis debet eius pars pro modo fortunarum indici. ita probat Thom. *in d. tract. cap. 13. nu. 11.* Nec debet vnus pro alio grauari, vt per eundem, *num. 13.*

169 Decima quinta concluſio. Si † in bonis regiſtratis, aut allibratis & poſitis in Extimo, fiat decrementum, aut cauſatur ſterilitas, vel fertilitas, aut augmentum, tunc ad petitionem cuiuſcunque intereſſe putantis, debet ipſum extimū, vulgo, *el padron ò regiſtro reuideri*, & de nouo indici Collecta pro modo facultatum, & ita notat idem Thom. *vbi ſupra, num. 7.* facit text. *in l. forma, ff. de Cenſibus, & in l. 2. & l. omne territorium. C. de Cenſitoribus, lib. 11.* notat gloſſ. *in l. 3. C. de alluuionibus*, Ioan. Philip. *conſ. 1. n. 4.* Crauet. *conſil. 191. num. 6.*

170 Et facit, *l. 3. §. diui, ff. de iure fiſci*, & pars diminuta † non perit Principi, ſed accreſcit aliis, vt per gloſ. *in d. l. omne territ. & in l. 2. C. de Apochis publicis lib. 10.* & ita iudicatum dicit Ioann. Philip. *vbi ſupra, num. 13.* & facit tex. *in l. 1. C. de omni agro deſerto lib. 11.*

Vſus tamen † plurium huius Regni locorū inualuit, vt per interualla tēporum, puta, de biennio in biennium, aut de triennio in triennium reuideatur dictum Extimum, qui vſus, tanquam laudabilis, ſeruandus eſt, & probat elegans text. *in l. 5. dict. tit. 14. lib. 6. Recompil. & in l. 4. eo. tit.* qui dicit, quod ſi aliqua Oppida diminuūtur, aut depopulantur, eorum pars accreſcit aliis locis vicinioribus eiuſdem iuriſdictionis, & comitatus, aut illis, qui ſuos terminos & bona poſſidēt, qui delinquendo illos terminos & bona liberantur, in quo eſt ſingularis illa lex, & confirmat opinionem Bart. *in d. l. ſi is cum quo.* 171

Decima ſexta & vltima † concluſio. Si aliqua Collecta imponatur à Ciuitate, ad ſoluendum aliquod debitum alicui vicino, aut faciendo aliquas expenſas in aliqua lite, puta, nobilitatis cum ipſo vicino; ipſe etiam, tanquam vicinus, tenetur ſoluere, & poteſt collectari pro ſua parte, *ex l. ab omnibus, §. ſi Titio & Paulo de Caſtro, & Alber. ff. de lega 1.* notat Auend. *in d. 2. parte mandatorum Regalium, cap. 10. num. 19.* Ioann. Garzias cum Otalora & aliis, *in ſuo tractat. de nobilit. gl. 2. nu. 3.* Otalora, *in d. tract. 3. part. capit. 1.* & dicit communem Bellacomb. *in d. tit. 39. num. 19.* & ita ſemper practicatur, licet aliqui contrarium tenuerint, ſed contra eos bene facit text. *in dict. §. ſi Titio.* vbi ſi heredes debeant dare decem vni ex eis, Legatarius ipſe contribuit pro ſua parte, tanto minus accipiendo; quia ipſe heres eſt, & ſub generali nomine heredum comprehendebatur, & ita in præſenti caſu, quando Collecta indicitur omnibus Incolis, contribuere tenetur ipſe Creditor; quia Incola eſt, & ſub nomine Populi & Incolarum comprehenditur, niſi pactum in contrarium cum eo ſit factum; quod tamē intelligerem, quando ex ſolo mutuo à ſe facto Collecta impoſita eſt, quæ alias non erat imponenda, niſi propter contractum cum eo factum: tunc enim nihil lucratur ex pacto: ſed ſolum indemnis manet: ſi 172

vero

vero Reſpublica in omnem euentum,
& propter debitum, aut neceſſitatem
præcedentē Collectā debebat impone-
re, tūc ex pacto lucratur; quia omnimo-
do debebat Collectam ſoluere, & ſic lu-
craretur ex mutuo, quod eſſet vſurariū
& prohibitum ex Octauiano, Ojaſco, *in*
terminus ſuis Pedemontanis deciſion. deciſi. 95.
numero 28. Feſtaſius; *dict. 3. parte, capit. 2.*
num. 9.

173 Finem faciam † huic tertiæ parti, ſi
dixero, quod Exactor Collectarum, *vt*
dictum eſt tenetur reddere rationes, &
exhibere Libros, & quod poteſt habe-
re duas exactiones, vulgo (*dos cobranças*)
& non tres, vt conſtat, *ex l. quicunq., & ex*
l. ſine ex prætoriano, & l. contra noſtra. C. de
Exactoribus & Exetutoribus, lib. 12. & ei, &
per æquatori deberur Salarium, ſi labor
hic mereatur, niſi aliud ſit de conſuetu-
dine, vt diximus, *in lib. 1. quæſtionum. q. 8.*
§ 3. num. 20.

§. 4. *De his qui liberi & exempti ſunt à Tributorum & Collectarum ſolutione.*

174 Prima † concluſio. Clerici, Eccleſiæ
& Monaſteria, & Eccleſiaſticæ perſonę
immunes ſunt à Collectis & Tributis,
tex. in cap. aduerſus de immun. Eccleſ. c. quan-
quam de cenſibus in 6. c. Clericis & cap. fin. de
immun. Eccleſ. in 6. c. 1. de cenſibus in 6. Clem.
vnic. de immunit. Eccleſ. text. in l. placet. C. de
Sacroſanct. Eccleſ. & in Authen. item nulla
communitas, C. de Epiſcop. & Cleric. & con-
cordat, *lex 54. & l. 56. & l. 52, tit. 6. p, 1. & l. 3.*
tit. 3. lib. 1. & l. 11. & 12. eo. tit. & lib. & l. 2. tit.
4. eo. lib. 1. nouæ Recomp.

175 Ampliatur primo † hæc concluſio,
vt procedat in Hoſpitalibus, ita Auen.
in d. c. 14. nu. 32. Hoſpitalia enim gaudent
priuilegiis Eccleſiarum, ex Socin. *in l.*
rem quæ nobis, verſi. 2. dubitatur. ff. de acquir.
poſſ. & ex Felyn. late, *in capit. de quarta, de*
præſcript. & plura congerit Anton. Gab.
in ſuis communibus, libr. 6. titul. de pia cauſa,
concluſione 2 per totam, & Menoch. *in tra-*
ctat. de recuperand. vel retinend. poſſeſſ. reme.
15. à num. 22. cum ſequen. latiſſime Maſcar-
dus, *in tractat. de probatio. 2. parte, concluſio-*
ne 869. per totam. intellige tamen ſecun-
dum ſupra dictos id eſſe verum, quando
Hoſpitale publicum fundatum eſt Epi-
ſcopi auctoritate; quia tunc eſt locus
religioſus, & cognoſcitur eſſe locum re-
ligioſum, ex eo, quod habet oratorium
& Eccleſiam annexam, cum altaribus
& campanili, & vbi publice diuina ce-
lebrantur & homines ſepeliuntur: tunc
enim ex hiis arguitur fundatum eſſe E-
piſcopi auctoritate: cognoſcitur etiam
ex eo, quod Epiſcopus in eo exerceat
iura Epiſcopalia, & ex aliis, de quibus
per Maſcard. *vbi ſupra,* & per Petrum de
Vbaldis de Peruſio, *in tracta. de quarta ca-*
nonica, q. 2. per totam.

Aduerte tamen † ne erres, quod licet 176
Hoſpitale non habeat Eccleſiam anne-
xam, nec altaria, aut campanile, ſi ſit
fundatum auctoritate Epiſcopi, aut al-
terius cuiuslibet Ordinarii, eſt locus re-
ligioſus, & gaudet priuilegiis Eccleſia-
rum, vt ex text. *in c. ad hæc,* & ibi Abb. *de*
religioſis domibus, ſi tamen non haberet
Eccleſiam annexam in forma ſolemni
Eccleſiæ, non datetur immunitas con-
fugientibus ad Hoſpitale, quemadmo-
dum datur confugientibus ad Eccleſiā,
& ita colligo ex Remig. Degoni, *in tra-*
ctat. de immunit. Eccleſ. ampliat. 17. & ita in-
telliguntur, quæ cum plurib. notat Co-
uar. *lib. 2. var. quæſt. c. 20. num. 4.* & Ioan de
Viſquis, *in tract. de immunitat. Eccleſ. num.*
48. fol. 14. tom. 13. tractatuum Nou. p. 1. Et ita
ſemper vidi, & audiui intelligi & practi-
cari.

Et cum hac † declaratione debes in- 177
telligere, quæ à ſupra dictis notantur in
materia Hoſpitalium, omnes enim di-
cunt, quod Hoſpitale fundatum Epi-
ſcopi auctoritate, dicitur locus religio-
ſus, & gaudet priuilegiis Eccleſiarum;
ſecus in fundato auctoritate priuata, ſe-
quitur Guilliel. Rod. *in tract. de reb. Eccleſ.*
non alienandis, Rub 30. nu. 12. Horat. Man-
doſ. *in tract. de priuilegiis ad inſtar. q. 4. nu. 2.*
Hier. Præuidel. *in tract. de peſte, verſic. vos*
ſcitis, num. 5. Cornel. Benincaſſ. *in tractat.*
de paupertat quæſt. 5. num. 44. Bouius, *in tra-*
ctat. de ſtatutaria vrbis præſcriptio. glo. 19. nu.
202. Petr. Gammat. *in tracta. de legat. cap.*
de pote-

de poteſtate Legati circa hoſpitalia per totum, Selua, *de beneficiis*, *p.1.q.6.nu.10.* Ioan Lup. *in tractat. de libertat. Eccleſ.q.10.num.7.* Lupus de Caſtella eleganter, *in integro tractat. de Hoſpitalitate.*

178 Sed hi omnes † cum Felyn. *vbi ſupra*, quaſi inter ſe variare videntur, aliquando enim ſimpliciter loquuntur de fundato Epiſcopi auctoritate, aliquando vero de fundato eadem auctoritate ad Hoſpitalem, & Miſſas celebrandas, & quod habeat altare cōſecratum publicum, & vbi publice celebrentur, & non priuatim, aliquādo vero requirūt, quod habeat Rectorem perpetuum, qui inſtituatur ab Epiſcopo, & quod non regatur per ſeculares.

179 Sed ad has † confuſiones euitandas vera reſolutio videtur Hoſpitale fundatum auctoritate Epiſcopi ſimpliciter dici piū & religioſum, etiamſi per ſeculares regatur, & nō ponatur ibi Vicarius aut Rector perpetuus. Si tamen non cōſtat de tali auctoritate, eam præſumimus ex ſignis ſupra adductis, quæ tunc neceſſaria ſunt, & ſi ea non habeat, & per ſeculares regatur, erit ſeculare & profanum, licet mortuo fundante, quodammodo ſit locus pius, & quamuis nō ſit locus religioſus, gaudet tamen priuilegiis piæ cauſæ, & Epiſcopus id poterit viſitare ad effectum, vt videat, ſi ibi omnia ſecundum voluntatem fundatoris fiant, & bona conſumantur in Hoſpitalitate, & non in rebus profanis, ex allegatis à Pariſ. *conſilio 34. libr.4. in fine*, ſi vero ſit fundatum Epiſcopi auctoritate, & habeat Eccleſiam & Rectorem perpetuum, tunc erit beneficium Eccleſiaſticum, & erit locus magis religioſus, & gaudebit in omnibus & per omnia priuilegiis Eccleſiarum, & in ſumma, licet non ita intelligat & declaret, nobiſcum videtur ſentire Petrus Gregor. Toloſan. *in ſuo Sintagmate iuris vniuerſi, part. 2. lib.15. quæſt.28. num.39.* vbi allegat Coſmam. Gumier. *in gloſſ. ſanctionis Gallicanæ.*

180 Quinimo vide † hodie tamen *ex deciſion. ſacroſanct. Concil. Trident. Seſſ.22. c.8. & 9. de Reformatione*, abſq; vlla diſtinctione Hoſpitalia ſunt Epiſcopis ſubdita, quoad viſitationē & Executionem voluntatis fundatoris, & quoad redditiones rationum, & ſic practicatur. Imo etiam in praxi, excepta immunitate, *de qua ſupra*, ſemper gaudent priuilegiis Eccleſiarum, quemadmodum & quælibet pia cauſa, & quam ſine vlla diſtinctione collectantur, & in terminis de Collectis etiam concordat Felynus, *in dicto cap. de quarta, numero vndecimo*, & Iulius Ferrettus *in tractat. de Gabellis, numero 487. fol.23. tom.12. tractatuum Nouorum.* Ex quibus iam perfecte intelliges omnia, quæ de Hoſpitalibus à Doctoribus tractantur.

Ex quibus † infero Hoſpitalia nunquam teneri ad Gabellas, etiam ſi vendant: nam ſi ſunt loca ſimpliciter religioſa, ſuapte natura, vt Eccleſiæ, non tenentur ad Gabellas, & ita breuiter demonſtrat Modernus Laſarte, *in tract. de Gabellis, cap.19. num.90.* Si vero non ſunt ſimpliciter religioſa, ſed quodammodo pia; quia ad pias cauſas inſtituta, mortuo fundatore, gaudent priuilegiis piæ cauſæ, & non tenentur ad Gabellas, *vt ſtatim dicemus.* 181

Secundo ampliatur † concluſio. Vt etiam confraternitates collectari non poſſint, quia dicuntur loca pia, vt colliges ex his, quæ notat Speculator, *in titu. de inſtrumentorum editione*, §. *nunc aliqua, numero 62.* & late defendit Petrus de Peruſio, *in dicto tractatu, quæſtione ſecunda principali, articulo 2.* quam cum Ioann. Andr. Deci. Alexand. Cardinal. & aliis communem opinionem, dixit Anton. Gabriel. *vbi ſupra, concluſ.1. titu. de pia cauſa*, & Tiraquel. *in tractat. de priuilegiis piæ cauſæ, in præfat. num.7.* & conſuluit Federicus de Senis, *conſil.3.* & alii plures hanc opinionem tenuerunt, quos recenſet Menochius, *in dicto tractatu de recuperan. vel retinend. poſſeſſion. remedio decimo quinto, à num.25. cum ſequen.* & in propriis terminis Collectarum, eam videtur tenere Auendan. *vbi ſupra, num.33.* Ego tamen, licet videam in pluribus locis de conſuetudine ſeruari hanc ampliationem, quoad Collectas & Tributa, non quoad Iuriſ- 182

Iuriſdictionem, & ſeruanda eſt conſuetudo, & licet etiam vera ſit, quando maior pars confratrum eſt nobilis, aut Eccleſiaſtica, vt Auendan. *vbi ſupra*, dicit, hiſce caſibus ſecluſis, falſam exiſtimo in puncto iuris, dictam ampliationem. Nam confratria ſimpliciter ſumpta, ex Rebuffo, *in tractat. de confratriis, tom. 2. ad leges Gallicas, in princip.* nihil aliud eſt, quã congregatio plurium hominum, per viam ſodalitatis aut fraternitatis, ad opera pietatis exercenda. Igitur illud corpus fictum & imaginatum, quod vocamus Vniuerſitatem, aut confratriam, quoad ſubſtantiam & entitatem, nihil aliud eſt, quam plures homines cum relatione ad dictam congregationem & fraternitatem, & ſi dicas, quod relatio, aut cõnotatio, prout Logici vocant, eſt accidens, accidens vero non poteſt ſine ſubiecto eſſe, ſubiectum vero debet eſſe Reale, & per conſequens, aliquis locus, in quo ſubiectetur illud accidens, & ſi ille ſit pius, debet eſſe etiam confraternitas locus pius, a denominatione ſubiecti, ex quibus auctores ſemper conſiderant confratriam cum Hoſpitali, aut Eccleſiæ annexa, & ex hoc decepti ſunt ad tenendam primam opinionem.

183 Ad hoc † reſpondetur, quod ſubiectum eſt homines ipſi cõfratres, in quibus ſubiectatur dicta relatio, & ſi dicas, quod deficientibus hominibus, deficier confratria: reſpondetur, quod in actu id verum eſt, in habitu tamen (quod in potentia manet in agenti, hoc eſt, in ſuperiore, aut eius priuilegiis, ex quibus poteſt dicta confratria reduci ad actum aduenientibus ſubiectis, tanquam ex potentia actiua) verum non eſt: nam manet in habitu. Vnde confratria ſua pte natura non circumſcribitur loco, quemadmodum Ciuitas, Populus, Collegium & Monaſterium, & in hoc differunt. Reſtat igitur, quod confratria eſt homines ſimul iuncti ſub dicta relatione, & ſi homines ſunt Laici, erit Vniuerſitas laica, ſi ſunt Eccleſiaſtici, Eccleſiaſtica, & per conſequens, ſi eſt Laica, non gaudet priuilegiis Eccleſiarum: Vt male Speculator & alii dixerunt, nõ aduertentes ad ſubſtantiam huius nomenclaturæ.

Ex qua † vera declaratione eſſentiæ confratriæ infertur, quod impertinens eſt diſtinctio, quam Menoch. & alii, *vbi ſupra*, faciunt; an confratria ſit vnita Eccleſiæ, aut Hoſpitali, & quid ſit principalis cõfratria an Hoſpitalis, confratria enim per ſe eſt ens, & ſubſiſtit ſecluſo Hoſpitali, & per ſe poteſt conſiderari & habere bona, tunc enim hæc diſtinctio procedit, quando ignoratur, cuius ſint bona confratriæ, an Hoſpitalis: ſi enim confratria eſt principalis, bona præſumuntur eius eſſe, ex Bouio, & Peruſino, *vbi ſupra*, Si vero Hoſpitale, econtra, ſi tamen conſtaret, cuius ſint, nulla diſtinctio neceſſaria eſt; Igitur confratria ſecularium ſecularis eſt, & non gaudet priuilegiis Eccleſiarum, vt licet non ſita declarando profeſſus fuit Bald. *in l. illud, verſic. quid de eo, C. de ſacroſanct. Eccleſ. & in Authent. Hoc ius † porrectum, verſicl ſecundo, quæro quid de rebus, eo. titul.* idem, 185 *in l. id quod pauperibus. C. de Epiſcop. & Cleric. & in l. ſi quis ad declinandam, verſicul. deinde quæritur, eo. tit.* Alexand. vbi Carol. *conſilio 119. num. 27. libr. 2. & conſilio 18. numero 5. lib. 4. & conſilio 297. numero 4. eo. lib. & conſilio 307. in fin. eo. libr.* Socinus, *conſil. 82. lib. 4.* Franc. *in capit. 1. de rebus Eccleſiæ non alienand. in 6.* Pariſius eleganter, *dicto conſilio 34. per totum*, Rebuffus, *vbi ſupra, numero 8.* quos omnes & alios quamplures in fronte vidi, & cum Imol. Cardin. & aliis hanc magis communem & veriorem opinionem dicit Antonius Gabriel. *in dict. libr. 6. tit. de pia cauſa, concluſione 1. per totam*, & Menoch, *vbi ſupra. à nu. 30. cum ſequentibus*, Bouius, *in loco ſupra citato.*

Cum igitur † confraternitas ſit ſecularis, poteſt collectari, vt aliquo modo ſentit Auend. *vbi ſupra.* 186

Hæc tamen reſolutio † limitãda eſt. Primo, niſi in contrarium exiſtat conſuetudo, quæ in omnibus pene locis Hiſpaniæ obſeruatur. 187

Secundo † limitatur, quando confratria eſt vnita aliquo Hoſpitali, aut 188

X Eccle-

Eccleſiæ, & apparet bona eſſe illius Ho-
ſpitalitatis aut Eccleſiæ, ex ſupra alle-
gatis.

189 Tertio limitatur † ex Petr. de Petuſio
& Menochio, quando confratria acce-
dit Hoſpitali, tãquam principali, & bo-
na iudicantur, vt de Hoſpitali, & appel-
lantur bona Hoſpitalis, licet ea confra-
tres adminiſtrent, & confratria etiam
ſumit denominationem ab inuocatio-
ne Hoſpitalis, & ab ipſo Hoſpitali: tunc
enim bona præſumuntur eſſe Hoſpita-
lis, & non collectabuntur: tunc etiam
iudicabitur principalis confratria, quã-
do Eccleſia, aut Hoſpitale ſumit deno-
minationem à confratria, vel eſt ſolum
pro vſibus confratriæ, vel confratria
fundauit Eccleſiam, aut Hoſpitale, & ex
aliis indiciis.

190 Quarto † limitatur, quando bona
confratriæ eſſent in totum conſumen-
da in pias cauſas, prout in dubio præſu-
mitur ex Abbate, *conſ. 31. lib. 1.* tunc enim
licet non ſit locus religioſus ex eodem
Abbate, erit tamen pia cauſa. & frater-
nitas inſtituta ad pias cauſas, & bona di-
cerentur relicta ad pias cauſas, quę gau-
dent priuilegiis bonorum Eccleſiaſti-
corum, ex late notatis & adductis per
Tiraq. *in tract. de priuilegiis piæ cauſæ, priui-
legio 140.* ac proinde non poterunt col-
lectari: tum ex dictis priuilegiis: tum et-
iam, ne diminuantur opera pietatis, ob
Collectarum ſolutionem, quemadmo-
dum etiam ob eandem rationě non pa-
tiuntur deductionem Trebellianicæ &
Falcidiæ, *ex l. ſi quis ad declinandam. C. de
Epiſcopis & Cler. & ex Auth ſimiliter*, & i-
bi latiſſime Roma. *C. ad l. Falcidiam*, & nõ
patiuntur alia iura iudicialia, *ex text. in l.
nulli, in medio*, & ibi Bald. & Salycet. *de E-
piſcopis & Clericis*, & quaſi in terminis fa-
cit tex. *in d. l. ſi quis ad declinandam*, ibi, per
aliam occaſionem minui, & in terminis
facit text. *in Authen. de Eccleſiaſt. titul. §.
ſi autem heres*, ibi, & hæc plurimis Tribu-
tis fiſcalibus prægrauatos, *collatione
nona.*

191 Ex quibus † iuribus etiam infertur,
quod, ne diminuantur dicta opera pie-
tatis, non tenentur etiam dictæ confra-
triæ ſoluere Gabellam, ex venditioni-
bus bonorum ad pias cauſas deputato-
rum, quemadmodum licet de confra-
triis non loquatur in terminis piæ cau-
ſæ, tenet Bertachin. *in tractat. de Gabellis,
8. par. membro 5. nu. 5.* & Parladorius, *re-
rum quotidianarum, capit. 3. §. 1. numero 18.*
Albarado *in tractat. de coniect. vltimarum
voluntatum, libr. 2. cap. 1. §. 2. num. 17.* quos
omnes refert, & ſequitur Laſarte de
Molina, *in tractat. de Gabellis, capit. 20. à nu-
mer. 61. cum ſequent.* qui non referunt iu-
ra ſupra allegata, nec rem exacte per-
cipiunt.

Nec obſtat, † quod in quaterno Ga- 192
bellarum non ſit pia cauſa excepta, nã
ſufficit, quod Eccleſia ſit excepta, &
quod pia cauſa gaudeat Eccleſiæ priui-
legiis, nam illa exceptio ad piam cau-
ſam debet extendi, quantumcunq; ex-
orbitans ſit, & quantumcumque lex lo-
queretur, per dictionem taxatiuam, vt
late fundat Tiraquel. *in dict. tract. de pri-
uilegiis piæ cauſæ, priuilegio 160. per totum*, al-
legat Bartol. *in l. ſi conſtante, q. 10. ff. ſolut.
matrimon.* & allegat, *l. illud, C. de ſacroſanct.
Eccleſ.* & Alex. Angel. Alexand. & alios,
& allegat Anton. Abb. & Ioann. Andre-
am, *in capit. ex tenore, qui filii ſint legitimi.*
Idque apparet ex lege Gabellarum, quę
de Eccleſiis loquitur, quæ eſt, *l. 6. titu. 18.
lib. 9. Recompil.* quæ in principio demon-
ſtrat non eſſe intentionis Legiſlatoris
tollere Eccleſiis priuilegia, à iure con-
ceſſa, & extendit ad quaſcunque Eccle-
ſias, & cum a iure piis cauſis eadem pri-
uilegia, quæ Eccleſiis ſint conceſſa, cõ-
ſtat aperte non fuiſſe intentionis Le-
giſlatoris, ea auferendi eum, & Eccle-
ſiis non tollat; & quia cum piæ cauſæ ad
Eccleſias dirigantur, & partes ſint Ec-
cleſiæ, quodammodo etiam Eccleſiæ
dici poſſunt. Imo credendum eſt, pien-
tiſſimum Principem ideo de piis cauſis
loquutum non fuiſſe; quia id per ſe no-
tum erat inter Catholicos & religioſos
Principes; & quia eadem ratione; qua
Eccleſiis noluit præiudicare, eadem
etiam credendum eſt, noluiſſe præiudi-
care piis cauſis: tunc etiam; quia in piis
cauſis, ius Canonicum ſeruandum eſt.

In vtro-

in vtroque Foro, vt per eundem Titaq.
in d.tractat.163.priuilegio: at vero iure Ca-
nonico non inuenitur impoſita Gabel-
la piis cauſis, imo liberæ ſunt ab omni-
bus Exactionibus, ex notatis, *in cap.requi-
ſiſti de teſtamen.* & quia in piis cauſis di-
uini tantum, & naturalis iuris habetur
conſideratio, vt per eundem. *priuilegio
164.* at vero nulla ratio naturalis, nec ius
diuinum cogit ad dictam Gabellam ſol-
uendam, imo manifeſte oſtendit con-
trarium; & in dubiis etiam pro pia cauſa
iudicandum eſt, *ex eodem priuilegio 148.* &
lex generaliter loquens, prout eſt, *l.1.d.
titul 18.* non cõprehendit piam cauſam,
vt per eundem, cum Roma. Socin. & a-
liis, *priuilegio 130.* Ex quibus concludo,
quod contrafrernitas ex bonis relictis,
ad pias cauſas, nec alia pia cauſa, non
debet Tributa, nec Gabellas ſoluere: &
ita ſemper conſului, & vidi ab aliis con-
ſultum & practicatum.

193 Infertur etiam, quod † ex Anniuer-
ſariis, aut bonis Capellaniæ non debet
ſolui Collecta, quando tota bona, dico,
fructus bonorum Anniuerſariis ſubie-
ctorum, debent conſumi in ipſis Anni-
uerſariis, & nihil remanet poſſeſſori: ſe-
cus vero, quando aliquid remanet, &
Capellania non eſt collatiua, & ſic in-
telliges, quæ Auendanus dicit, *dicto cap.
14. num.33.* Et diximus in hac quæſtio-
ne §.2.

194 Tertio † ampliatur hæc concluſio
prima, vt procedat, etiam in oblatis &
conuerſis, quãdo oblatio eſt perpetua,
& cum obligatione ſeruiendi in perpe-
tuum Eccleſiæ, in conuerſis nullum du-
bium eſt; quia communiter profeſſio-
nem faciunt & promittunt tria vota, vt
alii, iſti enim omnes ſunt de Foro Eccle-
ſiæ, vt per Felyn. & alios *in capit.ſi diligen-
ti, & cap.cum ſit, & cap poſtulaſti, & cap.1.de
foro competenti,* notat Nicol. Feſtaſ. *in di-
cto tractatu, de Extimo & Collectis, part.4.
capit.1.numero 8.* allegat Bald. Angel. &
Paul. qui loquuntur de his, qui offerunt
ſe Eccleſiæ, cum omnibus bonis ſuis, de
quibus etiam loquitur, *text.in capit.final.
de ſucceſſio.ab inteſtat.* & de oblatis & con-
uerſis loquuntur Nauar. *in ſuo Manuali
Latino, cap.27.numero 79.* Sylueſt. *verſi.ex-
communicatio. 6. quæſt. 2. & verbo, Eccleſia,
quæſt.5.* Abb. & Dd. *in capit. non dubium de
Sentent.excommun. & in cap. vt priuilegia,
de priuilegiis.* Rodoan. *de rebus Eccleſiæ, Ru-
bric.23.num.64. & de ſpoliis, §. ad maiorem,
num.67.* Staphi. *de lit.grat. tit.de ſpectatiuis,
tit.de variis modis vacationis, num.103.* Ber-
mondus Choberius. *de concub.verba, quia
religioſi, numero 2.* Bertachinus. *de Epiſcop.
part.3.num.19.* Franc. de Platea, *de excom-
mun.§.42.num.1.* Beatus Anton. *eo tracta.
capit.1.numero 2.* Petrus de Peru. *in tracta.
de quarta. Epiſcop. quæſt.17.num.13.* Lupus,
de Hoſpitalitate, num.4. Franc. *de diſput.pe-
titorii, dub.3.* Ioan. Lignatio. *de cenſuris. §.
5.num.6.* Curt. *de Feud.p.2.regul.17.num.20.*
Lecirier. *de primogenit. Hiſpanor.lib.1.quæ-
ſtio.24.num.41.* Bartol. Baldus & Docto-
res, *in Auth.ingreſſi.C.de ſacroſanct. Eccleſ.*

Et licet iſti inter ſe varient, ex eorum
dictis † collige, quod conuerſus & ob- 195
latus, qui ſe, & ſua offerunt Monaſterio,
aut Eccleſiæ ſeculari, in perpetuum, &
mutãt habitum cum promiſſione, non
deſerendi, & incedunt tonſurati, & ſe
ſubiiciunt Abbati, aut alicui Prælato, &
ab eo admiſſi religioſe viuunt, ſunt pro-
priæ perſonæ Eccleſiaſticæ, & gaudent
priuilegio fori. Vnde non ſoluent Col-
lectas, nec Gabellas ex Iulio Ferretto, *in
dicto tractat.de Gabellis numero 5:6.* & ſi iſti
faciant tria vota, & iam hodie faciunt
in omnibus religionibus, abſque dubio
ſunt perfecte religioſi, *vt per ſupra dictos,*
licet nõ admittantur ad omnes actus,
ad quos Monachi admittuntur, ſi vero
bona non deſeruerint, & in ſua domo
laicaliter viuunt, vel ad tempus ſecum
ſuis Monaſterio aut Eccleſiæ offerunt,
nec abſolute vitam mutarunt, non gau-
dent dicto priuilegio, & poſſunt colle-
ctari, ex Auend. *in dict.cap.* & ex Syluestr.
vbi ſupra.

Ex quibus infertur, quod † Eremitæ 196
tunc gaudent priuilegio fori, & ſunt
perſonæ religioſæ, & per conſequens,
non poterunt collectari, quando habi-
tum & vitam mutant, & regulariter vi-
uunt. & alicui ſuperiori ſubiiciuntur, vt
per Sylueſtrum, *vbi ſupra*, alias non, vt

late cum pluribus notat Laſarte, *de Gabellis, c. 1. num. 89.* Et ſic ſunt intelligenda & practicanda, quæ notat Boerius duas communes contrarias referendo, *in tract. de vita & ſtatu Eremitarum, nu. 13.* & notat Nauar. *vbi ſupra.*

197 Infertur etiam, quod † fratres & ſorores tertii Ordinis Beati Franciſci, ſi laicaliter & in ſuis domibus cum proprio filiis & vxoribus viuant, quod non gaudebunt dicto priuilegio, & poterũt collectari, & ſoluere Gabellas, vt per Bart. *in l. ſemper. §. e quibuſdam ff. de iure immunit.* notat Ægid. Thom. *in dicto tract. de Collect. capit. 6. à num. 2.* Corneus *conſil. 205. numero 2. lib. 1.* Feſtaſius, *in dict. cap. 1. à numer. 9.* & hodie ſie expreſſe decidit, *l. 1. tit. 14. lib. 6. Recompilat.* vide ibi Acebed. & cum pluribus notat Laſarte, *in dicto tractatu de Gabell. cap. 19. à num. 90.* vbi allegat Gregor. Lup. Didac. Perez. & alios, licet obſtinate contrarium defenderit, Petrus de Vbald. de Peruſ. *vbi ſupra,* cuius opinio eſt intelligenda, quando ſe & ſua in perpetuum religioni offerunt, & religioſe in Monaſteriis viuunt, & alicui ſuperiori ſubiiciũtur, & à nuptiis abſtinentur, vel profeſſionem faciunt, ex ſupra dictis, & ita declarat Laſarte, *vbi ſup.* Et ita quotidie practicatur.

Ex quibus omnibus inferri poteſt, ad Familiares & Donatos Ordinis ſancti Benedicti, & ſancti Bernhardi, & Dominici & Franciſci, qui licet aliquando non faciunt profeſſionem ſolemnem, vt religioſi iudicantur, licet matrimonium, nõ faciendo profeſſionem, contrahere poſſint: hodie tamen ex eorum conſtitutionibus profeſſionem familiares emittunt, & cum ſupra dictis concordat Couarruu. poſt hæc ſcripta viſus, *in cap. alma mater, part. 2. §. 2. num. 8. de ſentent. excommun. in 6.* & Angul. Veroi. *in c. in præſentia, à nu. 44. cum ſeqq. de probat.*

198 Quarto amplia. Vt † procedat etiam in nouitio, qui intra annum probationis, vt religioſus iudicatur, & gaudet priuilegio fori, ac proinde non poterit collectari, *ex tex. in capit. religioſi, in fin.* vbi Francus & alii, *de ſentent. excommun. libr. 6.* & notat Syluest. *vbi ſupra,* & Nauarr. *in loco citato,* doctores poſt gloſſ. ibi, *in capit. beneficiũ de reg. iur. in 6.* licet, quod non ſit religioſus, plura ad vtramque partem referendo, tenuerit Tiraquel. *in tract. de vtroque retract. titul. 1. §. 1. gloſſ. 8. à nume. 21. cum ſequentibus,* & cum Rebuff. Selua & aliis, plura etiam refert Horatius Mandoſius, *in tracta. de priuil. ad inſtar gloſſ. 7. à num. 32. cum ſequent.* limitans, niſi aliud velint priuilegia religioni conceſſa, & reſpondens ad dictum capitulum religioſo, quod procedat ſpeciale fauore religionis, & propter honorẽ habitus, quem nouitius geſtat, & quod non liberentur à Gabellis, etiam Ieſuitæ, qui poſt longum tempus profeſſionem faciunt, tenet Laſarte, de Molin. *in dict. tractat. de Gabell. cap. 19. num. 50.* vbi ſine dubio id affirmat, allegans Greg. & Tiraquel. ſed ego certe dubiam exiſtimo eius opinionem; quia negari non poteſt, niſi quod, qui ingreditur religionem, ſimpliciter mutat habitum, & ſe offert Deo & religioni, animo in perpetuum vitam mutandi, & ſi religioſus eſt, licet commutabiliter, vt iam de conuerſo & oblatis diximus, & licentia egrediendi, & annus probationis diſpoſitio ſunt iuris cõmunis: ſed; quia hoc etiam cauillationem & difficultatem patitur, non firmo, & meo iudicio, quamuis nouitius non facta profeſſione, non poſſit dici vere religioſus, *vt in d. capit. religioſi,* vere tamen perſona Eccleſiaſtica dici poteſt, cum habitum mutauerit, & ſe religioni obtulerit, animo ſtatum mutandi, quod ſufficit ad eſſe Eccleſiaſticum, & ſic immunitate Eccleſiaſtica gaudere debet, & ſic notat Card. omnino videndus, *in Clem. 2. de præbend. q. 12. & in Clem. 1. de electione.* Bertach. *in tractat. de Gabell. 7. parte principali, q. 32.* Cum igitur ſit perſona Eccleſiaſtica, gaudere debet immunitate Eccleſiaſtica, etiam quoad Collectas & Gabellas, *ex c. quanquam, de Cenſib. in 6.* & notat Card. *vbi ſupra,* nec hoc per leges huius Regni correctum videtur. Conſulo tamen attendendam eſſe conſuetudinem, & ſi de ea non appareat, non deberet nouitius collectari, nec Gabellas ſoluere.

Quinto

199 Quinto amplia. Vt † etiam Clericus primæ tonſuræ gaudeat dicta immunitate, & non poſſit collectari, ita tenet Auend. *in d. c. 14. num. 30.* & facit tex. *in d. c. quanquam.* Sed hodie, *ex l. 2. tit. 4. lib. 1. Recompil.* Clerici in minoribus, niſi beneficium Eccleſiaſticum habeant, tenentur ſoluere Gabellas & Collectam, de cuius intellectu agit late dictus Laſarte, *in dict. tractat. cap. 19. à num. 18.* qui *num. 33.* dicit, quod non ſufficit habere collationē beneficii, niſi illud poſſideat, & quod non ſufficit habere penſionem, niſi illa obuenerit ex reſignatione alicuius beneficii, vel in titulum beneficii ſit data, & quod ſufficit habere Capellaniam, ſi ſit collatiua, de quibus omnibus latius agit Acebed. *in l. 1. à num. 5. titul. 4. libr. 1. Recompilation.* licet hodie poſſit attentari, quod Clericus habens penſionem, non teneatur ad Gabellas, nec ad Collectas: cum penſio ex communi vſu & ſtylo habeatur, tanquam beneficium Eccleſiaſticum, & non detur, niſi Eccleſiaſticis, & iam non conſiſtat in mera temporalitate. Ex his, quæ curioſe & eleganter notat Guillielmus Rodoan. *in tractat. de ſpoliis Eccleſiaſticis, §. ex his, à num. 6. cum ſequent.* Et faciunt, quæ notantur per Quinctilianum Mandoſium, *in regul. trigeſima tertia, quæſtione ſexta, per totam.*

200 Sexto amplia. Vt etiam † hereditas iacens Clerici gaudeat priuilegio eiuſdem, & non poſſit collectari; nam hereditas iacens repræſentat defuncti perſonam, *ex l. hereditas, 1. ff. de acqur. rerum domin. text. in p. inſtit. de ſtipulatione ſeruorum, & l. cum hereditas, C. depoſiti, & l. non minus, ff. de hered. inſtit. & in §. alienus, inſtitu. de hered. inſtituend. & in l. mortuo, ff. de Fideiuſſoribus,* notat Iaſon, *in l. 1. nu. 132. ff. de Legat. 1.*

201 Ex quo infertur, quod † idem erit in Gabellis, ſcilicet, quod hereditas iacēs Clerici, num tenebitur Gabellam ſoluere, nec eius Executores, ſi vendant ante heredis aditionem, quod ſemper vidi practicari, licet contrarium teneat dictus Laſarte, *in d. tract. c. 19. à nu. 38. cum ſeq.* cuius opinio aperte falſa eſt, & conuincitur manifeſto fundamento; quia hereditas iacens, non eſt perſona vera, ſed ficta, & aliam repræſentans, quemadmodum homo pictus, Collegium, aut Vniuerſitas, aut ergo repræſentat perſonam heredis futuri, & hoc non; quia incertum eſt, ſi velit adire, & ſic dicit Iaſo. *vbi ſupra,* aut repræſentat perſonam Clerici defuncti, quod verū eſt, & tunc non erit perſona ſecularis, ſed Eccleſiaſtica, quemadmodum Collegium Eccleſiaſticum; ideo eſt Eccleſiaſticum; quia continet & repræſentat perſonas Eccleſiaſticas: ſi vero repræſentaret & contineret perſonas ſeculares, quemadmodum confraternitas, eſſet ſeculare: ſi igitur eſt Eccleſiaſtica, Gabellam non ſoluet, & ſi dicas quod ad ſoluendam Gabellam neminem repræſentabit, ſed bona ipſa ſoluent, hoc non eſt poſſibile; nam licet Gabella debeatur: quemadmodum & Collecta, ratione bonorum, tamen principalis Debitor eſt perſona vera, vel ficta, vt in Gabellis Debitor, dico venditor, & in Collectis, Incola, Tributarius, & bona ſequuntur perſonæ conditionem. Vnde ſi perſona non ſubſit, nec eſt debitum, nec Gabella, nec Collecta; quia deficit ſubiectum, cui adaptari poſſit: tum etiā ſequeretur, quod nulla bona exemptorum eſſent libera, ab aliis contributionibus, cum exemptiones ſemper perſonis dentur, & rebus, propter perſonas; igitur ne ad hoc abſurdum deueniamus, dicendum eſt, quod, vbi perſona nō eſt, nec eſt debitum, nec Gabella, nec Collecta; quia deficit ſubiectum neceſſariū. Nec obſtat, quod priuilegium Clerici eſt perſonale, & per conſequens, deficiat cum perſona; nam reſpōderur, quod interea, quod heres non adit hereditatē, nec hereditas eſt deſerta, aut vacans, ſed ſolum iacens, heredem ſpectando, non deficit perſona defuncti: ſed fingitur viuere, & per conſequens, cenſetur etiam durare priuilegiū, quod eſt perſonæ acceſſorium; ex notatis in materia fictionum, *in l. ſi is qui pro emptore, ff. de vſucapionibus* & ibi late Iaſ. *à nu. 190. cum ſeqq.* vbi, qui ex fictione habetur pro tali,

gaudet priuilegiis conceſſis illi tali, & ibi Bartol. & Iaſo. in pluribus numeris agunt de repræſentatione hereditatis iacentis.

202 Confirmatur; quia † iura loquentia, in caſu vero extenduntur ad caſum fictum, eandem rationem habentem: & eodem modo extenduntur ſtatuta, Abba. Imol. & doctores communiter, *in c. ad Audientiam, de Clericis non reſidentib.* late Petr. Andreas Gammarus, *in tract. de extenſion. numer. 69. & diſpoſitio correctoria.* In caſu vero extenditur ad fictum ei æquiparatum vt late notat idem Gammar. *vbi ſupra, à numer. 129. vbi num. 30.* dicit, quod priuilegia extenduntur de ſimilibus ad ſimilia, imo & propter identitatem rationis, hæc non eſt extenſio, ſed comprehenſio. Vnde non dicitur, tunc priuilegium egredi terminos ſuos, vt colligitur ex dicto Gammar. *vbi ſupra, à nu. 138. cum ſeqq.*

203 Nec obſtat, quod † priuilegium non extenditur de perſona ad perſonam, ex text. *in capit. ſane, de priuilegiis*, & cum Abbat. Bald. & aliis notat Horatius Mandoſius *in dict. tracta. de priuilegiis gloſſ. 5. nu. 13.* nam ad hoc tripliciter reſpondetur, primo, quod hic non fit extẽſio de perſona ad perſonam: ſed ſolum de caſu ad caſum, ſemper præſuppoſita eadẽ perſona, & eadem cauſa fauoris & priuilegii. Secundo reſpondetur, quod priuilegium extenditur ad dependentia & acceſſoria, per neceſſariam conſequentiam vt notat Iaſo. cum pluribus, *in l. 1. num. 44. & 45. ff. de conſtitutio. Principum*, & faciunt, quæ notat Andreas Gammarus, *in d. tractat. de extenſ. num. 35.* at vero perſona ficta, quam repræſentat hereditas iacens, eſt acceſſoria ad ipſum defunctum priuilegiatum, quippe, quæ hereditas iacens, in quantum hereditas à defuncto dependeat, & non poſſe dici hereditas, niſi perſonam defuncti repræſentando, & hoc pluſquam notum eſt. Tertio reſpondeo; quia *d. c. ſane, & d. regula priuilegium*, procedunt in his, quæ conceduntur iure ſpeciali, & ob gratiam & priuilegium alicuius perſonæ, & non ab ipſo iure communi: tunc enim nulla datur extenſio; quia fauor, qui militat in vna perſona, non militat in alia; & quia priuilegians voluit, vni priuilegiari, & non alii, & ideo extenſio eſt directe contra voluntatem concedentis priuilegium, & per conſequens non facienda: ſecus in his, quæ conceduntur de iure communi, ob aliquam rationem. nam tunc licita eſt extenſio, ex vi rationis; quia lex ob bonum publicum facta eſt, & non gratiam perſonarum, ſed iuſtitiam naturalem reſpexit, & ideo ex mente legis prouenit extenſio, quæ conſequitur, ad legis iuſtitiam & rationem, vt bene perpendit Abbas, *in dicto capit. ſane, in fine*: at vero exemptio Clericorum, aut Eccleſiaſticorum non inducitur *ex priuilegio ſpeciali, & gratia particulari*, ſed ex ipſo iure communi, & iuſtitia, & ratione diuina & naturali: vt notant doctores, *in cap. decernimus de iudiciis.* Vnde nimirum, ſi extenſibilis fit, concurrente eadem iuſtitia & ratione, prout in hoc caſu concurrit; ſcilicet, reſpectus perſonæ Clerici iam defuncti, & quod eius ſunt bona, & vt talia iudicantur, nec vllum alium Dominum habent, & ſub protectione Eccleſiæ ſunt, & ſic à nullo alio iudicari debent; quia contra libertatem Eccleſiæ eſſent, nec obſtat, quod concurrit duplex fictio, vna, quod fingatur perſona Clerici, alia, quod cenſeatur ipſe vendere aut collectari. nam vna eſt ad aliã conſecutiua, & ſic de iure permittuntur, ex Batt. *in d. l. ſi is, qui pro emptore, col. fi.* Et ſic cõcludo veram eſſe noſtram ampliationem, & male intellexiſſe contrarium tenentes.

Septimo † vero ampliatur: Vt etiam 204 Commendatores Ordinum militarium, puta, *ſancti Ioannis Hieroſolymitani, ſancti Iacobi Alcantara, & Calatraua*, non poſſint collectari; quia videntur perſonæ religioſæ, vt colligitur ex Abbate, & aliis infinitis Auctoribus allegatis à Burgos de Paz. *in conſil. 17. à num. 2. per totum*, ſed quoad Commendatores ſancti Ioannis eſt ſine dubio, quod non poſſunt collectari; quia ſunt perſonæ Eccleſiaſticæ & religioſæ, vt conſtat *ex l. 14* & ibi

Acebed.

Aceb. cum aliis infinitis, quos allegat, *tit. 5. lib. 3. Recomp.* & conſtat ex Burgos de Paz. *vbi ſup.* ex Dominico Soto, *in tract. de iuſtitia & iure, libr. 8. quæſt. 5. art. 3.* licet cõtrarium & male tenuerit Pet. Duenas, *in reg. 99. ampliatio. 5.* & eſt *in libr. 3. regularum, fol. 244. col. 1.* moti ex quadam lege quaterni Gabellarum, *quæ eſt l. 9. titul. 18. libr. 9. Recompil.* quæ ſolum loquitur in Gabellis, & non eſt extendenda ad Collectas; nec vnquam vidi nec audiui tales Commendatarios collectari, nec vnquam collectatos fuiſſe, idque etiam directe eſſet cõtra exemptiones dictæ religioni conceſſas, per plures Summos Pontifices, quas refert, & confirmat Gregor. XIII. Summus Pontifex felicis recordationis, vt apparet *ex eius proprio Motu, quod extat in noua Bullarum collectione & ſummario, fol. 828. cum ſequent.*

205 Quoad alios † vero maius dubium eſt; quia plures putant eſſe Laicas perſonas non religioſas, nec Eccleſiaſticas, vt per Burgos de Paz. & Acebed. *vbi ſupra,* & per Molin. *lib. 1. de Hiſpanorum primogenitis, cap. 3. num. 98.* Laſarte, *d. capit. 19. num. 92.* Sarmiento de reditibus Eccleſiaſticis, *p. 4. cap. 1. num. 13.* Soto, *vbi ſupra,* cum quo tranſit Couar. *in 4. de ſponſalib. 2 part. cap. 3. num. 18.* Sed verius puto perſonas Eccleſiaſticas eſſe, licet non perfecte religioſi ſint, ex rationibus traditis à Nauarro, *in ſuo defenſorio de reditibus Eccleſiaſticis monitorio 56. & 57. & 58. & 62. & in eod. tract. corollario 47. num. 29.* & proinde non poterunt collectari, quod eſt ſine dubio ex eorum priuilegiis, & ex vſu & conſuetudine totius Hiſpaniæ, & quia ad has religiones nulli alii, niſi nobiles, admittuntur; & quia habitus eorum, eos nobilitat, & milites ſunt, vt infra latius dicetur, idem dicendum puto, in militibus ſancti Stephani, & aliis militaribus Ordinibus, vt conſtat *ex proprio Motu* Pii IV. Summi Pontificis, *qui eſt in dicta collectione, fol. 420. & 161. additi.* refert alios Ordines militares, & ſic communiter practicatur, exceptis Gabellis, *ex d. l. 9.*

206 Octauo ampliat. Vt † etiamſi Clericus vellet ſponte ſoluere Collectas in caſibus prohibitis, nõ poſſet, nec Communitas reciperet, vt notat Duennas, *vbi ſup.* Thom. Parpal. *in repet. leg. placet verſi. & tertium, C. de ſacroſanctis Eccleſ.* notat Ægyd. Thom. *in d. tract. de collect. c. 6. n. 1. & 2. & c. 2. n. 44.* Sed hæc ampliatio tunc procedit, quando Collecta impoſita eſt Clerico ab Vniuerſitate, & Exactor ab eo exigit, & Clericus ſoluit, tũc enim non præſumitur ſponte ſoluere, ſed compulſus aut metu, nec compellatur, ſi vero mere gratis, & ſponte ſolueret, & de hoc apparet, non video cur facere non poſſit, *ex tit. C. de his, qui ſponte met munera ſubeunt libr. 10.*

Octauo ampliatur. Vt etiam Coloni, 207 & filii & familiares Clerici collectari non poſſunt, ita tenent omnes, *in l. 1. C. de Epiſcopis, & Clericis,* & Thom. *in dict. tract. capit. 2. à num. 7.* & Bald. *in l. 2. C. de Epiſcopis & Clericis*: notat Duennas, *vbi ſupra, ampliatione. 2.* Sed in Colonis Clerici aut Eccleſiæ, etiamſi partiarii ſint, & in conductoribus contrarium ſupra, *in §. 2. cum pluribus concluſimus,* & idem in Emphyteota Eccleſiæ, & contrarium concludit Feſtaſ. *in d. tract. de Extimo & Collectis, p. 4. c. 2. à nu. 43.* & in Gabel. cum pluribus contrarium concludit Parlad. *in tract. rer. quotid. c. 3. §. 1. n. 17.* allegat tex. *in l. licitatio, § fin. ff. de publicanis, & vectigalibus,* & contrarium etiam cum pluribus concludit Laſarte de Molin. *in d. tract. de Gabellis, c. 19. nu. 27.* vbi allegat Didac. Perez Montaluum, & alios: & ſic practicatur, quoad famulos vero Clerici, qui cũ eo viuunt, aut filios, ſi habeant, ſeorſum bona, contrarium diſpoſitum eſt, *in l. 22. tit. 14. libr. 6. noua Recompil.* Imo quod non gaudeant priuilegio Clerici: ſed teneantur ad Collectas, Gabellas, & Tributa, niſi vero famuli, aut filii bona nõ habeant, & ſic quotidie practicatur. Nec hodie relinquitur dubitationi locus.

Nono ampliatur. Quod, † etiãſi Clerici emant aliqua bona in Extimo Communitatis poſita & Collectis per pactũ generaliter obligata, nihilominus libera efficiantur, & non poſſint collectari, ſi tranſeant in poteſtatẽ Clerici, q; ſupra 208

in forenſibus concluſimus, & ita cum communi contra ſe, & aliam communem defendit Feſtaſ.*in d. tract.part.4.c.1. nu.5.dego.52.*licet,*in c.2.à num.10.* contrarium ceſſante fraude defendat cũ Bart. *in l.reſcrip.§.fin.ff.de mune.& hon.*& hanc opinionem contra Bar. defendit Fel. *in c.Eccleſia.S.Mariæ de Conſtit.nu.47.*Paul.*in l.inter debitorem,ff.de pactis,*& magis communem contra Bart.cum Alex. Curt.& aliis dicit Riminald.Iunior, *in ſupra citato conſ.25.à nu.12.lib.1.* & communem etiam dicit Bellacomb. *d.tit.39.num.24* & Acebed.*in l.11.titul.3.lib.1.Recompil.*licet cum Bart. contrariũ defenderit Veroius,*conſ.150.nu.19.lib.1.* Burſatus,*conſil.16. nu.10.lib.1.* ſed pro noſtra opinione facit hodie textus expreſſus, quem ſupra citauimus,*in l.14.titul.14.lib.6.Recompil.* Et hæc opinio eſt vera, & quotidie practicatur contra Bartol,*vbi ſup.* niſi quando Tributum eſt impoſitum rei, & eſt certum & inuariabile, tunc enim tenetur ſoluere Cleric.*ex d.l.11.*& ex notatis,*in d. c.Eccleſia ſanctæ Mariæ,*& ita tenet Duennas,*in d.reg.limit.3.* qui ſic eſt intelligendus, alias falſum diceret. Et quod ſupra reprobauimus.

209 Ex quibus † omnibus apte infertur, quod,licet fiat Extimum ac regiſtrum, de omnibus bonis, gratia melioris indictionis Collectarum,quod Eccleſia,nec Clericus non tenentur regiſtrare ſua prædia, aut bona, nec de eis Extimum conficere, etiamſi aliquando poſſent collectari,in caſibus,de quibus infra dicetur,vt per Bart.*in l.fin.§.diuus.ff. de publicanis,& vectigalib.& in l.fin. §.quoties, eo.tit.*not. Nil. Balb. Præſes Pedemont. *in conſ.inſerto poſt deciſionem Ojaſ.68.à num.*
210 *2.cũ ſeq.* Licet † videatur,quod etiã exemptus, & immunis à Gabellis,& Collectis,teneatur facere regiſtrũ, & manifeſtare bona ſua Publicano, aut pæquatori Collectarum, *ex l.fin. §. diuus, ff.de publicanis,* vbi exemptus tenetur profeſſionẽ Publicano facere,& ita tenet cum Card.Iul.Ferre.*in tract.de Gabel.nu.172.*& cum Bald.& aliis Ægid. Boſſ. *in ſua praxi crimina. tit. defraudantibus vectig. num. 10.*Rol.de Valle,*in conſ.70.à n.90.lib.3.* vbi allegat Bald. Ferrar. Bertachin.& alios, ſed tamen hæc res diſtinctione Bart. *in §.diuus* componitur, aut enim quis eſt notorie, & ſimpliciter exemptus ipſo iure communi,vt Clericus & nobilis,& Res etiam exemptæ, & non tenetur regiſtrare, ſi vero ſit exemptus per priuilegium, & cum aliquibus limitationibus,& addiramentis, aut ſolum pro aliquibus rebus, & non pro aliis, & in aliquo caſu,& nõ in alio,& tũc tenetur regiſtrare;quia res eſt dubia, & requirit aliquam diſcuſſionẽ, ne Gabellario, aut Communitati fiat fraus, & ita intelligitur textus,*in d.§.diuus,*& ita ego ſemper practicaui.Cum igitur Clericus,aut Eccleſia ſint ſimpliciter exempti, pro omnibus rebus ſuis,nullum regiſtrum facere tenentur.

Ex quo ad praxin † infertur,quod i- 211
dem erit in nobili,& aliis exemptis ſimpliciter à Collectis, pro omnibus bonis ſuis,quorum exemptio eſt ſcripta in legibus Regis, prout ſunt, *los graduados por Salamanca,Alcala,Bononia,y Valladolid,* & Incolæ,*de Valderas,*& aliis ſimiles,quoad Gabellas vero nobiles, & dicti exempti, eo; quia nõ eſt generalis ſua emptio,tenentur ſua bona,quæ ferunt aut habent mercandi,vẽdendi,aut negotiandi cauſa,manifeſtare Gabellario,maxime ſi emant ab aliis, non exemptis, alias incident in pœnas,de quibus in legibus Gabellarum & nouarum Conſtitutionum, quas dicimus,*apuntamientos,*& in pœnas deuectuum à Iudicibus publicatorum, temporibus nundinarũ & mercatuum, & ſi etiam aliquis cum Gabellariis compoſitus ſit,non tenetur illis profiteri,niſi emat ab aliis non compoſitis,quæ nota;quia quotidie in praxi contingunt.

Aduerte tamen,quod † licet Eccleſia 212
non teneatur ſuorum bonorum generalem profeſſionem facere, vt alii Tributarii,tamen in caſu, quando ſibi poſſit indici Collecta,ſi petatur à peræquatoribus, debet per deſcriptionẽ ſua bona patefacere,*ex l.fin. de bonis Auctoritat, Iudicis poſſiden.& in l.1.§.recte, ff. vſufructuarius quemadmodum caueat*, notat Balbus, *vbi ſupra,num. 26.*& idem in nobili, & Cle-

& Clerico, & aliis exemptis: hoc tamen in pluribus Locis non practicatur, nec aliquis compellitur ad dictum regiſtrũ. Vnde ſeruanda eſt conſuetudo loci collectantis.

213 Limitatur † primo, dicta concluſio, vt non procedat, quando Collecta imponitur, ob bonum commune, vtile & neceſſarium, non ſolum in communi, verum etiã in particulari, tam Clericis, quam Laicis, tunc enim Clerici poſſunt collectari, verbi gratia, quando collecta imponitur pro reparatione pontis, fontis, aut alterius rei ſimilis, qua omnes vtuntur, vel pro lite alicuius termini, aut paſtus, quo Clerici & Laici vtuntur: tunc enim Collectantur ex tex. expreſſo, *in d. l. 11. tit. 3. lib. 1. Recomp.* & facit tex. *in l. ad inſtructionem, C. de ſacroſ. Eccleſ. & l. iubemus & l. neminem, eodem tit. l. de his, C. de Epiſcop. & Cleric. tex. in Authent, de Eccleſiaſt. tit. §. ad hæc. l. 2. C. à quibus muneribus nemini ſe liceat excuſare, lib. 10. l. ad reparationẽ, C. de aquæ ductu. lib. 11. l. ad portus, C. de operibus public. l. abſit, C. de priuilegiis domus Auguſtæ lib. 12. l. 2. de immunit. nemini concedenda, libr. 10. l. 56. & 52. & 54. titul. 6. part. 1. l. nullus, C. de curſu publico. & leg. 2. C. de excoctione, & translatione militaris annonæ, libr. 12. totus tit. C. de muneribus patrimoniorum, libr. 10.* notat gloſſ. *in capit. non minus de immunitate Eccleſiarum*, & tenent Bart. *in d. l. nullus, & in l. vnica, Cod. de mulieribus*, & in quo loco *libr. 10.* Bart. Bald. Salyc. & alii, *in d. l. ad inſtructionem*, & eſt communis ſecundum Ripam, *in Reſpon. 20.* Rolan. *conſil. 1. à num. 1. lib. 4.* Patiſius, *conſil. 25. à nu. 74. lib. 1.* Franc. Marcus, *deciſ. Pedem. 68. per totam*, & Balbus, *in dict. conſ. Riminald. Iun. conſ. 1. à num. 2. lib. 1.* Acebed. latiſſime, *in d. l. 11.* Villalob. *d. tit. 39. nu. 24.* Nicol. Feſtaſ. *in d. tract. p. 4. c. 1. & 2. per totum*, Corneus, *conſ. 72. nu. 15. lib. 4.* Thomaſ. *in d. tract. c. 2. nu. 44. & c. 3. à nu. 1. cum ſequent.* & licet Gutierr. *in ſuis practicis quæſt. libr. 1. q. 2. per totam*, & Remigius, *de charitatiuo ſubſidio ad finem*, late diſputando defendant, quod Clerici non tenentur, niſi Conſulto Romano Pontifice, & quãdo Laicorum non ſuppetunt facultates.

Vera reſolutio † eſt cum Luca de Pen- 214
na, *in l. cum ad feliciſſimam, C. de quibus muneribus, vel præſtationibus nemini ſe liceat excuſare, lib. 10.* quem refert Gutierrez, *vbi ſupra, nu. 5.* Auileſio ab eo etiam relato, quando cauſa, ob quam Collecta imponitur, directe incumbit Reipublicæ, & æque principaliter particularibus, vt in exemplis dictis, & hoc notorium eſt ex natura cauſæ, & eſt non ſolum vtilis ad ornatũ, ſed & præciſe neceſſaria; tunc abſque dubio, Clerici tenentur, & poſſunt collectari, nulla licentia Pontificis requiſita, ſufficit, ſi Epiſcopus requiratur, vt compellat Clericos ſoluere, quando vero cauſa ex natura cauſæ directe cõcernit Rempublicam, & non particularis, & de vtilitate & neceſſitate dubitatur, & non eſt periculum in mora, tunc omnino conſulendus eſt Summus Pontifex, alias Clerici collectari non poſſunt, & hic eſt verus intellectus dictorum iurium Ciuilium, & iuris Canonici, & omnium Auctorum, qui cõfuſe de materia loquuntur. Et hic intellectus conuenit *dict. l. 11.* quæ communiter ſic intelligitur & practicatur.

Ex quo vero † intellectu primo infer- 215
tur, quod ſi aliqua opera publica, etiãſi nimis vtilia à Cõcilio & particularibus, abſque præciſa neceſſitate, propter ornatum Ciuitatis, vel aliam commoditatem fiant à Republica, & propter ea imponatur Collecta, non tenentur Clerici eam ſoluere, inconſulto Romano Pontifice, & ita omnes communiter concludunt. Et communiter ſemper practicari vidi.

Secundo infertur, quod † ſi etiam 216
nõ tempore belli, nec in locis finitimis, & in quibus nulla neceſſitas ſpectatur, muri Ciuitatis vel deſtructi reficiantur, vel de nouo fiãt, vel melius ad ornatum fiant, imponatur Collecta, quod Clerici ad eam non tenentur, Pontifice inconſulto, ſi vero fiant ob præciſam neceſſitatem, vt in locis finitimis, aut in quibus ex natura rei periculũ ſperatur, tũc Clerici tenentur, & ita Abb. intelligendus eſt p ſupradictos citatus, & ita eſt intel-

Digitized by Google

intelligenda *d.l.11.& gloſſ. in d.lege, ad inſtructionem.*

217 Tertio infertur, quod † ſi tempore belli inimici obſideant Ciuitatem; tunc quia vertitur communis vtilitas & neceſſitas, Clerici tenētur vigilare pro cuſtodia Ciuitatis, & pro aliis neceſſitaribus poterunt collectari, inconſulto Romano Pontifice; quia eſt periculum in mora; ſi vero inimici procul abſint & res dilationem patiatur; quia tunc neceſſitas & particularium vtilitas ſub dubio pendet. Conſulendus erit Romanus Pontifex & ita intelligitur *d.l.11.* & qui Thomaſ. *vbi ſupra*; prolixe notauit.

218 Quarto infertur, quod † ſi tempore belli milites vadant omnia concremando, & deuorando, & deuaſtando; nō exceptis bonis Clericorum, vel hoſpitentur indiſtinctè, nulla facta diſtinctione & Laicorum & Clericorum, ſiue de iure, ſiue de facto bona conſumāt, vt tempore belli accidit in Italia, & in Regno Luſitaniæ, & in aliis partibus. Si vniuerſitas pro redimenda moleſtia ſecum eis componat, & pro ſoluendo pretio promiſſo Collectam imponat, tenētur eam ſoluere Clerici, nō conſulto Roma. Pōtifice, & ita ſunt intelligenda, quæ Bart. Parpalia, Mauricius, Feſtaſ. Thom. Ojaſ. Balbus & alii, *vbi ſup.* notarunt, qui alias omnino falſa forent, in his tamen Regnis id raro in praxi accidit; quia Clerici à militib. non moleſtantur, ſed ſuam immunitatem eis ſeruant, ſi tamen caſus accideret ſeruandum eſſet. Quod dictum eſt.

219 Quinto infertur, quod † etſi Rex noſter Philippus de conſenſu Procuratorum Regni, ob maximas bellorum neceſſitates ſeruitium extraordinarium Regno impoſuerit, quod vulgo vocatur, *de los millones*, non tenentur contribuere Clerici, niſi conſulto Roma. Pontifice; quia res dilationem patitur, & directè eorum vtilitatem non reſpicit, & præciſam neceſſitatem, ſed ſolum publicam, & in conſequentiam & ſecundario priuatam, quāuis ego credo, quod directè, & principaliter ambas vtilitates reſpiciat, ſed quia dubium ſubeſſe poſſit, & res aliquam diſcuſſionem requirat, & dilationem patiatur; conſulēdus eſt Summmus Pontifex: & ſic intelligitur & practicatur, licet in nobilibus, & aliis exemptis aliud ſit declaratum; quia ipſi non habent alium, qui poſſit declarare, niſi dictum noſtrum inuictiſſimum Regem Philippum, de quo credendum eſt, quod ſuā propiam vtilitatem reſpexit, Clerici verò cū à iuriſdictione temporali ſint exempti, Pontificis Summi declarationem & iuſſum expetent.

Sexto infertur, quod ſi † imponatur Collecta, propter pontem non neceſſariū, vel propter ornatum alicuius pontis, Clerici non tenentur contribuere, ſi tamen imponatur propter pontem neceſſarium, tenētur contribuere, etiamſi pons non ſit in eo loco, in quo ipſi habitant, ſufficit enim, quod ſit in locis circum Vicinis, & locus, in quo ipſi habitant, ex eo reſpiciat vtilitatem, & quod citato Concilio illius loci Collecta imponatur à ſuperiore, propter dictam vtilitatem, quæ tunc iudicatur vera eſſe, & ita quotidie practicarut, & multoties, non obſtante contradictione Clericorum, iudicatum eſt, & leges allegatę clare id demonſtrare videntur, quæ non diſtinguūt, ſed generaliter de pontibus loquuntur, & in ſpecie de pontibus publicis & regalibus loquitur Fran. de Aret. *in d.l. ad inſtructiones.* 220

Imo inſtructio † pontis iudicatur opus, ad quod tenetur Eccleſia, vt per Anch. Card. Im. Enricum Boic. *in d. cap. non minus,* & expreſſe Paul. *in d. l. ad inſtructionem.* Notandum tamē eſt, ne decipiant opera pietatis conficta, quod, quando opus eſt manifeſte pium & neceſſarium, & pro tali à iure cognitum, vt eſt inſtructio pōtis, & redemptio captiuorum, tenentur Clerici & Eccleſia: ſi vero eſt opus extraordinariū, quod poteſt eſſe & non eſſe piū & neceſſarium, tunc non tenentur inconſulto Romano Pontifice; non ergo ſufficit opus eſſe pium, ſed debet etiam eſſe neceſſarium, imo & vtile, & ſic intelliguntur, quæ Remigius, *vbi ſup.* notat *in 14. & in 19. fallentiis, cum ſequent.* 220

Septi-

221 Septimo † infertur, quod ſi pro lite ſtudii, vel nouo ſtudio erigendo imponatur Collecta, tenentur Clerici ſoluere; quia ſimpliciter eſt opus pium & neceſſariũ. ex notatis, *in l.1. ff. ſoluto matrimonio*, & faciunt, quæ de Seminario ſtatuta ſunt, *in ſacroſancto Concilio Triden.* niſi in loco eſſet aliud ſtudium: tunc non tenerentur, niſi conſulto Romano Pontifice.

222 Octauo † infertur, quod abſque dubio Clerici tenentur pro Collectis priuatis impoſitis, pro particulari eorum vtilitate, vtputa pro puteo viciniæ, pro riuis & foſſatis, & viis vicinalibus ad ſua prædia, ex quibus percipiũt vtilitatem, pro cuſtodia, meſſium, vinearũ, armentorum, gregum, & aliorum animalium, ſi & ipſi habeant, & ita ſentit text. & ibi late Acebed. *in l.12. tit.13. lib.1. Recompilat. & eſt l.51. tit.6. p.1.* Gutierr. late, *in d. libr. 1. pract. q.4.*

223 Aduertendum † tamen eſt primo, quod in caſibus, in quibus tenentur Inconſulto Romano Pontifice, antequam illis Collecta imponatur, deberet requiri ſuus ordinarius, vt licentiam præſter, qui cognito de vtilitate & neceſſitate, debet eam dare, & ſi renuat, Communitas ſola cum Iudice poteſt imponere illis Collectam, & ita docet Balbus, *vbi ſupra*, & plures ex Auctoribus citati: in praxi tamen, quando Collecta imponitur pro pontibus & fontibus, hoc non practicatur, ſed abſq. licẽtia imponitur.

224 Secundo † eſt aduertendum, quod, antequam illis imponatur Collecta, debent citari, vt aſſiſtant diſtributioni, vt per Thom. *in d. tract. c.5. à num.5.* & ſupra diximus, in praxi admittitur, vel quod vnus pro Clero nominatus aſſiſtat, vel quod detur illis ſua pars, & ipſi diſtribuant inter ſe.

225 Tertio † eſt aduertendum, quod pro Collectis de iure debent conuenire coram ſuo Iudice, non coram ſeculari, vt Gutier. & Aceb. Bald. & alii, *vbi ſup.* concludũt, licet contrariũ tenuerit Thom. *in d. c.5. à nu.8. & 11.* in praxi tamen, ſi Epiſcopus nolit Clericos cõpellere, Iudex ſecularis eos compellet, arreſtando bona, vt per Olanũ à Gutier. allegatum, & ſic ſemper vidi practicari. Imo & Exactores poſſunt pignora ex eorum domibus ſumere.

Et in † Gabellis etiam id communi- 226
ter practicatur, in Clerico debitore Gabellæ ex notatis à Laſarte, *d. c.19 à nu.34.* licet in iure id nõ procedat, niſi eo modo, quo dicemus in limitatione de Clerico negotiatore.

Quarto eſt † etiam notandum, quod 227
tunc Clerici aut Eccleſiæ collectari poterunt, quando propria Populorũ deficiũt, ex late notatis à Gutier. *in allegatione, 10. nu.4.* & eſt tex. *in l.20. tit.32. p.3.*

Quinto eſt † aduertendũ, quod licet 228
Lucas de Penna, & alii, *vbi ſup.* dicant, quod ideo Clerici tenẽtur ad dicta munera, quia patrimonialia ſunt, & rebus adhærent, in principio diximus id verũ noſtro iure & Canonico non eſſe, niſi onus certum, & inuariabile rebus ſit annexum, vel quando onus directo rem ipſam cõcernit, *vt in d. l. reſcripto. §. fin.* in aliis autem caſibus, ſolum vtilitas & neceſſitas attendendę ſunt, non an munus ſit vel nõ ſit patrimoniale, licet iure Romanorum id attenderetur, *vt in tit. C. de munerib. patrimo.*

Sexto eſt † aduertendum, quod ea, 229
quæ dicta ſunt in Clericis, aut Eccleſiis, à fortiori intelligẽda ſunt in nobilibus, aut aliis, quantũuis priuilegiatis, etiamſi priuilegia, & exemptiones admodũ generalia ſint, ex Rolan. latiſſime, *in d. conſ. 1. lib.4.* Burſat *in d. conſ.16. à num.22.* Rim. Iun. *conſ.2. per totum lib.1.* Alua. Velazq. *in tract. iur. Emphyt. c.17. nu.28.* Otal. *de nobilit. 1. p. c.1. nu.13.* Præſide Theſ. *deciſ.107. nu.15.* Vbi loquitur de exempto ex numero liberorum, Rol. *conſ.52. n.20. lib.1.* Guid. Pap. *q.40.*

Id tamen intelligendum † eſt, niſi ver- 230
ba priuilegii aut exemptionis ſint ita elata, pręciſa & generalia, vt hæc omnia cõprehendant, & ſalua ratione recti ſermonis non poſſint non cõprehendere, nã tunc ſeruãda ſunt verba priuilegii ex Rol. Burſ. & aliis, *vbi ſup.* & ſic in exemptione illorum, *de Valderas*, & deſcendentium Anton. Garziæ audiui con-

conſultum & practicatum, niſi ex hoc grande damnum obueniret Reipublicæ, tunc enim reſtringendum eſſet priuilegium, *ex cap. ſuggeſtum*, & ibi Abb. & omnes, *extra de Decimis*, tenentur tamen iſti tunc abſq; dubio ſoluere Collectas, quæ ꝓ ſua & priuata vtilitate imponuntur; cum ſapiant vim contractus. De quibus diximus ſupra, *num. 222.*

231 Secundo limitatur † dicta concluſio, vt non procedat in Clerico negotiatore, iſte enim collectari poterit, quemadmodum Laicus, vt colligitur ex notatis per Felyn. *in cap. Eccleſia ſanctæ Mariæ, num. 105. de conſtit.* & per Abbat. Imol. & Auctores, *in capit. fin. de vita & honeſtat. Clerico.* & notat Bertachi. & alii, quos allegat tractando de Gabellis Laſarte, *in d. tract. cap. 19. à nu 51. cum ſequent.* & in terminis notat Ægydius Thom. *in d. tract. c. 6. à nu. 6.* & notat generaliter cum pluribus Ignatius de Salzedo, *in Additionibus, ad praxin Bernardi Diaz. capit. 55. per totum*, & cum pluribus in terminis, notat Duennas, *vbi ſupra, limitatione, 11.* & facit tex. à contrario ſenſu, *in cap. quanquam de cenſib. in 6.* & quis dicatur mercator aut negotiator, vel mercari, aut negotiari, late diſcutit idem Laſarte, *vbi ſupra, à num. 52.* Salzed. *vbi ſupr.* ex quibus colligo, veram reſolutionē eſſe, ꝙ tunc Clericus mercari aut negotiari dicetur, quando vtitur cōtractibus, & induſtriis, & diligentiis lucri faciendi cauſa, quibus alii, vocati negotiatores & mercatores vtuntur, non cum rebus, ex proprio patrimonio, aut fructibus ſui beneficii acquiſitis, ſed cum rebus ex aliquo contractu emptionis & conductionis habitis lucrandi, & reuendendi cauſa, verba enim ſecundum communem vſum loquendi & intelligendi ſumi debent.

232 Hæc tamen † limitatio intelligenda eſt, quando Clericus fuit tertio monitus, & proceſſum eſt contra eum in forma dicti capituli finalis, & ita declarant Auctores, licet in Gabellis, ex communi vſu, & praxi nulla monitio ſit neceſſaria, ex Salzedo & Laſarte, *vbi ſupra, & tx. l. 6. tit. 18. lib. 9. Recomp.* imo in Gabellis ſufficit vnus actus negotiationis, vt per dictum Laſartem, qui non ſufficeret in Collectis; quia in eis, nec inuenitur à iure diſpoſitum, nec vnquam vidi practicatum: ſi tamen tunc Clericus, vt negotiator, Collectaretur, poſſet tunc Collecta exigi à Iudice ſeculari, ex ſupra notatis, & late notat Salzed. *vbi ſup.* & facit *d. lex. 12.* & ibi Aceb. & Gutier. *d. q. 4.* Et hic eſt verus intellectꝰ huius limitarioninis.

233 Tertio limitatur, quando † bona Eccleſiæ, aut Clerici ſunt ſpecialiter affecta Tributo, aut Collecta, *ex d. l. 11.* & ibi Aceb. & Duennas, *vbi ſup. limitat. 2.* Hoc tamen intelligendum eſt, quod Tributum aut præſtatio eſt certa & inuariabilis, non quando incerta, prout ſunt Collectæ. De quo iam late ſupra diximus.

234 Quarto limitatur † pro Collectis prę̨teritis, quas Clericus ſuccedens in bonis ſecularibus & Tributis affectis tenetur ſoluere, aut bona dimittere, vt late probat Thom. *in dict. c. 6. nu. 22.* & Feſtaſ. *vbi ſup.* Duennas, *fallac. 14.* Bartol. *in l. Incola. ff. ad municipales, text. in leg. Imperatores, & ibi omnes, ff. de cenſibus*, notat Aceb. *vbi ſupra.*

235 Quinto † limitatur, vt non procedat, quādo Collecta erat indicta pro aliquibus annis, & interea aliqua res extimata, vel allibrata alicuiꝰ ex obligatis Collectæ peruenit ad Clericum; nam tenetur ſoluere pro omnibus aliis annis, vel dimittere rem, ita conſtanter defendit Ægid. Thom. *in d. tract. c. 2. à nu. 38. & nu. 35. & 36.* Et cum hac opinione tranſit Feſtaſ. *in d. 4. p. c. 2. n. 36.* & Duennas, *vbi ſup. falla. 7.* Hæc tamen limitatio intelligenda eſt, quādo venditor, qui fuit obligatus, aut cuius tēpore fuit impoſita Collecta, erat obligatus pro ſua perſona, & bonis pro illis certis annis, & ſe obligauit per ſcripturā publicam, vt in Vicis paruis ſolet fieri: tunc enim bona trāſeūt cū ſuo onere, in Vicis vero magnis, *vt ſupra dictum eſt*, contrarium practicatur, ac proinde, quemadmodū ſi Incola recederet, nō teneretur, niſi pro anno præſenti, vt dictū eſt, *in § 2.* ita ſi vendat pro bonis venditis, nō tenebitur, niſi ꝓ anno venditionis, & ſi ipſe non tenetur,

non

non tenebuntur bona, nec tenebitur Clericus; quia bona ad eum libera tráſeunt, *ex l. Regni ſupra ſæpe allegatâ.*

236 Sexto † limitatur, quando alicui Clerico aliqua res legata eſt, cum onere ſoluendi Collectas: nam tunc tenetur ſoluere, vel rem relinquere, vt cum Anchar. Fel. Parpal. & aliis tenet Duen. *vbi ſupra. lim. 6.* Ægl. Tho. *in d. tract. c. 6. nu. 19.*

236 Septimo limitatur, quando † per ſtatutum bona ſunt effecta Tributaria, antequam veniant in perſonam Clerici, tunc Clericus pro eis tenebitur ſoluere Collectas, quæ fuit opin. Bart. *in dict. l. reſcripto. §. fin.* quam plures ſequuntur, ſed cõtra eam eſt magis communis opinio, vt per Duen. *in 9. falla.* Feſt. *in d. c. 1. in fi.* & eam ſupra latius confutauimus. & contra eam eſt expreſſa lex Regni, *de los hidalgos,* ſupra ſæpe citata.

237 Octauo limitatur. Quando † bona Conciliorum ſunt obligata cum facultate Regia alicui Cẽſui, vel Tributo, vel Concilium poteſt ea defenſare, vel alienare ad aliquod ſeruitium; puta, *de los millones*, ſoluendum: tunc enim ſi Concilium aliquid imponat. volentibus illis bonis vti, per modũ penſionis Collectæ, Contributionis, vel Siſæ: tunc ſi Clericus, vult vti d. bonis, vel animalia ſua in eorum paſtum immittere, tenetur ſoluere dictam Collectam, ex eleganti *conſ.* Abbat. *6. per totum*, *l. 1.* ſequitur Feſtaſ. *in d. tract. p. 4. §. 1. n. 49.* & Burgos de Paz. *in repetitione legis. 3. Tauri 1. part. concluſione 3. num. 401.* vbi infinita allegat & dicit ſeruandam conſuetudinem; quam ego ſemper vidi ſic intelligi & practicari.

238 Ex quo † infertur, quod cum bona Cõciliorum debeant expendi in ſoluẽdis debitis, Ciuitatis, aut eius negotiis, ſi Ciuitas, fructus, aut bona ipſi⁹ Ciuitatis mobilia, quæ vendere poteſt, diſtribuat inter Incolas, cum onere ſoluendi certum quid, nomine pretii ad ſoluẽda talia debita, ſi Clericus, vt Incola, velit partem recipere, tenetur talem Collectam ſoluere *ex d. conſ.* Abb. & ſic practicatur praxis, & nõ debet illi dari refectio, quã ipſi petere ſolent.

239 Nono limitatur, vt non † procedat in Clerico coniugato; iſte enim omnes Gabellas & collectas ſoluere tenetur; vt per Thomaſ. *in dict. tractat. cap. 6. num. 13.* Auend. *in dict. capit. 14. libr. 2. nume. 27.* late Laſarte, *in dict. c. 19.* & Duennas, *limita. 10.* vbi vterque allegant leges Regni, & notat Acebed. *in l. 2. tit. 4. lib. 1. Recomp.*

Decimo limitatur † in fratribus mẽdicantibus contra Conſtitutiones ſui ordinis immobilia poſſidentibus: nam tunc ꝓ eis poterunt collectari, vt per Feſtaſ. *in dict. tract. p. 4. c. 1. nume. 33.* & Thom. *in d. c. 2. numer. 18. & cap. 6. nume. 1.* Duennas, *in d. reg. falla. 4.* vbi alios allegat. 240

Vndecimo † limitatur, quando Collecta imponitur, propter bellum, vt per Duennas, *limita. 12.* ſed in hoc tenenda eſt diſtinctio, quam fecimus in prima limitatione. 241

Duodecimo † limitatur, quãdo Princeps imponit Collectam Vaſſalis ſuis pro Feudis, & locis, & dignitatibus, quæ ab eo tenent: tunc enim, ſi Clericus ab eo Feuda, aut loca, aut dignitates ſeculares teneat, pro illis teneretur ſoluere Collectam, vt per Ioan. Fabrum, *in leg. placet, num. 8. Cod. de ſacroſan. Eccleſ.* & cum pluribus ſequitur Duennas, *fall. 8.* & ſic videmus, *en las lanzas con que ſirven los Obiſpos a ſu Mageſtad.* Ex antiqua conſuetudine. 242

Decimo tertio † limitatur, quando bona in fraudem Collectarũ eſſent tráſlata in Clericum, de qua fallacia late egimus, *in §. 2.* & ponit Duennas, *limit.* & allegat *l. 50. tit. 5. par. 5.* 243

Decimo quarto † & vltimo limitatur, exiſtente conſuetudine, vt Clerici collectentur, tunc enim ſeruanda eſt conſuetudo, vt per Bat. *in l. ad Collationem. C. de auro Coronario, lib. 10.* quem cum Alex. Curt. & aliis allegat Duennas, *vbi ſup. fall 1.* ſed ego intelligo id eſſe verum, quando conſuetudo eſſet immemoralis, quæ æquipollent priuilegio Pontificis: alias non, ex notatis, *in dict. capit. Eccleſia ſanctæ Mariæ, & in c. quanquam & in dicto capit. non minus*, & idem eſſet, ſed quando pro liberanda Ciuitate a peſte imponerentur Collectæ; tunc enim tenerentur ſoluere Clerici, quod tamen intellige, 244

Y cum

tum diſtinctione tradita *in 1. limitatione.*

245 Secunda concluſio. Nobiles † non poſſunt collectari de generali conſuetudine, licet de iure ſic; ita Ægid. Thomaſ. *in dict. tract. de Coll. cap. 7. per totum & cap. 15. nume. 1. & 2.* & notat eleganter Petrus Gregor. *in ſuo Syntagmate iuris vniuerſi, part. 1. lib. 3. c. 8.*

Et probat, *dict. l. 14. titu. 14. li. 6. Recompil.* & plures leges in titulo, *de los alcaldes de hyos dalgo*, & Feſtaſ. *in dict. 4 part. c. 3. per totum.* & Ioan. Gar. *in tract. de nobilit. gloſ. 6. a num. 8.* quod verum eſt etiam in Collectis, quæ iudicantur patrimoniales, & ratione bonorum. nam ad has de iure tenebantur, ſecus de generali conſuetudine, niſi rei ſint inuariabiliter annexa; in perſonalibus vero, vel mixtis vilibus non tenentur, vt per Otaloram, *in ſuo tractatu de nobilitate, cap. vlt. per totum,* Feſtaſ. *vbi ſupra.*

246 Hæc concluſio † patitur omnes ampliationes & limitationes primæ cōcluſionis præcedentis, & vltra eas limitatur quando pendet, *quæſt. de nobil.* quia, lite pendente, compellitur contribuere, vt conſtat ex legibus Regijs, & Ioan. Garz. & Otalora, *in dict. tract.* ad quos te remitto; quia eſt ſua materia, notat etiam Auen. *in dict. c. 14. a num. 23.* Limitatur etiã,

247 quando † in loco eſt conſuetudo immemorialis, quod nobiles collectentur, ptout *en las behetrias*, vt per Ioa Gar. *in d. tract. de nobilit. gl. 6. an. 14.* niſi in illis, qui nunquam ſoluebãt, nec Patres, nec Aui *ex eodem num. 13.* Rip. *in tit. de Reſcriptis reſponſo. 4.* & quantum tempus ad præſcribendam libertatem ſit neceſſarium infra dicemus.

248 Limitatur † etiã, quãdo nobilis paſſus eſt ſe collectari; nam per vnum actum perditur poſſeſſio, & poterit collectari vſquedum obtineat in proprietate ex eodem Garz. *in dict. gloſ. 6. num. 21. & 22.* Hoc tamen non procedit, quando habet ius perfectũ, puta, executoriam, vel ſolar ex eodẽ, *in d. gloſ. nu. 65.* & licet proteſtatio excuſet a ſolutione, ex Bartol. *in l. 1. C. de his, qui ſponte munera ſubeunt,* tamẽ quoad Collectas nõ prodeſt, nec etiam vis adhibita, niſi pars illico ius ſuũ proſequatur ex tradit. ab eod. *in dict. numer. 65.* & licet nobiles ſint exempti, non tamen eximentur a Collectis impoſitis, ob publicas, & communes neceſſitates, & etiam in eorum vtilitatẽ, vt ſupra diximus, & interim, vide Marcum *qu. 457. p. 1. & q. 101. p. 2.* Bellac. *dict. tit. 39. num. 23.* Acebed. *in d. l. 11. a num. 2.* Caſſan. *in conſuetud. Burg. tit. des iuſtices, Rub. 1. §. 4. verſic. & fur. n. 62.* catera de materia nobilitatis; vide *in dictis tract.* & quæ diximus, *in quæſtione de Salariis.*

Tertia concluſio. Milites † ſunt liberi 249
& excuſati a Collectis, hæc concluſio eſt diſtinguenda: nam aut loquimur de militibus actu militantibus, vel veteranis, & tunc ſolum ſunt exempti a muneribus perſonalibus & mixtis, non a realibus & patrimonialibus ſiue Collectis certis, ſiue incertis, vt late notat Petrus Antiboli, *in tractat. de muner. p. 3. principali, de excuſationibus munerum, a num. 78. cum ſeq.* & ſic practicatur in noſtra Hiſpania, *en ſoldados y hombres de armas. y Capitanes,* ſi aliud priuilegium non habeant, vel ſint nobiles, nec vlla lex eſt in noua Recōpilatione, q̃ eos eximat, licet milites, quos vulgo vocamus, *hombres de armas,* habeant priuilegium, ne poſſint compelli, aut capi in perſona pro debito, aut aufferri ſibi arma, & quos nec tenentur ad officia publica, nec ad hoſpitationes, *llevas*, aut alia munera angaria aut perãgaria, & de his vide Baezam, *in tractat. de inope debitore, cap. 16. a numer. 84. cum ſequent.*

Si vero † loquimur de militib. quos 250
vulgo vocamus, *Caualleros de eſpuela dorada,* iſti debent eſſe nobiles, & ſic ſunt exempti a Collectis; vt latius videbis apud Ioannem Garz. *in dict. ſuo tractatu. gloſ. 1. §. primo, a num. 51. cum ſequentibus.* Si vero loqueris de alijs, quos vulgo vocamus: *Caualleros pardos, o de priuilegio,* tunc de eis videndæ ſunt omnes leges, *in tit. 1. lib. 6. Recomp.* de quibus etiam late per dictũ Garz. *a nu. 55. cum ſeq.* Si vero loquimur de aliis militib⁹, quos vulgo, *Caualleros quantioſos,* vocamus, de his videndæ ſunt leges, *in d. t. 1.* & lati⁹ Burgos de Paz. *in conſ. 45. & in conſ. 46.* a quibus omnibus

nihil

nihil tranſcribendum eſt, ſi tamen loquimur de militibus, quos vulgo, *Caualleros*, appellant, qui ſunt homines diuites nobiliter viuentes, vt equites deaurati, & facientes omnia, quæ veri milites faciunt, iſti, ſi non probent nobilitatem, abuſiue milites appellantur, & de eis curandum non eſt; quia nulla immunitate gaudent, nec vlla lex dari poteſt, quæ eos a Collectis eximat, & hoc iure vtimur & de militibus noſtri temporis, qui non gaudent priuilegijs militum antiquorum. videndus eſt Gutierrez. *de iuramento confirmatorio, cap.6.2. part.* Rip. *in l.centurio, numer. 10. ff. de Vulgari.* & Ioan. Vaudum, *quæſtionũ iuris l.1. quæſtione.54.*

251 Quarta concluſio. Domini Vaſſallorum liberantur a Collectis, vt cõtra Guidonem Papæ defendit Tho. *in d.tract. de Collectis, c.15. num.15.* notat etiam Luc. de Pen. *in l.a prouidentiſſima. C.de quibus muneribus nemini ſe liceat excuſare, lib.10.* Bald. *in cap.1. §. Marchio. qui Feudum dare poſſunt in vſibus Feudorum.* Auenda *in dict. c. 14. num.31.* Feſtaſ. *in dict. tract. part.4. c.3. a num. 1. cum ſequent.* Hæc tamen concluſio nullo iure probatur, nec eam vnquã vidi practicari, & in Tributis, aut Collectis contra eam tenet Feſtaſ. *vbi ſup.* qui ſolummodo eam tenet, in Tributis, aut Collectis impoſitis ab Vniuerſitate, cuius ipſe eſt Dominus, ſed etiam in hoc, cum non poſſit imponi ſine Regis licentia, & auctoritate, erunt ac ſi Rex imponeret, & teneretur ſoluere, ſi in loco habitet, vt Incola & Vicinus, & ſic practicatur: operabitur tamen eſſe Dominum Vaſſallorum, vt in aliis pro nobili habeatur; quia Feudum ſuum nobilitat poſſeſſorem, & ſic liberabitur ab officiis, a quibus nobiles eximuntur, & ſedebit cum nobilibus, & decapitabitur & non ſuſpendetur furca, & in rigore pro debitis non capietur, licet hoc nunquam viderim ſeruatum, a Tributis vero non liberabitur. Et ſic ſunt intelligenda, quæ ſupra dicti notant.

252 Quinta concluſio. Graduati † liberãtur a Collectis. Hæc cõcluſio diſtinguẽda eſt nam aut loquitur in Doctoribus, & Graduatis actu legentibus, in aliqua Vniuerſitate ap̃probata; & tũc licet Baccalaurei ſunt, liberantur a Collectis, ex Bart. *in l. Medicos, C. de profeſſoribus & Medicis. li. 10.* qui ſic intelligit illam legẽ, notat late Feſtaſ. *in d. tract. p.4. c.3. a nu.46.* & notat Baeza, *in d. c.16. à num.44. cum ſequenti*, Ioan. Garz. *in d. tractat. de nobilitate, gloſ. 35. n.5. & eſt l.8. ti.31. p.2.* & ſic dicũt intelligendam *l.2. tit.14. lib.6. Recõ.* quę dicit *que los Bachilleres pechan, ſino es en los caſos por derecho permittidos*; aut loquimur in non legẽtibus: & tunc ſi Baccalaurei ſunt, nõ liberantur, *ex d. l.2.* ſi vero ſint Doctores aut Licenciati, non liberantur, niſi Graduati ſint, *por Bononia, Salamanca, Valladolid.* Graduati vero per dictas Vniuerſitates liberantur, ſi actu literas exerceant, vel legendo, vel aduocando, vel iudicãdo, aut ſint iam veterani, vt per Io. Garz, *in dict. gloſ. num.5. cum ſequenti.* Auen *in d. c.14. num. 29. & 30.* & Petr. Gregor. *vbi ſupra*, Acebed. *in l.8. & 9. nu.4.* Gutierrez, *lib.1. practicarum quæſt.21 & 22 per totas*, licet in hoc contrarium viderim aliquãdo practicari, ſed iniuſte, meo iudicio, Aduocati etiam, ſi non ſint Graduati in dictis Vniuerſitatibus; etiamſi ſint Doctores, *ex dict. l.9. & 8.* non gaudent exemptione, quidquid ſit de iure communi, & ſic practicatur, & ſic dicunt Acebed. & Gutierrex, quidquid dicat Ioann. Garzias, *vbi ſupra.* Medici etiam ex eo, quod Medici ſunt, non excuſantur, *ex dictis legibus Regiis.* niſi vel allegant, vel ſint graduati in forma dicta, & ſic etiam practicatur; licet de iure communi, *ex dict. l. Medicos*, contrarium poſſet practicari, & idẽ erit de aliis profeſſoribus literarum, niſi actu legant, quidquid Feſtaſ. *vbi ſup.* dicat, Medici tamen Principis liberabuntur, *ex dict. l. Medicos*, quæ in hoc ſeruatur *ex titulo de priuilegiis eorũ, qui in ſacro Palatio militant, lib.12. & ex l.17. & 18. dict. tit.14. libr.6. Recompil.* idem etiam erit in Catedraticis iubilatis, *ex l. vnic. C. de profeſſoribus, qui in Vrbe Conſtantinopolitana, li.12.* hii tamen oẽs non excuſantur ab his, a quibus non excuſantur Nobiles & Clerici, *vt in dictis legib.* & facit tex. expreſſus, *in l.19. tit.14. li.6.* Sexta
concluſio. Auditores † Regalis Conſi- 253

lii, & Cancellariarum Secretarij Regis & alij Officiales Principis excuſantur a Collectis, durante eorũ vita, & eius vxor vidua, non tamen filij, *ex dicta l.18.* & facit titulus, *de Palatinis ſacrarum largitionum, & de agentibus in rebus, & priuilegiis eorum, qui in ſacro Palatio militant, libr.12. & lib.3. Cod. de ſilentiariis libr. 12.* Rolandus, *conſil.66.numer.42.libro.1.* Franciſcus Marcus, *quæſtione. 457. prima parte*, Auendanus, *dicto capite decimo quarto, num. vigeſimo ſexto*, Ioannes Garzias, *in dicto tractatu, gloſ.35. nume.39.* non tamen intelligitur in Officialibus Cancellariarum, niſi ſint Auditores, aut Fiſcales, non alij ex ſupradictis nec tale priuilegium eis ſeruatur.

254 Septima concluſio. † Emphyteota Principis liberatur a Collectis, *ex l.1.C. de collatione fundorum patrimonalium, lib. 11.* ſed hoc nunquam vidi practicari, ſolum conductores redituum Regalium habent priuilegia, quæ in legib⁹, *del quaderno y apuntamientos*, continentur nõ alia.

255 Octaua † concluſio. Habentes duodecim liberos excuſantur a Collectis, *text. in l. ſi quis Decurio, Cod. de Decurionibus, libr.10.* & ibi Bartol. Ang. Plat. Rebuff. & alij, *text. in l. ſemper. §. demonſtratur*, & ibi Bart. *ff. de iure immunitatis*, notat Rolandus, *dicto conſil. 66. a nume. 35.* Caſſaneus, *in conſuetudinibus Burgundiæ, verſi. des iuſtices, Rub. prima, §. 4. verſic. & ſur a numer. 55.* Auendanus, *in dicto capite 14. numero trigeſimo quarto*, Thomaſius, *in dicto tractatu cap. 10. a numero 16.* Feſtaſius, *dicto capite tertio, a numero. 71. cum ſequentib.* & ſufficit, quod ſint fœminæ; & quod ſint nepotes, & quod ſint legitimati, & quod vxores duxerint, aut nupſerint; & etiamſi ſint emancipati, & debent eſſe inhumani, tempore primæ excuſationis, vt hæc omnia copioſe ponit Præſ. Anton. Theſau. *deciſ. 207. per totam*, & iam ſic vidi practicari; & vidi ſuper hoc ſententias, & executorias emanatas a Regia Cancellaria Valliſoletana; ſi tamen lis ſuper hoc agitetur, debet agitari in dicta Cancellaria citato Fiſcali, vt per Auend. *in 1. part. mandatorum Regalium, capit 19. num.26.*

Nona concluſio. Iudex † actu iudi- 256
cans excuſatur a Collectis, vt per Barto. *in dicta. l. Medicos*, Caſſan. *in dictis conſuetudinibus tit. des enfans, Rub.6.§.4. verbo, entregens nobles. numer. 12.* Hæc concluſio procedit in Iudicibus forenſibus, puta, *Corregidores en los lugares de ſu juriſdicion, nomas*, in alijs non practicatur, nec in locis vbi ſunt originarii, & habent bona, imo totum contrarium.

Decima concluſio. Conſules, quos † 257
vocamus *Regidores*, nõ excuſantur a Collectis, vt per Bartol. *in l.9. gloſ. ibi, in l. honorem. ff. de muneri. & honori.* Marc. *deciſ. 457. nume. 3. part. 1.* Auen. *c. 14. numero 27.* Thom. *in d. tract. c. 11. nu. 17.* vbi *in num. 7.* loquitur de Notariis, Procuratoribus, Cuſtodibus nõ excuſandis, & Feſtaſ. *vbi ſupra num. 68. & eſt l. 2 tit. 25. lib. 4. Recompil.* quę dicit, *que Regidores, iurados, y eſcriuanos, y otros officiales de Cõcejo pechen*, & ibi late Acebedo.

Vndecima cõcluſio. Secus † licet li- 258
beretur ab Officiis & munerib⁹ pſonalibus, nõ tamẽ liberatur a Tributis & Collectis, & ad hoc plures leges allegat Tho. *in d. tract. c. 10. n. 3.* & idem de muto, ſurdo, furioſo, & podragoſo & ſulaſtico, late Iulius Ferrettus, *in tract. de Gabellis a n. 490. cum ſequent.* & Petrus Antiboli, *in tract. de muneribus, 3. par. §. 2. nu. 28.* & in Gabellis cũ Patladoro & aliis idẽ tenet Laſarte, *in d. tract. de Gabellis, c. 19. nu. 95. cum ſequentibus*

Niſi cæcus eſſet † pauper, etiam ſi o- 259
ſtiatim victum nõ quæreret, prout *in §. 3.* concluſimus, & ita eſt intelligendus tex. *in c. licet de Cẽſibus*, & ita ſemper audiui, & vidi practicari, licet ipſi, ob quędã mandata, & priuilegia localia contrarium generaliter velint defendere.

Duodecima † concluſio. Pauper et- 260
iam liberatur a Collectis, *ex l. cura. §. inopes ff. de muneri. & honoribus*, Roland. *dict. conſil. 66. a num. 20.* Auend. *dict. cap. 14. num. 33.* Auil. *in c. Pratorum, cap. 34. verbo pobres*, & facit *lex. 2. tit. 17 part. 7.* Hanc concluſionẽ late declarabimus, *in dict. §. 1. n. 129.*

Decima tertia † concluſio. Meretrices excuſantur a Collectis, Auendano, *in dicto capite 14. nu. 33.* Sed ego nunquam

vidi

[illegible]

262 Decima quinta concluſio.†Excuſatur etiam a muneribius & Collectis, qui per priuilegium ſunt excuſati, cum derogatione legum & derogatione. *leg. vacuatis de Decurionibus libro decimo*, alias non valet priuilegium, vt in priuilegiis, *de Valderas*, *Antona Garzia*, & aliis, & de hoc late agit Feſtaſ. *in dicto tractatu part. 5. per totam*, Thomaſ. *in dict. capit. 15. a num. 15.* & Feſtaſ. *dict. part. 4. capit. 5. & capit. 6. & 7.* Et an hæc priuilegia extendantur ad heredes, debēt inſpici verba priuilegii, vt per eundem Feſtaſ. *capit. 8. per totum*, & qui dicit ſe exemptum ex priuilegio, tenetur id oſtendere, *ex leg. 11. dict. tit. 14.* & durante lite contribuet, vt nobilis, ex pragmatica Regis Enrici, de qua late agunt Otalora, & Ioan. Garz. *in dictis tractat.* quorum eſt proprium, & peculiare munus. Et ideo ipſis relinquo.

263 Limitatur † tamen hæc concluſio, vt non procedat in Collectis impoſitis ratione belli imminentis; nam ab his nō excuſantur exempti, per priuilegium, quantumcunque verba exemptionis ſint generalia, ex Dyno, Bartol. Paul. Socin. Iaſ. Alexand & aliis, *in leg. ſi ex toto. ff. de legatis primo*, & late notat Feſtaſ. *in dict. tract. 4. part. cap. 7. numer. 46.* Ojaſc. late, *deciſ. 91. a numer. primo*, Roland. *conſi. 1. libro 4.* Neuizan. *conſ. 66. a numer. 41.* Pariſ. *conſ. 25. num. 113. libr. 1.* latiſſime Burſat. *dict. cōſ. 16. a numer. 48. cum ſequentibus*, Marc. *vbi ſupra*, Communiſta quidam, *dict. tit. 39. num. 44.* Id tamen intellige, niſi verba priuilegiorum aliud ſuadeāt, & intellige non liberari a Collectis, in quibus nobiles contribuunt, niſi etiam verba ſuadeant, *vt dictum eſt.* Et ſunt hæ exemptiones odioſæ, ideo reſtringendæ, vt per ſupradictos.

264 Secundo limitatur † in immunitatibus & priuilegiis datis a Principe, non a Republica, nec alio inferiore, iſti enim non poſſunt eximere aliquem a Collectis, vt eſt text. *in dict. l. vacuatis*, & eſt magis communis contra alteram communem, vt per Ojaſcum, *deciſion. 95. n. 18.* Bonacoſſ. *lib. 4. tit. 39. num. 43.* Burſat. *vbi*

quod Doctori, aut Medico poteſt concedi immunitas a Ciuitate: hoc tamen nūquam vidi practicatū, & in contrariū videtur, *text. in l. 2. tit. 9. lib. 7. Recomp.* quæ dicit, q nemo poſſit dare exemptionē nouis Incolis, quæ etiam permittebatur a dictis auctoribus, & a glo. *in d. l. vacuatis*, quam omnes ibi ſequuntur, & hoc procedit, etiāſi per viā pacti, mutui, aut tranſactionis conceſſiſſet immunitatem, per pactum tamē poſſent ſe Incolæ obligari ad ſoluendū Collectas pro alio, & obligauit pactum illud conſentientes ſolū, & an ſit vſurariū poſitū in fauorem mutuātis; reſoluit Ojaſ. *vbi ſup.*

Decima quinta † concluſio. Per præſcriptionē poteſt quis liberari a Collectis, hoc tamen intelligendū eſt cum diſtinctione: nam ſi loquimur in Tributis de Moneta forera, nullo tempore quis liberatur, licet de hoc latius ſupradictū ſit, ſi loquimur in ſeruitio ordinario, aut extraordinario, aut aliis impoſitis a Rege, cōtra ipſum Regē; tunc ſolum tempore immemoriali liberatur quis ab eis, vt declarat Bar. *in l. licitatio, §. earū, ff. de public. & vectig.* notat late Feſtaſ. *in d. p. 4. c. 4. a n. 1.* Ceph. *conſ. 129. lib. 1. & cōſ. 176. nu. 4. & 15. li. 2.* aduerſus vero Rempublicā præſcribitur libertas, non ſoluendo quadraginta annis, vt per ſupradictos, & notat late Burſat. *d. cōſ. 16. n. 64.* imo quadraginta anni cū tit. etiam defectuoſo ſufficiūt aduerſus Regē, *ex l. ſi. C. de fun. patrimonialibus, lib. 1.* quam ſupra declarauimus. 265

Ad præſcribendā † tamē hanc libertatē requiritur interpellatio, ſi præſcribitur minori tempore, quā immemoriali, vt per Cephal. *vbi ſup.* notat Bart. *in l. cū ſcimus, C. de agricolis, & cēſitis li. 11.* Alc. *conſ. 35. li. 2.* ſequitur Rimi. Iun. *cōſ. 34. n. 16. lib. 1.* vbi cū Pariſ. Corn. & aliis hanc opinonē defendit, contrarium, imo quod nulla interpellatio requiratur, defendit Crauet. *conſil. 111. a num. 20. lib. 1. per totum*, & cum pluribus ſequitur Feſtaſius. *dicto capit. quarto, numer. 16.* & cum Couarru. Corneo, Panormita. & aliis contra Bartol. ſequitur Ioan. Garzias, *in dicto tractatu gloſ. 19. numero ſecundo*, Otalora, 266

in dicto. tracta. de nobilitat.3.part.cap.17.nu.9. Vera reſolutio eſt, quod quando caſus accidit, & alii collectantur, & non iſte, qui præſcribit exemptionem, nõ eſt neceſſaria interpellatio, ſi vero caſus non accidat, non præſcribitur, abſque interpellatione, vel tempore immemoriali, & ita procedunt ſupradicta. Hodie vero immunitas præſcribitur, fallit, *en las behetrias*, in quibus dubitatur, an hæc ſit præſcriptio vel conſuetudo tempore immemoriali, in forma nobilitatis, & nunquam in forma ſolæ exemptionis & præſcriptionis. Licet, ſi caſus accideret, iudicandus eſſet ſecundum ſupradicta.

267 Decima ſexta † concluſio, nõ exemptus non liberatur a Collectis, etiamſi habeat ſocietatem cum exempto, & ſic practicatur, *vt ſupra diximus*, notat Couarru. *in practicis, ca.14 nu.2.* & cum aliis Acebed. *in l.11.num.14.dict.tit.3.lib.1.Recomp.* Auend. *dict.cap.numero 14. num.32.* Guitier. *lib.1.practic.q.6.a numer.10.*

268 Decima ſeptima † concluſio, exemptus, ſi collectetur, debet reclamare, & proſequi, alias renuntiat immunitatem ex Angel. *in leg.1.§.ſi quis tutor. ff. quando appellandum ſit*, intellige tamen id eſſe verum, quoad onera præterita & ſoluta, vt per tex. *in l. voluntarie. C. de excuſatione Tutorum*, Bart. *in leg.1.ff.C.de his qui ſponte munera ſubeunt, lib.10.* Felyn. *in cap.cum acceſſiſſent de conſtit.* Anton. Gab. *in libr.6.de iure immunitatis conclu.1.per totam*, niſi ſoluiſſet per decennium; nam tunc præiudicat ſibi in poſſeſſorio; quoad futura, vt per Auend. *dict cap.14.num.26.* late Feſtal. *vbi ſupra, a num.31.* quoad proprietatem vero, ſi eſt exemptus quis per priuilegium, perditur exemptio triginta annis, ſi eſt nobilis, & nobilitas perfecte acquiſita, puta, de executoria aut ſolar, nõ perditur, vt per Ioannem Garziam, *in d. tract.gloſſ.6.a num.23.cum ſequentibus.* Aduerte etiam, quod actus contrarius priuilegio, qui eſt continuus, & non momentaneus æquipollet pluribus, vt per ſupradictos, quæ omnia nota, *para las behetrias.*

Decima octaua & vltima † concluſio, portio exempti, quando Collecta eſt debita Principi, & eſt incerta & variabilis, non petiit Principi, ſed accreſcit alijs, ſecus ſi ſit debita inferiori, aut eſt certa vel in *moneta forera*, & hæc eſt communis opinio, vt per Anton. Gomezium, *tom.o.1.de vltimis voluntat.cap.12 num.44* Acebed. *in l.25.tit.6.lib.3.Recompil. num.7.* Garz. *in dict.tract.gloſſ.1.§.1.nu.18. & 19.* & probat. *l.19. dict. titul.14. & l. vndecimam, eod.tit.* Licet in contrarium ſit alia communis opinio relata a ſupradictis, quæ non practicatur, ſed dicta cõtraria. 269

Vltimo aduerte, quod per *l.19.d.ti.14.* ſunt ſublati exempti, vulgo *eſcuſados*, Monaſteriorum, & Dominorum, quoad Gabellas, & Collectas, quoad alia, manent priuilegia & ſic practicatur. Et cũ his imponitur finis huic tractatui & queſtioni de Collectis, ad gloriam Dei, & intemeratæ Virginis, & ſanctorum.

Finis Libri ſecundi.

VA-

VARIARVM QVÆSTIONVM VTRIVSQVE IVRIS FELICITER INCIPIT.

Liber III.

QVÆSTIO XXII.

VTrum Nominatio ad aliquod Anniuerſarium, aut Emphyteoſin vel Maioratum, probetur duobus teſtibus, & ſi ſingularibus, ſiue in vita, ſiue in morte facta ſit, & plura de Nominatione, & Electione, & ſingularitate teſtium.

SVMMARIA.

1 *Nominatio an ſit actus extraiudicialis & an habeat vim contractus, & poſſit reuocari, vel vim vltimæ voluntatis, & quid ſi facta eſt in teſtamento, & de donatione facta in teſtamento, num. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8.*

9 *Nominatio per viam contractus, an ſit irreuocabilis?*

10 *Nominatio quid ſi competit ex contractu, an poſſit reuocari? & quid ſi ex teſtamento? nu 11.*

12 Intellectus ad leg. apud Aufidium de optione legata, *num.13.*

14 Intellectus ad leg. cum qui certarum §. fin. de verbor. obligat.

15 *Nominans non poteſt variare; quando electio ſortitur effectum; aliter ſecus, num.16.*

16 Intellectus. §. a filia de legat. 2. *& numer. 17. & 18. & ibi, declaratur. l.* 17. Tauri.

17 *Nominatio cauſa dotis, an poſſit reuocari, & declaratur* tex. in leg. ſi ego. §. 1. ff. de iure dotium. *num. 20. 21. & 22.*

22 Intellectus ad leg. 2. §. ſi pecuniam. ff. de donat. *num. 23. & 24.*

27 *Nominatio facta ob cauſam matrimonii incerta perſona, an poſſit reuocari, num. 28. & 29.*

30 *Diſtinctio, quando nominatio commiſſa eſt cum clauſula nominandi,* tam in vita, quam in morte.

31 *Nominatio ad Emphyteoſin, an reddatur caduca mortuo nominato in vita nominantis? & an poſſit alium filium nominare.*

32 Intellectus ad dictum. §. a filia, & l. apud Aufidium, *& num. 33. & 34.*

34 *Nominatio an poſſit probari duobus teſtibus, num. 35. & 36.*

37 *Auctor refert plures tractatus de ſingularitate teſtium.*

38 *Singularitas quotuplex, & an teſtes ſingulares probent? nu. 39. 40. 41. 42. & 43.*

44 *Teſtes ſingulares an probent hereſim confeſſionem?*
Vſuram, fornicationem, adulterium, periurium, &c. ibi, & num. 45. 46. & 47.

48 *Iudex an poſſit adhibere fidem teſtibus ſingularibus?*

49 *Electio an probetur teſtibus ſingularibus? num. 51. 52. 53. 54. 55*

56 Intellectus ad tex. in l. verba C. de teſtamentis.

PRO introductione † quæſtionis præmitto, quod Nominatio eſt idem quod electio, & eſt quidam actus ex- 1

traiudicialis, non propriè contractus, nec vltima voluntas, nec legatum, nec fideicommiſſum, vt eſt tex. elegans, *in leg. aſſignare, ff. de aſſignand. libertis, & in l. 1. §. ſi aſſignare eodem tit.* notat eleganter Aluarus Velaſcus Luſitanus, *in ſuis conſultationibus, conſultatione. 61. a numero 11.* vbi dicit, quod habet pèculiarem naturam.
2 Idque † apertius cõfirmatur; quia deportatus incapax eſt alias teſtandi & contrahendi, nominare, & eligere poteſt, *ex leg. cum pater. §. hereditatem, ff. de legat. 2. & ex leg. ex facto, §. ſi quis rogatus. 2. ff. ad Tabellian.* notat late & eleganter Caldaſ. Pereyra Luſitanus, *in ſuis denominationibus, tractat, quæſt. 4. num. 7.* idem aduerſus Coſtam, & alios, *in dict. tract. quæſt. 5. num. 5. Eſt igitur Nominatio meri facti nihil iuris ad mixtũ habens*, & ideo in depottatum cadit, vt dictus Calda. diſputat, quod etiam fecit Velaſcus, *vbi ſupra numer. 5.*

3 Ideoque † etiam nõ requirit præſentiam Electi, nec acceptationem abſentis, ex Bar. & Bald. *in leg. vnũ ex familia. §. ſi de Falcidia, de leg. 2.* notat Antonius Gãma Luſitanus, *in ſuis deciſionibus Luſitanis, deciſ. 173. a num. 9.*

4 Tandem *Nominatio nihil aliud eſt, quã quædam extraiudicialis, animi & voluntatis declaratio*; quæ ſuapte natura, nec cõtractum nec diſtractum, aut vltimam voluntatem ſonat, ſed ſolum nudam propoſiti declarationem: poteſt tamen per viam legati inſtitutionis, aut vltimæ voluntatis, vel per contractum fieri, ſi nominans ſola nominatione non contentetur: ſed cum tertio contrahendo, aut agẽdo, vel illi leget, donet vel ꝓmittat, vt Calda. aduertit, *in dict. tractat. quæſt. 1. num. 8. & 9.* Et tunc aſſumet naturam actus, ſuper quo interponatur, vt cum Roman. & aliis concludit Velaſcus, *in dicta conſul. 61. a numer. 6. & conſultatione 102. num. 15.*

6 Ex quo infertur † primo, quod ſi Nominatio, ſiue ad Emphyteoſin, ſiue ad Anniuerſarium, Maioratum, aut Fideicommiſſum fiat in teſtamento annullatur & reuocatur, teſtamento reuocato, vt eleganter notat Ludouicus de Molin. *libr. 2. de Hiſpanorum primogeniis, cap. 4. nu. 36.* Anto. Gamma, *in dict. deciſ. 173. num. 1.* Calda. *in dict. tract. q. 5. num. 35 & q. 10. num. 29.* Velaſcus, *dicta conſultatione. 102. num. 15 & dicta conſultatione. 61.* omnes hij allegãt conſilium Romani, *171. num. 6. & 7.* vbi Mand. *in Additione*, approbat d. Romani, & ꝓ eo plures auctores adducit. Romanus enim allegando plura iura aperte concludit, quod quando donatio fit abſenti in teſtamento, poſt mortem donãtis, quod reuocatur, reuocato teſtamẽto, & hoc ideo; quia licet ex cortice verborum præſeferat ſpeciẽ donationis, tamen; quia facta abſenti, & in teſtamento, & poſt mortem donantis, ex natura actus magis appropinquat vltimæ volũtati, quam contractui: & ſic ſequitur ipſum teſtamẽtum, & ſortitur eius naturam, vt expreſſe decidunt, iura a Romano allegata, atque ſic erit in Nominatione facta in teſtamento, quippe, quæ cum facta ſit in partis abſẽtia, & poſt mortem Nominantis, magis aſſimilabitur vltimæ voluntati.

Licet contrarium † conſtanter defẽderet quidam auditor, de quo per Gammam, *in dicta deciſione*; quia Nominatio, licet facta in teſtamento, eſt actus inter viuos & contractus, allegat Paul. *in dict. leg. vnum ex familia.* & quia contractus poteſt fieri in teſtamento: & non aſſumit naturam teſtamenti, *ex gloſ. in leg. heredes palam. §. fin. ff. de teſtam.* allegat Oldrad. *conſ. 114. per totum.* 7

Sed certe fallitur † Auditor; quia Nominatio, *vt dictum eſt*, eſt quædam voluntatis declaratio in formis, quę poſita in teſtamento, habet vim teſtamenti, poſita in contractu, habet vim contractus, & Paulus, *in dicta l. vnum ex familia*, ſolum dixit, quod Nominatio erat actus extraiudicialis, & poterat probari duobus teſtibus, non tamen dixit, an eſſet facta, vel non in teſtamento, nec deciſio dict. gloſſæ obſtat; nam, vt ſtatim, Deo volente, dicemus, procedit, quando cõtractus, factus in teſtamento, eſt purus & merus contractus, & in forma irreuocabili; ita quod ex tunc ſortitur integrũ & perfectum effectum, vt bene, & elegan- 8

gãter declarauit Romanus, *in dicto conſilio.171 numero. 8.* cuius opinionem com munem ibi dicit ſuus Additionator Mandoſius, ſequunrur Alexan. Iaſon, Corneus, & alii, *in l. cum antiquitas, C. de teſtamen.*

9 Infertur † ſecundo, quod ſi dictà Nominatio fiat per viam contractus obligationis inter viuos, quòd etiam erit cõtractus, & donario, & ſi electio eligẽti aut nominanti competat ex teſtamẽto, & effectus eius non conferatur poſt mortem eligenti, ſed ſtatim debeat effectum ſortiri (vt quando quis eligir ſeruum, aut equum, ſtatim dandum ex aliquo legaro) vere ſortietur naturam contractus, & donationis irreuocabilis: & non poterit reuocari ex textu *in leg. ſerui electione*, vbi Bartolus, Iaſon, Ripa, & omnes, *ff. de legat primo.* late Aluarus Velaſcus, *vbi ſupra, numer. 15. & numer. 23.* Molin. *d. c. 4. a num. 25.*

10 Si tamen † Electio aut Nominatio competir ex aliquò contractu, rũc, etſi p viã contractus fiat, poterit reuocare, & eligens poterit variare, vt reſoluunt omnes ſupradicti, *& deciſio Luſitana. 36. per totum.* Er eſt communis omnium reſolutiò, pro qua ſolet allegari, *textus in leg. cum qui certarum*, §. *fin.* per quem ita Bartolus, & omnes ibi tenent, *ff. de verbor. obligatio.*

11 Sed obiter notando, licet † attente ſæpe ſæpius conſiderauerim in hoc caſu, nunquam potui inuenire concludẽtem rationem differentiæ inter contractus, & vltimas voluntates, & inter electionem prouenienrem ex contractu, & inrer prouenientem ex vltima voluntate. namque communiter a Bartol. & Doctoribus traditur, ſcilicet, quod, quando Electio prouenit ex vltima voluntate, facta Electione ſtatim tranſfertut Dominium, & fit executio a lege, quæ videtur prius fuiſſe tradita a Iureconſulro, *in l. apud Aufidium, ff. de optione legata*, in contractibus vero non item. nam facta Electione Dominium non tranſfertur, & quia vltimæ voluntates non poſſunt eſſe impendenti contractus ſic: hæc igitur ratio concludens non eſt; nam vltimæ voluntates impendẽti etiam ſunt, quando vel dies nondũ venir, nec conditio, tum etiam nõ ſemper tranſfertur Dominium, vt pote, quãdo legatur res aliena: præterea in contractibus, licet non tranſferatur Dominium, tamen ex eis ſtatim, quod facti ſunt, naſcitur ius irreuocabile actionis & obligationis, etiamſi conditionales ſint ex vulgari. *§. ex conditionali, inſtituta de verborum obligationibus*, & ſic facta electione virtute contractus, purificatus in torum manet contractus, ac proinde ex eo oritur actio, & amplius ius exigendi. Vnde facta Electione, executio fit a lege, & res integra non eſt, nec amplius expectandum eſt, cum contractus ex ſui forma & figura, vndequaque perfectus ſit.

Præterea aduerto, quod † Iuriſconſultus, *in dicta leg. apud Aufidium*, non ſolum ſe fundat in ſupradicta ratione, ſed etiam quod facta Electione cõſumptum ſit ius eligendi, quæ ratio æque in contractibus militat. nam ſi tibi promiſero ex duobus equis, quem elegetis, ſi ſemel elegeris, adimples formam cõtractus & poteſtatem tibi datam a promittente, quæ prima vice conſumitur, *ex leg. bones*, §. *hoc ſermone*, vbi late Tiraquellus *ff. de verborum ſignificatione*, & ſic facta Electione, conſumitur poteſtas. nam ad aliam Electionem data, non apparet: Igitur etiam in contractibus eligens, aut nominans variare non poterit. 12

Quare ſemper putaui falſam † dictam diſtinctionem, & quæ renenda non eſt, cui aperte contradicit, *textus in leg. ſi ſtipulatus ſim Stichum, aut Pamphilum. ff. de verbor. obligation.* vbi data Electione per contractum, ſi Creditor eligat, variare non poteſt, niſi Electio ſit illi data per verbum, *volam*, quod imperfectum eſt, & ſolum vltima volitione, & traditione perficitur: contradicit etiam text. *in capit. ſi Compromiſſarius de electione in ſexto*, vbi notant omnes. 13

Nec † obſtat *text. in dict. l. cum qui certarum*, *§. fi.* nam omiſſa doctorum ſolutione 14

ne

ne,ſcilicet,quod ibi electio comperit ex diſpoſitione. *leg.cum verius ſit*,vt iuriſcõſult. ibi *in fine* in ſinuat, quod competat ex diſpoſitione hominis tacita,qui cum ſolum ſtipulauerit illud, aut illud tacite, videtur vel dediſſe vel retinuiſſe electionem, cum alias ſtipulatio alternatiua verificari non poſſet, verius mihi videtur, quod ibi ideo variatio permittitur; quia contrahens non ſe reſtrinxit ad electionem fiendam,per viam electionis, & voluntatis expreſſæ, & declaratæ,ſed ſolum per viam traditionis perfectæ itaque illa poteſtas eligendi tacite data; non eſt quid conſiſtens in verbis,& voluntate declarata, ſicut quãdo clare exprimitur, ſed in ſolo mero facto, & traditione. Vnde vſque ad traditionem; nec eſt electio perfecta, nec expirauit poteſtas a contrahentibus data, nec ex natura verborum conſumptum eſt ius eligendi.nam ſemper, etſi verbalis electio facta ſit, erit verum dicere,illud aut illud datum non eſſe, & illud aut illud dandum eſſe, quemadmodum etiam dixit Iuriſconſultus, *in dicta leg.ſi ſtipulatus*,quando ſtipulatio concepta fuit per verbum, *volam*, quod eſt imperfectum,vſque ad traditionem,ac proinde licet variare; quia non eſt conſumptum ius eligendi ante traditionem, cui ipſũ verbum annectitur,& ad illam reſpicit, & hoc manifeſte demonſtrauit Iuriſconſultus, dum inter tacitam & expreſſam electionem differentiam fecit.

15 Tum † etiam, non video,quod iure probetur, quod, quando electio datur a lege; liceat variare, igitur abſolute concludendum eſt, quod ſiue electio competat ex contractu; ſiue ex vltima voluntate, ſi fiat per viam contractus irreuocabilis, & remaneat cum ea diſpoſitio abſoluta & perfecta, non licet amplius variare.

16 Hoc † tamen fallit, quando electio non ſtatim ſuum operatur effectum: ſed poſt mortem eligẽtis, qui poſt mortem, illi, quem elegerit,aut nominauerit, ex certis reſtituere tenetur; tunc enim ſi ante mortem eligat, eligit ante tempus, & ſic electio non eſt perfecta, & poteſt variare, imo tunc non cadit proprie electio,ſeu nominatio.nam Teſtator,aut contrahens iuſſit, rem relinquere poſt mortem ſuam, aut tempore mortis vni ex filiis, intelligit ergo de filiis, quos tunc haberet, qualitas enim iuncta verbo, intelligitur ſecundum tempus verbi,*ex leg.in delictis,§.ſi de tract. ff.de noxalibus & ex leg.ex facto.ff.de vulgari.* igitur inter illos ſolos cadit electio, & ſi in vita eligit,aut nominat,de his quos tunc habet, eligit vltra commiſſionem ſibi datam alios, quam inter quos poſſit eligere: poſſunt enim iſti,vel mori in vita teſtantis, & erit caduca electio, vel vnus ſolus remaneret, forſitan iã nominatus, & vna etiam erit electio,cum ex neceſſitate illi teneatur dare,vel poſſet forſitan alios filios habere, inter quos poterit eligere, & quibus ex prima electione ante tempus facta preiudicatur, & ſic non fuit vera, nec propria electio, nec conſumptum ius eligendi, & per cõſequens poterit denuo eligere, vt bene conſiderauit Iuriſconſ. *in l. cum pater.§.a filia.ff. de legat.* 2. qui in illis verbis incertum Fideicomiſſi diem,& certæ donationis; & cui neceſſe, &c. Omnes ſupradictas rationes conſiderauit; per quem tex. ita ibi tenet Bart. Bald. Paul. Imol. Cuman. & omnes, idem Bartol. Paul. Peralta, & alii, *in dict.l.vnum ex familia,per tex. ibi*, late Molin. *in dict. cap. 4. a numer. 23.* Velaſcus,*dicta conſultation. 61. & dicta conſultatione 102 per totum*,vbi latius, & eleganter loquitur Aluarado,*in tractat. de coniecturis vltimar.voluntat. lib. 2.capit. 2. a nume. 24.* Burgos de Paz,late, *conſilio. 20. a numer. 13.* Anton. Gomez *in l.40.Tauri.num.49.& 50.*

Qui omnes † id extendunt, etiamſi electio aut nominatio facta ſit,per viam donationis factæ præſenti & acceptanti, aut alterius contractus irreuocabilis,vt conſtat,*ex dicto tex.ibi,vivus donauit.* 17

Et † extendit etiam dictus Aluarus Velaſcus, *dicta conſultatione 102. per totam*; etiamſi nominatio ſit facta per contractum oneroſum dotis, in qua ſpecie quilibet diceret contrarium, *ex leg. 17. Tauri Recompilat. in noua legum* 18

colle-

collectione, tit. de la mejoras. l. 1. lib. 5. Recomp. & quia, quamuis actus ſit ſui natura reuocabilis, fauore dotis efficitur irreuocabilis, vt notat Iaſ. *in l. eius, qui, §. placebat, num. 1. ff. ſi cert. pet.* Dec. *conſ. 35. nu. 5. aut 16.* quos ſic refert Velaſcus, *d. conſult. 102. nu. 11.* ſed nihilominus ipſe contrarium tenet. Motus ex quadam, *l. Luſitana & ex dict. §. a filia ibi, viua donauit.* Vbi & ſi donatio inter viuos ſit ſuapte natura irreuocabilis, tamen; quia continet Electionem ante tempus factam, quæ ſuapte natura reuocabilis eſt, efficitur etiam
19 reuocabilis. Nec obſtat, † *dict. l. 17.* quia procedit in eligente iure proprio, & ex propriis bonis & non ex cōmiſſione ſibi facta, qui ex rebus ſuis poteſt facere quidquid vult, & ita reſpondetur ad aliam rationem, de qua per Iaſ.

20 Sed attente conſiderando extenſio hęc impia, & nimis rigoroſa videtur, ne dicam falſa, quæ & in conſulendo & iudicando ſequenda non eſt, ne mulieres maneant indotatæ, & mariti, cum quibus & propter quos electio facta fuit, decepti in graue Reipublicæ damnum, & cōtra eā facit expreſſus tex. *in l. ſi ego. §. 1. ff. de iure dot.* vbi ſi quis tradidit alicui rem vt ſequutis nuptiis dotis electio fiat, & antequam nuptiæ ſequantur, moriatur, licet poſtea ſequutis nuptiis non tranſeat Dominium in mulierem aut maritum, contra heredis voluntatem, qui Dominus remanſit, conditione pendēte, quemadmodum defunctus erat nec ab illo Dominium contra eius voluntatem poterat abdicari mero iuris rigore, nihilominus fauore dotis, & ex quadam æquitate, ne mulier indotata maneat, compellitur conſentire, & Dominium transferre, aliter in defectum eius lex Dominium ipſum transfert in maritum nec poteſt heres pœnitere, & dationē reuocare. Ecce igitur text. manifeſte probantē, quod, licet mero iuris rigore inſpecto Dominium traditione, ob cauſam facta, ante cauſam ſequutam manſerit apud defunctum, & eius heredem, nec ab eo abdicari, abſque eius voluntate, poſſetque heres pœnitere; quia in datione ob cauſam ante cauſam ſequutam licita eſt pœnitentia, *ex leg. ſi pecuniam, ff. de conditione cauſa data*, nihilominus fauore dotis, & ne mulier maneat indotata, adimitur pœnitendi licentia, & contractus remanet irreuocabilis; Igitur in præſenti caſu idem erit. nam etſi donatio ante tempus facta non ſit propria electio, & ſuapte natura ſit reuocabilis, fauore tamen dotis, & ne maritus maneat deceptus, & vxor indotata, efficietur irreuocabilis, compelleturque eligens, vel in ea perſiſtere, tempore mortis, vel illo; tunc habebitur perfecta, *ex d. § primo, in fine, qui ſingularis eſt.*

Confirmatur † amplius; quia 21
poſt matrimonium contractum, cum titulo nominationis, ſeu electionis, iam res non eſt integra, & fieri non poteſt variatio ſine magno tertii præiudicio. Vnde admittenda non eſt, quemadmodum etiam non admittitur in contractibus innominatis, quando res non eſt integra & in tertii præiudicium, *ex dict. leg. ſi pecuniam, & ex §. 1. eiuſdem legis.*

Facit † etiam; quia electio ſepul- 22
turę ſuapte natura reuocabilis eſt; quia eſt vltimę voluntatis actus, & ante mortem ſemper fit ante tempus, vt colligitur ex textu, & ibi auctores, *in capit. primo, de ſepulturis in ſexto*, & notat Seraphini, *tractat. de priuilegiis iuramenti priuilegio. 150.* Gutierrez, *in tract. de iuramento confirmatorio, titulo, de vltimis voluntatibus, capit. octauo, per totum, octauo volumine tractatuum Nouorum*, tamen ſi fiat cum iuramento, efficitur irreuocabilis, ob virtutem iuramenti, & ne peccatum periuris committatur. Vnde nimirum etiam ſi nominatio efficiatur irreuocabilis, ob fauorem dotis, & ne peccatum iniuſtitiæ, & deceptionis cōmittatur.

Nec † obſtat, quod aliqui ibi di- 23
cunt, quod contractus non erat ſuapte natura reuocabilis, in caſu text. *in dict. §. 1.* & fauor dotis nullam cauſauit irreuocabilitatem, ſed ſolam translationem Dominii, in præiudicium heredis, aut ius compellendi eum ad con-

ſentiendum; quia in ſimili caſu contractum eſſe irreuocabilem, Iure Communi dixit Iuriſconſultus, *in l. 2. §. ſi pecuniam, ff. de donationibus*, vbi Iuriſconſ. ait, quod, quando quis donat alicui pecuniam, vt fiat ſua, ſi Titius Conſul factus fuerit, & donans moriatur, antequam Titius Conſul effectus ſit, nihilominus eo poſtea Conſule exiſtenti, pecunia efficitur donatarij, & donatio remanet irreuocabilis. nam omiſſis pluribus ſolutionibus Accurſii, *in dict. §. 1.* communis ſolutio eſt, quam Bartol. tradit *in dict. §. ſi pecuniam*, ſcilicet, quod procedit in donatione conditionali, conditione in nullius fauorem exiſtente, quo caſu non eſt locus pœnitentiæ de iure communi, text. vero, *in d. §. 1.* procedit in contractu facto cum modo, aut conditione reſpiciente alterius fauorem, aut implementum, quo caſu re integra licita eſt pœnitentiæ: ſed hæc ratio nõ omnino videtur concludere. nam videtur, quod nulla ſubſit ratio differentiæ: tum etiam donatio ſumit vires, iure antiquo, a traditione & tranſlatione Dominii, vt colligitur ex textu, *in leg. ſi quis argentum, §. penultimo, ff. de donationibus.* at vero traditio pecuniæ in caſu, *dict. §. ſi pecuniam*, fuit tranſlatum Dominium ante euentum conditionis, vt etiam non fuit tranſlatum in caſu text. *in d. §. 1.* Igitur non debebat eſſe irreuocabilis, prout non fuit in caſu text. *in §. ſequenti poſt dictum. § ſi pecuniam.*

24 Tenendo † tamen reſolutionem Bartol. reſpondendum eſt his obiectionibus, quod *in dict. § ſi pecuniam*, fuit tradita pecunia conditionaliter; & quia pecunia, & eius Dominium vſu conſumuntur, traditio iudicatur perfecta, ac ſi vere Dominium eſſet tranſlatum; quia iudicatur, vt tranſlatum, ex natura ipſius pecuniæ, quæ vſu conſumitur. Et poſt traditionem nihil amplius remanet faciendum. vnde nimirum, ſi donatio ſit perfecta; & adimpleta conditione, pecunia effecta ſit vere donatarii, & irrepetibilis. In caſu vero *§. ſequentis*, pecunia non fuit tradita donatario, ante mortem donantis. Vnde nullatenus potuit traditio eſſe legitima & perfecta; quia non ex voluntate dantis, quę morte finita fuit, & cum donatio perficeretur illo iure, ex traditione a mera voluntate donantis procedente, non potuit illic eſſe perfecta (licet hodie, quia pacto nudo perficitur, perfecta eſſet.)

In caſu † vero, *dict. §. primi*, res data non erat pecunia: ſed alia res, in qua vſus & Dominium diſtinguebantur, & cum Dominium non fuit tranſlatum; non erat traditio perfecta; tum etiam cum illa traditio non ſaperet donationem, ſed contractum innominatum, licet ex parte dantis eſſet proceſſum ad traditionem; poterat illo iure dans, aut eius heres, antequam tertius pro ſua parte conditionem impleret, pœnitere; *ex dicta. leg. ſi ego, & ex dicta. l. ſi pecuniam*, & notat late Antonius Gomez. *in tomo ſecundo, de contractibus, capite. 8. per totum.* & Matienzo, *in l. 1. gloſſ. 2. titu. 16. lib. quinto Recompil.* Et hic eſt vetus intellectus dictorum iurium, & reſolutio totius materiæ. 25

Nec obſtat text. *in d. §. a filia*: nam nõ extenditur ad caſum dotis, vt fauorabilem, ex notatis *in l. 1. ff. ſoluto matrimon.* 26

Imo amplius † poſſit attentari, *ex d. §. 1.* quod ſi electio facta eſſet ex cauſa futuri matrimonii, cum incerta perſona non poſſet reuocari; quia adhuc militat dotis fauor, vt in illo tex. in quo ita fuit traditio facta. Sed hoc non firmo. nam cõtrarium in terminis, *d. l. 17.* tenet Angelus, *in tract. melior. l. 6. gloſ. 8. & ex tex. in d. §. 1.* loquitur, quando res fuit data futuro marito, ob cauſam futuri matrimonii, imo ibi in principio ante nuptias ſequutas permittit ipſi dãti reuocare traditionem, licet ipſius heredi nõ permittat. Quare a vulgatis traditionibus recedendum non eſt, quas confirmat *d. l. 17. quæ eſt l. 1. tit. 6. lib. quinto, Recompil.* ibi, *con otro tercero*, & cum Tello, Moli. Pelaez de Mieres, Gomez. Velazquez, de Auen. & aliis, communem dicit opinionem, ſcilicet, quod electio debet fieri ob præſens matrimoniũ, & cum tertio Acebed. *in d. l. 1. num. 40.* 27

Re-

28 Remanet igitur † ex his, quod dicta extenſio Velaſci Luſitani, quam etiam tenuit *deciſio Luſitana 116.* vera non eſt, nec ſequenda in iudicando & conſulendo. Et ego intrepide contra eam iudicarem, & electionem haberem perfectam tempore habili, niſi tunc iam perſona electa mortua eſſet.

29 Sed vt nihil † ad propoſitum in tactum relinquatur, aduertendum etiam eſt, quod, quando commiſſio nominandi datur hoc modo, vt nominans poſſit nominare, tam in vita, quam in morte, quod tunc idem eſt, ac ſi ſimpliciter nominatio commiſſa eſſet, etſi per contractum nominans variare poſſet, ſi per vltimam voluntatem, non niſi nominatio fiat in teſtamento. Et ita in terminis notauit Molin. *vbi ſup. num. 35.* quem ſequitur Alua. Velaſcus, *dict. conſultat. 12. num. 29.*

30 Qui † omnes iudicant diſtinctionem ſupradictam communem eſſe, quã cum Peralta Gregor. Lop. & aliis, communem eſſe dixit Caldaſ. *in d. tract. de nominat. q. 10. à num. 83.* ſed eam iam ſupra in puncto iuris conſutauimus, licet in praxi durum eſſet recedere à communi reſolutione, à qua tamen recedendum eſſet, ſi nominatio non eſſet ſimpliciter facta, ſed per viam contractus irreuocabilis, tradendo ſcripturam aut poſſeſſionem, & promittendo non reuocare, aut alias iurando, vel ex cauſa oneroſa permittendo, & erit maximi effectus, ad contractus Emphyteoticos, in quibus communiter datur poteſtas nominandi tertiam perſonam, tam in vita, quam in morte: nam ſi pater nominet in vita, per viam contractus irreuocabilis, & nominatus moriatur ante patrem, non poterit vlterius nominare, & Emphyteoſis finitur mortuo patre. Nam cum nominatio fuerit legitima, nõ eſt locus vlterius nominandi, quod eſt ſingulare. Si eſt verum.

31 Sed nihilominus † contrariũ tenendum eſt ex eo; quia Emphyteoſis fere ſemper conceditur pro tribus perſonis, vna poſt aliam, ita quod omnes debent ſuo tempore gaudere fructibus Emphyteoſis, ſic intelligitur eſſe de iure, quando Emphyteoſis conceditur pro patre & filio, vt notatur per gloſſam & Auctores, *in l. Gallus. §. 1. ff. de liber. & poſthum.* Et in materia Emphyteoſis cum pluribus communem dicit Bellaeomba. Imo Franciſcus Viuius, *lib. 4. commun. opinio. tit. 44. num. 194.* Vnde mortuo nominato in vita poſſeſſoris nominantis, nõ remanet extincta Emphyteoſis; quia deficit alia perſona, quæ ea frui debet: imo nominatio efficitur caduca inutilis, & ac ſi nunquam facta eſſet, quemadmodum & donatio mortuo donatore, in vita donantis, *ex l. vnica, §. pro ſecundo, C. de caduc. tollend. & ex §. 1. inſtit. quib. modis teſtamenta infirmentur, & ex l. non putauit, §. à primo ff. de bonorum poſſeſſione contra tabulas*, notat in terminis donationis, cum Pariſ. Alexand & aliis Roland. à Valle, *conſ. 8. num. 43. lib. 3.* Bellac. *lib. 6. commun. opinionum, tit. 46. num. 2.* & in nominato ad maioratum per contractum inter viuos irreuocabilem, mortuo in vita poſſeſſoris, quod poſſit ipſe iterum nominare, notat contra Greg. Pelaez de Mier. *in tract. de maiora. p. 1. quæſt. 18. & q. 15. in fin.* Et confirmatur; quia electio non conſumitur in primo actu, quando non fuit ſortitus effectum, *ex c. ſi electio, & c. ſi Compromiſſarius, de electio. in 6.* notat laro ſermone Tiraq. *in d. §. hoc ſermone, limi. 6. & 7.* & Pela. *vbi ſup.* Et licet de rigore iuris contrarium videtur dicendum, vt idem Tiraquel. aduertit, tamen ex æquitate & mente partium conſiderata, vera eſt hæc reſolutio, quam eleganter probat Iuriſconſ. *in l. hæc conditio filia mea in fin. ff. de conditio. & demonſtratio.* Et ſic concludo, quod pater poteſt iterum alium filium nominare, & quod Emphyteoſis non erit finita, maxime; quia, quando Emphyteoſis conceditur cum pacto, vt poſt vnum ſuccedat alius, etiamſi vnus moriatur, ſuccedat alius, qui remanet, vt cum Mandoſio & aliis notat Aurelius Corbulus, *in tract. de cauſis ex quibus amittitur Emphyteoſis, titul. de cauſa priuationis, ob lineam finitam, numero 90.*

Aduerto † etiam, quod, licet dictus 32

Aluarus Velaſcus reprehendat Molinam, in eo, quod dixit, quod idem eſt committere nominationem in vita, & in morte, & cõmittere ſimplieiter, putans caſum mixtum plus operari, quam ſimplicem: ego tamen in re nullam inuenio differentiam: nam ſi ſemper nominãs poteſt nominare, ſemper electio fit tempore habili, & eſt pura & perfecta electio. Vnde eligens ſiue nominans eligendo cõſumpſit ius eligendi, & non poteſt iterum nominare, *ex d. l. apud Aufidium, & ex d. §. hoc ſermone*: aduerto, quando electio committitur in morte, & fit ante tempus, non eſt pura & perfecta electio, nec omnino valida, & ſic eligens non conſumpſit ius eligendi, quod adhuc non habebat, & poteſt iterum eligere, tempore habili, & inter perſonas habiles, & ſic procedit text. *in dict. §. à filia*. Nec obſtat, quod electio ſola de ſe eſt variabilis, quando ſortitur effectum poſt mortem nominantis, *ex d. l. aſſignare, & l. 1. §. aſſignare*, niſi fiat per contrarium irreuocabilem, & non conſumpſit ius eligendi, qui poterat eligere tempore mortis: nam reſpondetur, quod, quando electio fit tempore habili, & in quo poteſt fieri ex commiſſione data, ſtatim ſortitur effectum, & nõ eſt reuocabilis, etiamſi ſit pura electio, abſque mixtione alicuius contractus, *ex d. l. ſerui electione, & l. apud Aufidium*; ac proinde quamuis commiſſio extendatur ad vitam & ad mortem, ſemper fit tempore habili, & ſecundum commiſſionẽ, ſiue fiat in vita, ſiue in morte. Vnde, niſi fiat in teſtamento, quod ſuapte natura eſt reuocabile, ſtatim ſortitur effectum, & reuocari non poteſt, & ſic defendit Mol. ab impugnatione doctiſſimi Luſitani.

33 Aduerto † etiam, quod, quamuis Molina, *in nu. 33. & 34. vbi ſupra*, dicat, quod adhoc, vt electio facta in vita ſit reuocabilis, requiritur, quod Teſtator expreſſe det grauato commiſſionem eligẽdi ſolum tempore mortis, id tamen verum non eſt, nec tale ſenſit Iuriſcon. *in §. à filia, nec in d. l. vnum ex familia*, nec doctores, qui dicta iura commentantur, ſufficit enim quod tacite id colligatur, ex verbo Teſtatoris, qui iuſſit, vt bona reſtituat grauatus poſt mortem ſuam illi vel illis, quos elegerit ex filiis, aut cognatis, ex hoc enim datur intelligi, q. debet eligere tempore mortis, ex illis, qui tunc erunt, & quibus reſtitutionem debebat facere; ſcilicet illis, qui tempore diei euenientis, ſunt in rerum natura: qualitas enim adiuncta verbo, vt dictum eſt, debet intelligi, ſecundũ tempus verbi, & ſic intelliguntur iura ſupra citata.

Infertur † tertio, quod; quia dicta no- 34
minatio, nec eſt legatũ, nec Fideicommiſſum, nec donatio, nec cõtractus, ſed quidam actus extraiudicialis: & declaratio voluntatis, quod poteſt probari duobus teſtibus, ita dixit Paul. Caſtrenſ. *in d. l. vnum ex familia*, ſequitur Antonius de Gamma, *in deciſione Luſitana, 287.* qui dicit, quod teſtes debent eſſe omni exceptione maiores, & deponere de libera & deliberata volũtate, argumento tex. *in l. Pamphilo. §. propoſitum, ff. de legat. 3.* Nec ſufficeret dicere, ſe nominaturum, *ex l. fin. ff. de teſtamen.* & notat Gamma, *vbi ſupra*, imo, vt dictum eſt, multi aſſerebant, de quibus per Gammam, *in d. deciſ. 173.* quod, etiamſi fieret in teſtamẽto, poterat probari duobus teſtibus; quia erat contractus, ſiue actus quidam extraiudicialis, qui factus in teſtamento, non mutat ſuam naturam: nam contractus poteſt fieri in teſtamẽto, & ſemper erit contractus, & manebit in forma contractus, & non poterit reuocari, *ex gloſſ. in dict. l. heredes Palam, §. fin. ff. de teſtament.* quam omnes ibi ſequuntur, ſequitur Iaſ. Corneus, & omnes, *in l. cum antiquitas, C. de teſtamentis*, late Tiraq. *de retractu, lib. 1. §. 32. gloſſ. vnica, nu. 34.* Peralt. *in l. Lucius. 1. num. 12. ff. de leg. 2.* Manrica, *de coniecturis vltimar. volunt. lib. 8. titul. 1. à num. 35.* Ioſephus Ludouicus, *in communibus, tit. de teſtamentis, concl. 4.* Spino, *in tractatu de teſtament. gloſſ. Rubr. part. 1. num. 10.*

Hoc tamen † verum non eſt, niſi con- 35
ſtet, quod electio facta in teſtamento, ſit facta in forma contractus irreuocabilis, & qui aperte ſit acceptatus, in dubio

non

non præſumatur vltima voluntas; & poteſt reuocari; quia fit in teſtamento, & ita procedunt, quæ ſupradicti dicunt, & notat Mantica, *vbi ſupra*.

36 Et quod † Electio poſſit probari duobus teſtibus, confirmatur amplius; quia electio & nominatio, vt dictum eſt, eſt quædam declaratio voluntatis, quæ poteſt probari duobus teſtibus, vt per gloſ. & Bart. *in d. l. heredes palam*, & eſt cõmunis contra Decium, vt per Manticã, *in d. tract. tit. 15. num. 9. lib. 8.* & per Maſcard. *in tractat. de probation. p. 1. concluſio. 485.* idem Mantica, *lib. 12. tit. 16. à num. 2.* & remiſſiue Burg. de Paz, *in l. 3. Tauri p. 1. concluſ. 4. num. 204.* Et Ioſeph. Ludouicus, *vbi ſupra*.

37 Secundo † præmitto, quod de ſingularitate teſtium tractarunt, quam plurimi in locis ordinariis, & extraordinariis, de quibus & de ſingularitate teſtiũ, latiſſime per Caccialupum, *in Repetitione l. admonendi, ff. de iureiurando, quæſt. 8.* Crotus, *in tractatu de teſtibus, à numer. 130. cum ſequentib.* latiſſime, & melius quam alibi Ioannes Maria de Monticello, *in ſuo ſingulari repertorio de teſtibus litera. T. verſic. impugnatio teſtis*; quia ſingularis, cum omnibus verſiculis ſequentibus, Anton. de Prato, *in conſil. 136. num. 45. 1. tom. diuerſorum criminalium*, Zileti Plotus, *conſil. 168. num 58. eo tom.* Rolan. de Curte, *conſi. 123. num. 14. eo tom.* Ioan. Botta, *conſil. 2. num 24. & conſil. 1. à num. 52. & conſ. 32.* & Caualcan. *deciſ. 19. numer. 23. p. 1.* Ioſeph. Ludo. *deciſ. 9. à num. 5. tom. 2. deciſionum diuerſarum & libr. 2.* latiſſime in materiis ciuilibus & criminalibus. Hypolit. Rominal. Iunio *conſil. 7. libr. 1. per totum.* Maſcard. *de probat. part. 3. concluſ. 1199. à num. 24.* Mantica, *vbi ſupra*, Crauett. *conſil. 73. num. 33.* & in aliis conſiliis à ſupradictis citatis, & Paul. Caſtrenſis, etiam in aliis & eleganter in materia hæreſis, Maſcard. *conſil. 806.* Iulius Clarus, *in ſua praxi. quæſt. 53. num. 18. Simancas de Catholicis inſtitutionibus, cap. 64. à num. 61.* Rojas, *de hæreticis, aſſertione 6.* Cantera, *in ſuis quæſtionibus criminalibus, capit. 2. de probatione per teſtes à num. 7.* Couarr. *libr. 3. variar. capit. 3. num. 4.* Menochius, *conſil. 82. à num. 162. & 130. libr. 1. & de arbitrariis iudicum, lib. 2. caſu. 90.* & alii infiniti. Hii omnes inter ſe, & cum aliis admodum variant de probatione teſtium ſingularium, vt ſi eorum diſtinctiones, & contrarietates legeris, confuſus & dubius remanebis. Quare decreui pro elucidatione materiæ tam neceſſariæ, & noſtræ quæſtionis, ſequentes elicere concluſiones.

Prima concluſio. Triplex † eſt ſingu- 38
laritas, obſtatiua, diuerſificatiua, adminiculatiua. Obſtatiua, quando vnus teſtis narrat idem factum vno modo, & vno loco, alius idem etiam alio, & diuerſo modo, vel alio & diuerſo tempore, aut vnus negat, alius affirmat, vt ſi vnus dicat: Petrum occidiſſe hominem, hoc loco & tempore, alius, alio loco & tempore, & cum haſta, vel vnus, quod habeat talem veſtitum, alius, alium, & ſic de ſingulis. hii enim teſtes, nõ modo ſunt ſingulares, ſed vnus contradicit alii, diuerſificatiua, quando factum eſt reiterabile de quo quæritur, & vnus dicit de vno, alius de alio, & vnus dicit Petrum mutuaſſe decem Ioanni hodie, alius dicit mutuaſſe decẽ heri, quæ poſſunt intelligi diuerſa decem, vel vnus dicit Titium habuiſſe rem cõpertam hodie, & alius heri, qui poſſunt intelligi de diuerſis actibus, adminiculatiua, quando tractatur de probando quid in genere, puta, poſſeſſionem, Dominiũ, aut Iuriſdictionem, & vnus dicit vidiſſe actorem colligere fructus, alius ingredi rẽ, & in ea manere, alius eã locare, omnes hii concludũt in genere actorẽ poſſidere, & vnus adminiculatur alteri per diuerſa media.

Secunda concluſio. Teſtes † ſingula 39
res, ſingularitate obſtatiua nullã fidem faciunt, nec Iudex poteſt adhibere, vt in exemplo Suſannæ legitur, de quo per gl. magnam, *in l. ob carmen. ff. de teſtibus*, & communiter omnes, *vbi ſupra*.

Tertia concluſio. Teſtes † ſingulares, 40
ſingularitate diuerſificatiua, etiãſi ſint mille, faciunt ſolum ſemiplenam probationem, ſicut vnus, ex Bald. Salycet. & aliis, *in l. iuriſiurandi, C. de teſtibus*, Caccialupus, & alii, *vbi ſupra*, verius tamen

videtur, quod etſi non faciunt plenam probationem, faciunt tamen pluſquam ſemiplenam, vt ſupradicti dicunt.

41 Quarta concluſio. Iudex vel † ob paruitatem cauſæ, vel ex natura negotii, vel motus, & perſuaſus ex aliis circumſtantiis inciuilibus poteſt adhibere fidem hiis teſtibus ſingularibus, ex Paul. *in l. Lucius, ff. de his qui notantur infamia in criminalibus*, vel poteſt adhibere torturam magnam, vſque ad duas, vel tres vices, vel poteſt Reum punire pœna arbitraria graui, ex ſupradictis, qui in hoc concordant.

42 Quinta concluſio. Teſtes † ſingulares, ſingularitate adminiculatiua, quando agitur de probando integrale, ſcilicet, aliquid compoſitũ ex diuerſis partibus, vtputa, poſſeſſioné, quæ naſcitur & acquiritur ex vno & diuerſis actibus; Dominium, Iuriſdictionem, & ſimilia, quæ ſub ſe includunt plures actus, plura indiuidua, plures ſpecies, faciunt plenam fidem, *ex d. gl. magnã, & ex gloſ in c. nihilominus, 9. q. 3.* Et hanc cõcluſionem communem dixere Maſc. Rimin. & omnes indifferenter, *vbi ſupra.*

43 Sexta concluſio. Teſtes † ſingulares ſingularitate adminiculatiua, quando agitur de probãdo officio, ſtatu, & qualitate perſonæ, quæ omnia includũt ſub ſe plures actus particulares, & conficiuntur ex diuerſis actibus, & ſunt, ſicut quodlibet integrale, faciunt plenam fidem, vt ſi agatur de probãdo, quod quis eſt mercator, aut campſor publicus, probatur, ſi vnus dicat, quod videat eũ mercari, vno die, alius, alio, alius, quod habebat pergulani, alius quod habet menſam publicã, alius, quod eſt expoſitus cambiis, aut quod habet officium dandi ad vſuras, quod eſt eſſe publicum vſurariũ, vt per Couarr. *vbi ſup.* aut quod eſt leno, luſor publicus, cõcubinarius publicus, infamis, inhoneſtæ vitæ, aut quod eſt prędicator, dogmatizator, Hęreſiarcha famoſus, publicus & manifeſtus latro, & ſic de ſingulis, vt per Crauettam, Hyppol. & alios, *vbi ſupra.*

44 Septima concluſio. Teſtes † ſingulares deponentes de diuerſis propoſitionibus hæreticis, aut de diuerſis contractibus vſurariis, aut de diuerſis actibus fornicationis, vel adulteriis, aut de diuerſis periuriis, vel de diuerſis actibus alicuius delicti, vel facti reiterabilis, & ſi ex eis videatur concludi aliquod delictum in genere, dummodo ex eis nõ inferatur officium, ſtatus, habitus, & qualitas hominis, vtputa, quod quis ſit talis, qualis in præcedenti concluſione dictũ eſt, ſed ſolum feciſſe duo, aut tria, vel plura delicta, non faciunt plenam & integram probationem, ſed ſolum ex eorũ dictis, poteſt Reus torqueri, vel condemnari in aliqua pœna arbitraria. Et ita practicatur coram Inquiſitoribus hæreticæ prauitatis, vt per Simancas, Rojas, & Hyppoli. *vbi ſup.* licet contrarium obſtinate defenderit & dicat ſic iudicatum Hyppol. Rimin. *vbi ſup.* & contrarium docuerint Crauetta, & alii infiniti, *vbi ſup.* quorum opinio, vel manifeſte falſa eſt, & quæ ſi vera eſſet, deſtrueret omnia, quæ notantur de ſingularitate teſtium, vel in intelligibile facit illud, quod appellat probari aliquem eſſe talem in genere: nam ſi vocas genus, vt dialectici, quod prædicatur de pluribus differentibus ſpecie, eſt ens rationis primæ intentionis, quod deducitur ab ipſis indiuiduis, & ſic præſupponit ſubſtantiam indiuiduam in hoc; aut accidens ſingulare in re, quod ad hoc, vt conſtet, debet probari duobus teſtibus conformibus, & ſic petimus principium. Si vero vocas genus, aliquid cõfuſum, quod elicitur ex ſingularibus, nihil eſt. Si vero vocas integrale, integrale nullum poteſt conſiderari, quod non includat ſub ſe plures partes, & delicta particularia, niſi ex eis inferatur qualitas, aut officium & habitus, non faciunt integrale, nec ipſa ſunt quid integrale, non enim ex eo, quod quis luſerit vna, vel duabus vicibus, eſt luſor, niſi frequenter & publice id faciat, nec ex eo, quod quis fecerit duos contractus, aut tres vſurarios, eſt vſurarius publicus, niſi frequenter & publice faciat, nec quis eſt leno; quia vna vel duab. vicibus commiſerit lenocinium, nec concubinarius

cubinarius publicus; quia vna, vel duabus Vicibus habuerit rem cum aliqua, nec dogmatica tor; quia duas ꝓpoſitiones falſas affirmauerit, forſitan ſecrete, licet ſit hereticus, ſolum de his poteſt affirmari, quod commiſerint duo, vel plura delicta, quæ debent bene probari, quodlibet duobus teſtibus: nã ſi teſtibus ſingularibus nullum eſt probatum; quia de quolibet ſolus vnus eſt teſtis, qui non facit plenam probationem, *ex d. l. iuriſiurandi.*

45 Ex quo † conſtat male dixiſſe Simancas, quem reprehendit Rojas, *vbi ſupra,* ſcilicet, quod ſi duo teſtes ſingulares tẽpore & loco deponãt de vna falſa propoſitione, fit plena probatio, hoc enim repugnat opinioni eiuſdem, nam illi teſtes nihil in genere inferunt, ſed ſolum loquuntur de duobus actibus diuerſis, in quibus cum ſint ſingulares, ſunt in totum ſingulares.

46 Infertur † ſecundo. Male dixiſſe Paul. Ctauettam, & infinitos eius aſſeclas, de quibus ſupra, ſcilicet, confeſſionem debiti probari duobus teſtibus ſingularibus deponentibus de diuerſis confeſſionibus; quia concludunt confeſſum in genere, eſt enim hoc falſum, nam ſolum concludunt duos actus confeſſionis admodum diuerſos, & cũ in quolibet ſint ſingulares, ſunt ac ſi eſſet vnus de confeſſione, etſi eſſet verum, quod Paul. & alii dicunt, deſtrueretur celebris doctrina Bartol. & aliorum, *in dict. l. admonendi,* concludentium confeſſionem extraiudicialem factam in præſentia partis debere probari duobus teſtibus conformibus, adhoc, vt faciat plenam probationem, & confeſſionem factam abſente parte, probatam duobus conteſtibus facere ſemiplenam, hæ enim doctrinæ de nihilo ſeruirent, ſi teſtibus ſingularibus hæ confeſſiones probarentur.

47 Poſſet † tũ Iudex, ſi teſtes eſſent plures & optimæ opiniones, & deponerent de pluribus, & multiplicatis confeſſionibus, quæ quaſi deducerent rem ad manifeſtum & notorium, vel attentis aliis circũſtantiis, adhibere fidẽ his teſtibus ſingularib. & probatũ negotiũ iudicare.

Octaua concluſio. Iudex † poteſt adhibere fidem teſtibus ſingularibus in cauſa criminali, nõ ad effectum puniendi, ſed vel ad effectum inquirendi, capiendi & torquendi, vel ad probandum aliquem articulum incidentem, ſcilicet, ad repellendũ teſtes, vel inhabilitatem perſonæ, ex Iulio Claro, *vbi ſupra.* 48

His præmiſſis † ad queſtionẽ deueniendo dico, quod in terminis Guid. Pap. *q. 544.* dicit, quod ad probandum electionem ſepulturæ ſufficiunt teſtes ſingulares, & eum ſequitur Roland. *conſil. 81. num. 44. libr. 2.* Hyppol. Rimin. Iun. *dict. conſ. 7. nu. 64.* vbi allegat Crauett. & alios, Maſcard. *in d. 2. p. lib. 3. concluſ. 1190. nu. 24.* idem Maſcard. *concluſione, 1298.* Gutierr. de Placentia, *in tract. de iuram. confirm. p. 2. c. 4. in fin. tom. 8. tractatuum Nouorum.* 49

Sed quia † hæc doctrina ad propoſitum ſimpliciter intellecta, ſuſpecta eſt, aduerto pro eius intellectu, ꝙ voluntas dupliciter poteſt conſiderari, vel in habitu, ſcilicet, quando quis habet voluntatẽ ſemper tale quid faciẽdi ſiue cogitet, ſiue non cogitet de actu, ita ꝙ, quando cogitat de actu faciliter, & ſine difficultate & anguſtia exit in actum volendi, & ſic intelligimus, quando dicimus: Petrus habet voluntatem emere talem rem, eo; quia iã eſt determinatus & deliberata voluntas, & dicimus: eum velle, etiamſi dormiat, & concipimus eũ habere de certo talem voluntatẽ; quia pluries eã manifeſtauit. Itaq; ex multis retroactis non dubitamus de eius voluntate, & quando loquitur de re ſemper faciliter, declarat ſuam voluntatem, & hoc eſt, habere voluntatem in habitu, vel in actu elicito, ſcilicet; quia vna ſola Vice, aut duab. declarauit ſuam voluntatẽ, vel quia habet actum expreſſum, & ſpecificum volendi tale, vel tale. 50

Igitur voluntas † in habitu eſt quędam qualitas in anima conſiſtens, ꝗ conficitur ex diuerſis actibus, ex quibus generatur habitus, & eſt velut quid integrale. Vnde nimirum, ſi probetur teſtibus ſingularibus deponentibus, de diuerſis actibus, ex quibus conficitur habitus, vt dictum eſt. 51

Z 3 Actus

52 Actus vero † ſingularis voluntatis, eſt quoddam particulare, indiuiduum, vnde licet poſſit reiterari, non dicitur probatus ille actus, cum hic, & nunc, niſi probetur duobus teſtibus conteſtibus, *vt dictum eſt*.

53 Ad propoſitum † deſcendendo, nominatio aut electio dupliciter poteſt conſiderari, vel prout includit voluntatem ſimpliciter, & tunc teſtibus ſingularibus probatur; quia ex eis concluditur habitus voluntatis, hoc eſt, certum velle, *ex ſupradictis*. Et ità cōcludit Caccialupus, *vbi ſup*. qui dicit, quod aditio hereditatis ꝓbatur teſtibus ſingularibus, & hoc ideo; quia aditio nihil aliud importat, niſi nutum conſenſum & voluntatem, ſine reſtrictione ad certum actum, vel prout includit actum ſpecificum declarandi voluntatem per electionem vel nominationem; & tunc non probatur teſtibus ſingularibus; quia agitur de probando certo actu.

54 Sed nihilominus † in omni nominatione & electione, niſi conditionaliter præferatur, concludendum eſt, agi de ſolo nudo conſenſu, & voluntate, quæ ſignis, & nutu, & quibuslibet verbis & factis poteſt declarari, vt late reſoluit & fundat Caldaſ. *in d. tract. de nominatione, quæſt. 1. à num. 8. 12. 20. & 22. cum ſequentibus*. Et ſic teſtibus ſingularibus poteſt probare, vt bene in electione ſepulturæ, tenent doctores ſupra citati, & Guido Papæ dicit ſic ſemper iudicatum. Et hanc opinionem ſequitur in hac quæſtione, quam nota; quia pluria ſingularia in ea videbis, à nemine vnquam animaduerſa, nec excogitata.

55 Finem faciam, † ſi dixero ad præcedentia, declarationem voluntatis, aut eius reuocationē duobus teſtibus probari, vt probatur, *in l. 2. num. 39. ff. de vulgar.* & eſt communis contra Decium, vt per Manticam, *in d. tract. libr. 5. titul. 15. num. 9. & libr. 12. titul. 18 à num. 2.* gloſſ. & Bart *in l. heredes palam, ff. de heredibus instituendis*, Maſcard. late, *in dict. tractatu concluſione 485. part. 1* & remiſſiue Burgos de Paz *in l. tertia Tauri, parte 1. concluſione 4. num. 804.*

Imo idem † Caldaſ. *in d. tractatu de nominatione, quæſt. 1. nu. 45.* affirmat, quod ſi Teſtator coram duobus teſtibus affirmaret ex filiis nullum nominaui vnquam ad Emphyteoſin, vel Maioratum, intelligitur reuocata nominatio antea facta, *ex l. verba, C. de teſtam.* Sed hoc intellige, quando conſtat, aut coniecturis probatur, quod dixit ex propoſito animo reuocandi nominationem antea factā, alias in dubio conſtando de nominatione facta, præſumitur error, & obliuio teſtantis, & illa verba non officiunt veritati, nec nominationi antea factæ, ſi de ea conſtat, & ita probat tex. expreſſus, *in d. l. verba*, & cōcludunt Salyc. Corneus, Iaſ. & alii ibi, licet gloſſ. ibi, in actu reuocabili per doli exceptionē voluerit intelligi reuocationem, & ſic facit per Caldaſ. & allegat. *l. 1. C. de falſa cauſa adiecta legato*, ſequitur Bald. ibi, ſed ego ponderando verba tex. ſemper puto perſiſtendum in priori diſtinctione; quia text. non diſtinguit; igitur nec nos diſtinguere debemus. Nec obſtat *dict. l. 1.* quia procedit, quando per viam legati Teſtator iuſſit à Petro non peti; quia illi ſoluerat, nec ſolum ſtetit verbis enuntiatiuis cōtentus, vt in præſenti caſu, & procedit etiam fauore liberationis, vt gloſſ. magna ibi fatetur: tandem viſis verbis dictæ legis, nullatenus mihi perſuadere poſſum, quod ex illis verbis nullum nominaui, intelligatur reuocatio nominationis factę; quia non ad hoc verba tendunt. Et ex his finitur hæc quæſtio. 56

QVÆSTIO XXIII.

VTrum ex curſu longi temporis præſumatur titulus, aut ſolemnitas in titulo, vel in actu requiſito.

SVMMARIA.

1 *Titulus & ſolemnitas an præſumatur ex diuturnitate temporis, plures tractarunt, quos Auctor recenſet nu. 2.*

3 Tem-

3 *Tempus an inducat obligationem, vide plurium declarationem, nu. 4. & 5. & 6. vbi declaratur,* l. ſi. C. ad l. Falci. *& num. 7.*

8 Intellectus ad l. 1. C. de Fideicom.

11 Intellectus ad Authenticam, ſed cũ Teſtator.

12 *Titulus an præſumatur ex longa ſolutione: & n. 13. declaratur,* l. cum de in rẽ verſo, de vſuris, *& n. 14. vbi declarantur alia iura.*

15 *Declaratur,* l. 2. C. de dotis promiſſione.

16 *Titulus cenſus an præſumatur ex longa ſolutione. & num. 17. 18. 19. 20. vbi declaratur & limitatur, & 21.*

21 Intellectus ad l. 8. titul. 15. libr. 4. Recomp. *& n. 22. 23. & an præſumatur contra Eccleſiam, & contra Vaſſallum, vide, 16. & 24.*

25 *Titulus cenſus redimibilis, an præſumatur ex longa ſolutione?*

26 *Emphyteoſis an præſumatur, num. 27. & 28.*

29 *Titulus an præſumatur, quando ius reſiſtit, & contra minorem pupillum, Vaſſallum, n. 30. 31. & 32.*

33 *Titulus penſionis an præſumatur, n. 34. 35. 36. 37. 38. & 39. & declaratur,* de Reformatione, Seſſi. 24. c. 13. in Concil. Trident.

40 *Titulus an præſumatur ex patientia decennali in his, quæ ſunt partis præiudicii, & declarantur plura iura, & n. 41. an præſumantur additio iuris, emancipatio, nu. 42. 43. 44. & 47.*

44 *Diuiſio an præſumatur ex curſu decennali.*

45 *Licentia Domini an præſumatur?*

46 *Seruitus an præſumatur.*

48 *Domicilium an præſumatur.*

49 *Vnio an præſumatur? & nu. 50.*

51 *Diſpenſatio an præſumatur, nu. 52. 53. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61.*

63 Intellectus ad regulam de triennali poſſeſſ. *nu. 64.*

65 *Profeſſio an præſumatur, nu. 66. 67. & declaratur tex.* in c. 17. Concil. Triden. *& nu. 68. 69. 70.*

71 *Matrimonium an præſumatur, num. 72. 73. & 74.*

75 *Clericatus an præſumatur, 76. 77.*

78 *Titulus Doctoratus, Licentiatura, aut alterius gradus, an præſumatur, & an teneatur exhibere titulum, & quãdo poſſit puniri, nominans ſe talem, cum non ſit, nu. 79. 80. 81. 82. 83. 84.*

85 *Notariatus an præſumatur, num. 86. 87. 88.*

88 *Nobilitas an præſumatur.*

89 *Titulus in re graui non præſumitur ex decennali*

90 *Donatio an præſumatur, & remiſſio debiti, nu. 91.*

92 *Titulus beneficii an præſumatur, numero 93.*

94 *Titulus & ſolemnitas an præſumatur in rebus minorum Eccleſiæ, & aliorum, num. 95.*

96 *Mandatum an præſumatur, numero 97.*

QVÆSTIO hæc † admodum vtilis eſt: & in variis locis tractata, ſed ita confuſe, & cũ tantis ambagibus, vt vix intelligas quid tenendum ſit, & ſi abſolute illationibus Doctorum credas, pene totam iuris peritiam deſtruas. Ideo non abs re mihi viſum fuit, quæ ſparſa ſunt, in vnum colligere, & quid tenendum ſit: diſtinctis concluſionibus manifeſtare, vt nulli, nec in iudicando nec conſulendo aut legendo, vllus paralogizandi, aut hæſitandi locus relinquatur. 1

Et in primis pro maiori dilucidatione quæſtionis † præmitto, quod eam tractarunt ex propoſito, Bartol. Baldus, Salye. Florianus, & omnes, *in l. cum de in rem verſo ff de vſuris*, Abbas, Ancharan. Butrio, & Canoniſtæ, *in capit. peruenit, de emption. & venditione, & in capit. peruenit, de Cenſibus, & in capit. querela, de electione,* Iaſ. Curr. & Alciat. Riminald. & omnes ſcribentes, *in l. ſciendum, ff. de verborum obligationib.* lariſſime Tiraquel. *in tractat. de præſcription. §. 1. à numer. 13. cum ſequentibus,* Felyn. *in capit. ſicut, à nume. 29. de re iudicat.* & Antonius Gabriel, *in ſuis communibus reſolutionibus, libr. 1. tit. de præſumption. conclu. 1 per totam,* Caſſaneus. *in con-* 2

ſuetudini. Burgund. titul. deſcenſes: Rubric.
11. §. 2. à num. 3. cum ſequentibus, Menoch.
latiſſime & eleganter, *in tractatu de præ-*
ſumptionibus, part. 1. lib. 3. cap. 131. & 132. per
totum. Maſcard. *in ſuo perutili de probatio-*
nibus, tract. part. 3. concluſ. 1362. & concluſio-
ne 1317. Balbus late, *in ſuo tract. de præſcrip.*
2. part. q. 10. Aym. Crauet. *in tractat. de an-*
tiq. temp. 2. par. cap. 1. 2. & 3. Et hi omnes al-
legant plures alios, de quibus in diſcur-
ſu quæſtionis, & ex eorum dictis, & vero
& ſano intellectu quæſtionis, eliciuntur
ſequentes concluſiones.

Prima concluſio. Tempus † ſuapte
3 natura non inducit, nec tollit obligati-
onem: nec ſi inualida eſt, eam confir-
mat, *ex l. obligationum, fere. §. placet, ſe-*
cundum communem intellectum, ff. de actio-
nibus, & obligationibus, & ita eſt intelli-
gendus text. *in l. creditor, C. de vſuris*, vbi
probatur, quod eſt, ſi debitor per mul-
tum tempus vſuras ſoluerit, non ideo
tenetur eas in futurum ſoluere; quia
tempus ſolum non inducit obligatio-
nem, & ibi petens in ſolo tempore ſe
fundabat, idem etiam probat text. *in l. o-*
peris, ff. de operis libertorum, vbi operæ non
debentur à liberto ex eo ſolo, quod ali-
quando præſtitæ ſint, & de non confir-
mando titulo inualido, id probat textus
expreſſus, *in d. l. ſi certis annis*, vbi conſta-
bat, quod aliquid erat promiſſum pacto
nudo, & quod erat aliquibus & certis
annis ſolutum, & nihilominus, illo tem-
pore non debebatur in futurum; quia
pactum nudum erat inefficax, & non
producebat actionem, & cum eſſet in-
efficax, tempore non confirmabatur.
Et licet Doctores, de quibus per Me-
nochium, *vbi ſupra*, ſe nimis torqueant
in intellectu illius textus putantes, eius
deciſionem contra iuris reſolutionem,
de qua per Auctores, *in l. legem, quam di-*
xiſti, & in l. ſi pacto, quo pœnam, C. de pactis,
ſcilicet, quod pactum nudum gemina-
tam producit actionem, ex dictis iuri-
bus, & quod ſolutio longæua habet vim
geminationis, aut conſenſus geminati,
nihilominus ipſe cum Curtio Iuniore
& aliis, duobus modis reſpondet.

Primo, quod ſolutiones geminatæ
nihil aliud ſunt, niſi curſus temporis,
& tempus, *vt dictum eſt*, non eſt mo-
dus tollendæ, vel inducendæ obliga-
tionis.

Secundo † reſpõdetur, quod ſoluens 4
virtute obligationis inualidæ, nihil a-
liud intendit, quam ſe liberare ab obli-
gatione, reſpectu annorum, pro quibus
ſoluit, & non ſe obligare in futurum
magis, quam obligatus ſit, & ſic con-
ſenſus, qui oritur ex dicta longa ſolu-
tione, eſt limitatus, reſpectu actus præ-
ſentis: ac perinde nec eſt noua ob-
ligatio, nec nouus conſenſus confir-
mans obligationem in futurum, nec
geminatus conſenſus obligationis in-
diſtinctus ad præſens & futurum,
prout fuit obligatio & pactum, & ſo-
lum executio eſt obligationis limitata
ad certum actum, & licet Menochius
non ita ſe declaret, hæc declaratio ſic
intellecta, eſt vera contrarii ſolutio, &
ad quam reducuntur omnes ſolutio-
nes, de quibus per Auctores, *in dicta l. ſi*
certis annis.

Poteſt aliter reſpõderi, & vere † iudi- 5
cio meo, ſcilicet, quod illa communis
aſſertio, quod pactum nudum gemina-
tam producat actionem, vt omnino
falſam, & nullo iure probetur. nam ge-
minatio nullum omnino veſtimen-
tum, aut iuris robur dat pacto nudo: ſed
arguit maiorem & intenſiorem con-
ſenſum. At vero ex maiori vel inten-
ſiori conſenſu non confirmatur pa-
ctum nullum iure ciuili, alias faciliter
poſſet defraudari iuris inſtitutum, de
conficiendis ſtipulationibus, & aliis
contractibus, quibus ius Ciuile aſſiſte-
bat, & poſſet aliquis libere per pactum
nudum contrahere, abſque vllo dele-
ctu, quod falſum eſt. Tum etiam ſole-
mnitas iuris Ciuilis in contrahendo re-
quiſita non poteſt à partibus renuntia-
ri, vt ſolemnitas ſtipulationis, vt ſentit
Bartolus, *in dicta l. cum de in rem verſo, co-*
lum. 1. & faciunt, quæ notantur, *in l. ne-*
mo poteſt. ff. de legat. 1. & in l. 1. Cod. quæ ſen-
tentiæ ſine appellatione reſcindantur. At ve-
ro ſi ex geminatione pacti ſolemnitas
ſtipulationis ceſſat, pari modo per par-
tium

Digitized by Google

tium conſenſum poterit renuntiari. Nam geminatio nihil aliud arguit, quã certam ſcientiam, & enixam voluntatem, & tacitam renuntiationem, hoc tamen falſum eſt, vt ex allegatis cõſtat, quare non immerito à communi opinione diſceſſerunt Fortunius, Curt. Senior, & alii allegati à Montero, qui contrarium viſus eſt ſequi, *in dicta l. legem, num. 16.*

6 Nec obſtat, *l. fina.* † *Cod. ad legem Falcidiam*, ibi, Cautio fuerit interpoſita, quæ pro communi allegatur. nam ad eam dupliciter Fortunius reſpondet, vt per Monterum Oſcenſem, *vbi ſupra*, primo, quod loquatur in herede, qui per cautionem obligationis, aut Chyrographum conſtituit ſe integra legata ſoluturum, & ſic in conſtituto, & herede conſtituente. Cautio enim vel conſtitutum, vel dationem fideiuſſoriam, aut dationem pignorum ſolet importare, vt colligitur ex Alciato & Rebuffo, *in l. habere. §. cautum, ff. de verborum ſignificatione*, ſed quia cautio etiam nudam promiſſionem importat, *ex lege, ſancimus*, a Rebuffo allegata; Ergo non hæc ſolutio ſecura & diuinatoria videtur.

7 Quare ſecundo † ſoluit, quod ibi cautio fuit in forma ſolemni facta, & non per pactum nudum: hæc ſolutio, licet diuinatoria prima facie videatur, vera eſt, ſcilicet, quod cautio ibi importat Chyrographum, inſtrumentum, vel obligationem, aut ſi mauis promiſſionem, vt omnes ibi fatentur. At vero ſicut, quando promiſſio in aliquo inſtrumento ab homine ponitur, præſumuntur omnia ſolemniter acta, & ſic præſumitur ſtipulatio, *ex l. ſciendum, cum ibi notatis, ff. de verborum obligationibus*, ita etiam, quando a lege reperitur conſcripta, præterea *l.* ibi non fuit facta ad decidendum, an eſſet neceſſaria ſtipulatio, vel non. ſed an ſufficeret ad excludendum Falcidiæ beneficium promittere, ſicut ſoluere, & determinat Imperator, quod ſic: non tamen quærit, nec determinat, quemadmodum debeat eſſe facta promiſſio, & cum hoc nõ determinet, & Imperator generaliter loquatur per verbũ cautionis, vel promiſſionis, debet relinqui diſpoſitioni iuris communis. nam verba generalia legi debent, intelligi & modificari ſecundum leges præcedentes, & vt minus, quam fieri poteſt, corrigant ius commune, & ſecundum ipſum commune ius, ex notatis, *in l. ſed & poſteriores. ff. de legibus, & in l. 1. Cod. de Sacroſanct. Eccleſiis*, & eleganter ad propoſitum plura alia allegando. Hyppolit. Riminaldus Iunior, *conſilio 79. num. 30. & 31. lib. primo.* Et hic eſt verus intellectus, *dictæ legis fin.* relinquitur ergo ex his, quod ſecundum noſtram concluſionem, tempus non inducit, nec confirmat obligationem.

Nec obſtat text. † *in l. 1. C. de fideicom.* 8
vbi preſtatio triennalis confirmat legatum alimentorum inutile. nam, vt Bart. Menochius & alii, *in dicta l. cum de in rem verſo*, fatentur, id procedit ſpeciali fauore alimentorum, quod Meneſſ. *in d. l. 1* extendit ad dotem & alias cauſas pias, fauor etiam in hoc verſatur, non quod legatum ipſo iure per præſtationem triennalem efficiatur de valido, validũ: hoc enim non demonſtrat text. ille, ſed quod ex ſola præſtatione triennali, probetur conſenſus, & approbatio heredis, circa illud legatum, ex qua tenetur ſoluere in futurum, & æquipollet expreſſæ approbationi, quæ ſola ſufficeret, *ex l. etſi inutiliter, C de fideicommiſſ.* Igitur tempus ibi non confirmat inualidum, ſed voluntas ex triennali ſolutione coniecturata, vt tex. ibi manifeſte demonſtrat.

Imo † & attentari poſſet, quod nullum 9
ſpeciale, fauore alimentorum, cõſtituatur, cum Imperator nudis verbis, & nullam ſpecialitatem donantibus (ibi, *non minus triennio*) dubium propoſitum deciderit, nec mirum eſt, voluntatem, ſiue mauis approbationẽ ex triennio colligi; cum in iure plures effectus diſtãtia triennalis operetur quos ibi ex profeſſo Meneſſus copioſe refert, nec mirum erit, quod id etiam operauerit, *in caſu dictæ legis; ſi certis annis*, cum in

eius

eius materia conſenſus nudus nihil aliud, quam pactum nudum, operetur, at vero pactum nudum in iure nullam actionem producit, vt per ſe notum eſt, in Fideicommiſſis vero, cum illo tempore ex fide heredis penderent, nihil aliud ad eorum obligationem, & confirmationem requirebatur, quam nuda heredis approbatio, ſiue per pactum, ſiue per alium actum. nam ſi alius contractus firmior requireretur, nõ ex fide heredis penderent, ſed ex firmitate contractus, & hoc cantant verba text. *in dicta l.1. & l.2. & ſi veritas, & l. final. Cod. de Fideicommiſſ.* Et quæ ibi doctores ſcribunt.

10 Ex quo † infero, alium intellectum ad textum. *in d.l.fin. §.fin. ad leg. Falcid.* ſuper quo ſe torquent doctores, vt ſupra viſum eſt, ſcilicet, quod ibi ideo cautio, & ſi nudam promiſſionem contineat, ſufficit; quia infert approbationem voluntatis, & fidem heredis, quæ ſola ſufficit, abſque vlla ſtipulatione. Quæ nota; quia noua ſunt, & à nemine conſiderata.

11 Nec etiam † obſtant iura, *in Authentica, ſed cum Teſtator, C. ad l. Falcid. & l. filio præterito, ff. de iniuſt. rupto, & l. penulti. & final ff. de inofficioſ. teſtament. & l. cum fidem, C. de non numerata pecunia, & l. ſed & Iulianus, §. final. ff. ad Macedonianum, & l. 2. ſi maior factus*, quæ omnia iura probãt, quod contractus inualidi, aut inualidandi per aliquam exceptionem, poſſunt per comprobationem & conſenſum tacitum, aut expreſſum, & per ſilentium longi temporis validari. Nam, vt Bart. & omnes, *in dicta l. cum de in rem verſo*, reſpondent, loquuntur: vel quando contractus ipſo iure validus eſt, ſed per aliquam exceptionem, in fauorem Partium inductam, poteſt inualidari; tunc enim nimirum, ſi conſenſus tacitus, aut expreſſus Partium aufferat ius excipiendi, quod eius fauore fuerat introductum, quilibet enim ſuo fauori poteſt renuntiare, *ex l. ſi quis in cõſcribendo. C. de pactis*, nec id tempus operatur, ſed tacita Partium renuntiatio, vel etiã loquuntur, quando, & ſi nullus eſt, nullitas tamen eſt in fauorem Partis introducta, quæ poteſt illi renuntiare, vt in minore maiore facto, dicit text. *in d.l.2. C. ſi maior factus, & in l. fin. C. eod. tit.* de cuius intellectu vide Menochium, *in tract. de recup. rem. 15, à nu. 105. cum ſeqq.* & Ceph. *conſilio 312. 313. 314. & 315. libr. 3.* At vero concluſio loquitur de ſolemnitate irremiſſibili, ex Partium placito, quæ non poſſunt facere, ne leges in ſuo teſtamẽto, aut contractu locum habeant, vt de ſolemnitate ſtipulationis, quæ tempore illo, quando de promiſſione agebatur, neceſſaria erat, vel de ſolemnitate in aliis contractibus, & alienationibus minorum, aut Eccleſiarum requiſita, quæ nec ab ipſis minoribus, nec Eccleſiis, nec eorum Adminiſtratoribus renuntiare poterat, & ſic loquitur de nullitate à lege inducta, & a Parte remiſſibili. Et ſic manet concluſio defenſata.

Secunda concluſio. Licet † tempus 12 ſolum non inducat titulum, nec eum confirmet, facit tamen tempus decennale, iuncta ſolutione decennali continua, & ex cauſa certa & iuſta, expreſſa, vel relata in ipſis ſolutionibus, quod titulus præſumatur conformis cauſæ allegatæ, aut in ipſis ſolutionibus expreſſæ, vel relatæ, alias ſi ſolutiones non eſſent decennales, nec eſſent continuæ, & immediatæ, ſed vel diſcontinuæ, vel vna pro omnibus, vel informes, & cauſa non expreſſa, vel relata, tunc titulus nõ præſumitur. Ita intelligitur ex Bartol. *in dicta l. ſi certis annis*, dico, *in d.l. cum de in rem verſo*, & ibi, late Salycet. & Alber. Florian. & omnes, Iaſ. Curt. & Rimin. *in d.l. ſi certis annis*, Menoch. Maſcar. & Titaq. Balb. Crauet. *in locis ſupra citatis.* Et iſti plures referunt.

Hi omnes confirmant, & † dedu- 13 cunt hanc ſuam concluſionem ex ſingulari deciſione, *text. in dicta l. cum de in rem verſo*, de cuius intellectu late egimus, *in noſtro libr. 1. variarum quæſtionum, quæſtion. 2.* Et ibi dictis addere poſſumus, quod videtur hæc concluſio, ſic generaliter deducta, male ex illo textu deduci.

Nam

Nam ibi Imperator non dixit præſu-
mi titulum ex longa ſolutione, ſed ſo-
lum modo, ideo in caſu illius textus ſol-
uendas vſuras iudicauit; quia Pater vel
Dominus longo tempore præſtiterat.
Vnde potius ſe fundat in conſenſu Pa-
tris, qui colligitur, aut præſumitur, ex
dicta longa ſolutione, quam ex pręſum-
ptione tituli, quem allegatum fuiſſe,
non apparet, quod amplius patefit;
quia in caſu illius textus agebatur cum
herede Patris vel Domini, *de in rem
verſo.* Vnde conſtabat de mutuo, aut
de contractu facto, aut geſto cum fi-
lio, vel ſeruo circa principale & vſuras,
alias, *de in rem verſo*, agi non poſſet, ex
ſola longæua ſolutione; quia præſume-
retur duplex titulus, primus contra-
ctus, factus cum filio geſti, ſecundus
titulus, *promiſſionis vſurarum, & verſicul.
à patre facta*; ac proinde induceretur du-
plex ſpecialitas, quæ in iure non ad-
mittitur, *vt in l. 1. Cod. de dotis promiſſio-
ne*, vt notant Bartolus & Doctores, *in
l. ſi is, qui pro emptore, ff. de vſucapion.* Con-
ſtat igitur in illo text. de titulo, & ſic
præſupponit Iuriſconſultus, cum dicit,
*cum de in rem verſo, cum herede Patris, vel
Domini*, ageretur, & ſolum dubitaba-
tur, de vſuris forſitan promiſſis; quia
de eis non conſtabat, an Pater vel Do-
minus promiſiſſet, ad hocque dubium
reſpondet Iuriſconſultus ex Imperatoria decisione, quod debent ſolui;
quia ſolutæ ſunt. Nec obſtat, quod,
ſi titulus non præſumitur, male reſpon-
dit Imperator; quia vſuræ non deben-
tur abſque ſtipulatione, vt dictum eſt,
in dicta 2. quæſt. & conſtat in terminis. *de
in rem verſo*, ex text. eleganti, *in l. ſi pro pa-
tre, §. ſed vtrum, ff. de in rem verſo*, ibi, non
debentur vſuræ, niſi promiſſæ per ſtipu-
lationem ſint.

14 Quia reſpondetur, quod † ſi à fi-
lio, vel ſeruo fuerunt in forma ſolemni
promiſſæ, per ratificationem tenentur
ad eas ipſe pater, etiamſi ob cauſam
non neceſſariam contractus intercceſſe-
rit, *argumento text. in l. ſi res Domini, ff. de
in rem verſo*, imo ex ratificatione tene-
retur Pater, quod iuſſu, *ex l. 1. §. rationi,
ff. quod iuſſu*, nec tunc erat neceſſaria ſti-
pulatio patris, cum ſufficeret filii, ex
Accurſio, *in dicto §. ſed vtrum, litera R.*
ſi igitur ratificatio patris, vel Domini
ſufficeret nimirum, etiamſi ſufficeret i-
pſius decennalis ſolutio, ex qua mani-
feſte probatur conſenſus & ratihabi-
tio. Vnde bene deduxit Imperator v-
ſuras ſoluendas; quia ſolutæ ſunt, & ex
eo; quia ſolutæ ſunt, deducitur conſen-
ſus & ratihabitio patris, prout ex diſſi-
mulatione longæua inducitur remiſ-
ſio vſurarum, in caſu text. *in l. cum qui-
dam, §. diuus, ff. de vſuris*, & ex minori
perceptione vſurarum promiſſarum,
inducitur remiſſio reſidui, in caſu tex.
in leg. qui ſemiſſes, ff. eodem titulo, & ex
triennali ſolutione inducitur conſen-
ſus, & approbatio heredis in caſu tex.
in dicta l. 1. Cod. de Fideicommiſſis, & ex
præſtatione vſurarum, colligitur con-
ſenſus, aut promiſſio dotis conformis
vſuris ſolutis, in caſu, *dictæ l. cum de in
rem verſo, in fine*, ex eo; quia in dote non
requiritur ſtipulatio, ſed ſufficit pa-
ctum nudum, & nudus conſenſus, fa-
uore dotis, & ex promiſſione vſurarum
cum relatione dotis promiſſæ, induci-
tur promiſſio dotis, in caſu text. *in l. 2. C.
de dotis promiſſione*, de cuius intellectu e-
gimus. *in d. q. 2.*

Igitur, † *in d. l. cum de in rem verſo*, titu-
lus primus, & ſolum de in rem verſione 15
litigabatur, & heredes eam negabant
cauſam, quæ non neceſſariam patri,
vel Domino dicebant, nec clare de ta-
li verſione conſtabat, ideoque Impe-
rator ex longa ſolutione patris eam col-
legit, & deduxit conſenſum patris, qui
verſioni, vel iuſſui æquipollet, *ex dicta
l. ſi res*, ac proinde iuſſit in futurum vſu-
ras ſolui. Quare Imperator non iudi-
cauit, ex præſumptione tituli; quia
hoc non conſtat, ſed ex rei veritate, &
conſenſu apertiſſime ex dictis ſolutio-
nibus probato, & hic videtur verus in-
tellectus ad illum text. quem Antiqui,
vt Salycetus & alii, a Menochio relati,
aliquantulum ſenſiſſe videntur, licet
nullus eorum ſic expoſuerit, & ideo a
Menochio & aliis reprehenſi ſunt, &

ſi verrus

latiſſime in terminis Burgos de Paz. *conſil.15.num.29.* & Ioan. Garz. *in tract. de expenſ. & melior. cap.9. num.2. & 3.* Auend. *in 2.p. mandat regal capit.4. per 10. um,* Gutier. *pract. car. quæſt. libr.1. q. 93.* Padilla. *l.2. num.34. C. de ſeruitutib. & Aqua.* Gregor. Lop. *in l.6. tit.25. gloſſ. magna p.4.* Couar. *in regu. poſſeſſor. 2. part. §.4. num.1. & 5.* Menchac. *controuerſiarum illuſtrium, cap.83. num.2.* Auil. *in cap. Prætorium, cap.24. ver. titul. & ver. præſcription.* Acebed. *in l.8. titul.15. lib.4. Recompilation. numer.7. & 8.* Salazar, *in tractatu de vſu & conſuetudine, capit.10. num.:6.*

21 Tum; quia † res eſt grauiſſimi præiudicii, & arguit Vaſſallagium & ſubiectionem, vnde neceſſarii erant triginta anni ex Bartolo communiter recepto, *in dicta l. cum de in rem verſo.* Hodie vero ex diſputatione, *l.8. tit.15. libr.4. Recompilation.* ad præſumptionem tituli, & ad obtinendum in iudicio poſſeſſorio ſunt neceſſarii quadraginta anni, & ceſſat omnino noſtra concluſio, & extenſio, & diſputatio, *dicti cap. querelam*, vt per Auendanum, *vbi ſupra*, & Salazar. Burg. de Paz. & alii ſequuntur, ad obtinendũ vero in iudicio petitorio eſt neceſſarium tempus immemoriale cum qualitatibus de quibus, *in dict. l.* Et his probatis ceſſat præſumptio metus, & violentia, nec eſt neceſſaria probatio libertatis, vt bene contra Gregorium aduertit Gutierrez, *vbi ſupra*, & Ioann. Garzia. *num.23.*

Si tamen conſtaret, quod per decennium Vaſſallus ſoluerit aliquam annuam præſtationem, vel Cenſum Domino, non vt Vaſſallus, nec vt meram impoſitionem, ſed reſpectu alicuius terræ, aut poſſeſſionis, vel laborarii, vt dicemus in foris, tunc ceſſaret præſumptio metus, & ſolutio ſuapte natura iuſta, & abſque fraude videretur, nullumque notabile grauamen & Vaſſallagium importaret, ac proinde decennium ad præſumendum titulum ſufficeret ex Bartolo, *vbi ſupra*, Bald. *in dicta l. ſi certis annis*, & Decio, *conſil.146. colum.2.* & aliis infinitis à Burgos de Paz. allegatis, *dict. conſil.15. num.20.* ſic limitans, *dict. l.8.* quæ fuit pragmatica in Madritenſi conuentu ab Imperatore Maximo condita. Quam tamen declarationem ego intelligerem veram, quando vltra decennalem ſolutionem concurrerent alia indicia in fauorem Domini, ſcilicet; quia apparebat laborerium illud fuiſſe ſuum aut maiorum ſuorum, ſaltem ex publica voce & fama, aut quod erat fama tituli, vel vnus teſtis de titulo, vel Dominus habebat alios Cenſus & Foros ſimiles, ſolituſque etiam eſſet bene tractare ſubditos, nullaque litigia inter eum & Vaſſallos interfuiſſent pro iure ſolariegi, aut cenſibus & iuribus dominicalibus, aliter, ſi hæc omnia ceſſaſſent, non obtineret dicta longæua ſolutio ad titulum præſumendum, maxime, ſi lis eſſet inter Dominum & Vaſſallos ſuper dictis cenſibus vel aliis iuribus dominicalibus, vel eſſet ſolitus ſæuire in ſubditos, vel alia contra eum fuiſſet ſuſpitio, ex auctoribus citatis à ſupra dictis, & ſic ſemper cõſului, & in ſupremo Regis noſtri Conſilio vidi ſemper in cauſis arduis, inter Dominos & Vaſſallos, & audiui ſemper iudicatum. Præterea aduerte ad id, quod ſupra diximus, de Eccleſia, quod contra id, quod ſupra diximus, *ſupra, numer.17. & 18.* tenuerunt Alexand. Iaſon, Riminaldus, Salycetus, Decius & alii relati à Menochio, *dicta præſumptione 131. numero 61.* & eorum opinionem defendit ipſe Menochius, ibi, ſed ego huic opinioni adhærere non poſſum, licet a tantis auctoribus approbatam viderim; quia alias defraudarentur facili modo dictæ extrauagantes; & quia reſultauit in magnum Eccleſiarum præiudicium & magis inclinarem in opinionem Canoniſtarum, de qua per Butrium, *in capit. peruenit de cenſibus*, & latiſſime Maſcardus, *in dicto tractatu, part.1. concluſione 2.9. & 280.* licet ipſe confuſe procedat, nec ratio Menochii, quod non ſolum præſumatur titulus, ſed etiam ſolemnitas tituli in aliquo concludit: nam ſemper petit principium, hoc enim eſt, quod quærimus. Quare præſumatur titulus ſolemnis, & ſemper reducendi ſumus,

velimus, nolimus, ad concluſionem à Iureconſulto deductam, *in dicta l. cum de in rem verſo*, quæ limitanda eſt contra Eccleſias, ne ex eius deciſione perueniatur ad ſuorũ bonorum & iurium facilem, & minus ſolemnem diſtractionem contra iura Canonica: maxime; quia dictæ extrauagantes contractibus reſiſtunt, & quando lex reſiſtit contractui, & præſumptio eſt contra poſſidentem; non obtinet, *dicta lex, cum de in rem verſo*, vt Bartol. ibi, Salycet. Menoch. Maſcar. & omnes fatentur, fateor tamen, quod in fauorem Eccleſiæ, & contra priuatum eius Libellarium, aut Cenſuatarium bene obtinet dicta tituli præſumptio. Vt ex dictis conſtat.

25 Secundo deducitur id, quod † in foro quotidie verſatur, ſcilicet, ex ſolutione decennali annuarum preſtationum, ex cauſa cenſus redimibilis præſumi titulum ſolemnem cenſus in forma extrauagantium, Martini, Calixti, & Nicolai, & Pii V. Summorum Pontificum, quod late defendimus, *in dicta quæſtione 2.* & in propriis terminis tenuerunt Iacobus Beneuenutus; & Benedictus Bononius; *vbi ſupra*, Carolus Molinæus, & Couarru. *in dicta quæſtione 2.* citati, & expreſſius & melius Folletius, *in tractat. de cenſibus, & praxi cenſuali. tom. 6. tractatuum Nouorum, part. 2. fol. 146.* vbi quid iudicandum ſit in petitorio & poſſeſſorio oſtendit, & licet ibi in puncto iuris iſtam opinionem veriorem eſſe diximus, nihilominus contra hanc deductionem tenuimus, & nunc tenemus, imo in puncto iuris eam nunc falſam exiſtimamus; quia cenſus redimibiles ſuapte natura ſunt ſuſpectiſſimi, & ſimiles contractibus vſurariis, & per ſe, & ſimpliciter prohibiti, & quibus reſiſtũt dictæ extrauagantes, niſi fiant in forma ab eis tradita. Vnde præſumptio eſt contra petentem tales cenſus, ex quã præſumptione non obtinet in eius fauorem, *deciſio text. in d. l. cum de in rem verſo*. vt ex doctrina Bartoli communi, *vbi ſupra*, cõcluſimus, & ex hoc fundamento hanc opinionem tenuit Verginius Vocatius de Cingulo, *in loco citat. in margine dictæ quæſtionis 2.* & tenuit Modernus Salazar, ibi, citatus, & qui contrarium tenuerunt, excepto Molinæo & Follerio, ſolum loquuti ſunt in annuis præſtationibus ſimpliciter, in quibus nihil ſuſpectum intermiſcetur, *& in dicta quæſtione*, diximus inconuenientia, quæ reſultarent, ſi vera eſſet dicta prima opinio, & in praxi ſeruaretur, quam poſt illam quæſtionem ſcriptam intellexi non practicari, nec ſeruari in ſupremis Tribunalibus, & contra eam vidi iudicatum; ſed poſtea in gradu remiſſionis reuocata fuiſſent, & iudicatum in iudicio poſſeſſorio, ſed in petitorio obtinet noſtra opinio, in quadam cauſa vertente inter quoſdam Incolas huius Villæ ſancti Facundi, in qua ego fui Aduocatus, & reuocata fuit ſententia cõtraria Iudicis huius Loci, qui, *ex d. l. cum de in rem verſo*, fuit motus ad ſic iudicandum, atque Aduocati iuniores eam pro vexillo ferunt in ſimilibus, & omnibus cauſis, non percipientes, nec callentes in praxi eius deciſionem, & quod, vt infra dicitur, apud doctos, æquos, & bonos Iudices, raro obtinet diſpoſitio dictæ legis, nec ſecundum eam iudicatur, quod cum Caualcano aſſeruimus, *in dicta quæſtione 2.* intelligo tamen, niſi alia concurrant, vt ibi diximus, tum etiam, quod decennalis ſolutio ſpectanda magis erit, quam patientia, & ſecundum caſuum exigentiam magis præſumitur titulus ex ea, quam ex patientia. De quo infra, Deo volente, latior erit ſermo.

26 Tertio deducitur, quod ex † dicta ſolutione decennali præſumetur titulus Emphyteoſis contra Emphyteotam ſoluentem, & contra Dominum recipientem, vt conſtat ex his, quę latiſſimo ſermone Maſcardus congeſſit, *in dicto tractatu part. 2. concluſion. 603. per totam*, & notat in terminis Decius, *conſilio 2. 4. numero 3.* Aluarus Velaſcus, *in tractatu de iure Emphyteotico part. 1. quæſtion. 7. numero 33.* & Guillielm. Rodoanus, *in tractatu de rebus Eccleſiæ non alienandis, Rubric. 3. caſu 8. & Rubric. 27. caſu 11.* Caualcanus, *deciſione 45. num. 86 part. 1.* Cephal. *conſilio 316. num.*

316.num.43.lib.3.Celſ.*conſilio 56.nu.2.* Burſat.*co ſil.26.num.16.& 17.libr.1.* Et dicit communem Antonius Gabriel, *in ſuis communibus reſolutionibus, lib.1.titu.de præſumptio. concl.1.* Tiraquel.*in d.tract.de præſcripto.§.1.à num 34.* Iaſ.late, *in l. 2. à num. 155.C.de iure Emphyt.* Menoch.*in d.tracta. de præſumptio. lib 3. præſumpt. 108.* Omnes hi, & plures ab eis allegati, concludunt titulum præſumi, ex curſu decennali, aduerſus Dominum, & aduerſus Emphyteotam, licet ius ipſum Emphyteoticum non præſcribatur minori tempore, quam quadragenario aut triginta annis, ex notatis, *in dicta l.2.* licet hoc non intelligam abſolute verũ, ſed quod ſeruãda ſit diſtinctio ordinaria, an præſcribens præſcribat eum titulo, licet inualido & bona fide aut cum mala, vel ſine titulo.

27 Non tamen † ſupra dicti declarãt, an
titulus ille præſumptus, ſit vel perpetuus, vel ad tres, vel ad ſex vitas, prout communiter fiunt contractus Emphyteotici, ſed ad propoſitum videndi ſunt Angelus, *in l.2.colum.penultim. C. de iure Emphyteotico,* & ibi Iaſ.*num.160.* Couarru. *libr.2 variarum quæſt.cap.17 num 6.& libr. 3.capit.10.à num.4.* Aluarus Velaſcus, *in d. tractat.quæſt.1. numero 12.* Menochius, *de præſumptionibus libr.3.præſumptio.109.* Maſcardus, *in dicto tractatu de probation. lib.2. concluſion. 603. numero 6. & numero 16.* qui omnes concludunt, quod in primis eſt attendenda conſuetudo terræ, patriæ, aut perſonæ, quæ concedit Emphyteoſin, & ſecundum id, quod magis conſuetum eſt, iudicabitur Emphyteoſis, vel perpetua, vel temporalis, vel ad tres vitas, vel ad vnam, ſecluſa vero cõſuetudine diſtinguunt priuatum ab Eccleſia. Nam contra priuatum præſumitur Emphyteoſis perpetua, contra Eccleſiam vero, quæ bona liberè alienare non poteſt, minime, maxime, *ex dictis extrauagantibus,* quæ ſimilem alienationem prohibent, imò & tunc ob vitandas prohibitas alienationes, aliis coniecturis non concurrentibus in rebus prohibitis, & non ſolitis Emphyteoticari, nec etiam titulus Emphyteoſis præſumitur, vt ſupra diximus, *& in quæſtione ſecunda,* ne alias ipſæ tam ſanctæ conſtitutiones defraudarentur quod eleganter Maſcardus, *vbi ſupra, dict. num. 16.* adnotauit, & colligitur ex his, quæ Caualcan. notauit, *in ſuis deciſionibus 1. part. deciſ.45. à num.13.* & ex his, quæ Burſat. notat, *conſil.26.num.16.& 17.libr.1.* idem Caualcan. *vbi ſupra, n.86.*

Limitatur nunc † primo dicta con- 29
cluſio, quando ius reſiſtit poſſidenti, ſoluenti, aut recipienti & præſumptio eſt contrarium, vt in decimis Laicis ſolutis, aut vni Eccleſiæ in territorio, aut Parrochiæ alterius; tunc enim non præſumatur titulus ex decennali ſolutus, vt per Bartolum & omnes, *in dicta l. cum de in rem verſo,* & in nobilitate & exemptione, quod non præſumatur ex curſu decennii, notat Auenda. *in 2. part. mandatorum regalium, cap. 14. à num. 44.* & in aliis generaliter, quando ius reſiſtit, notat Anton. Gabriel. *vbi ſupra,* & Balb. *d.quæſt.10.*

Secundo limitatur, vt † non proce- 30
dat in minore & pupillo, contra hos enim militat præſumptio *dict. l. cum de in rem verſo,* vt eleganter notat Alexand. *conſil.94.libr.7. à num. 6.* Anton. Gabriel, *vbi ſupra,* Corneus *conſil.98. num.3. libr.1.* Menoch. *vbi ſupra,* vt diximus late, *in d. q.2.* vbi vide; in ruſtico tamen & muliere procedit dicta præſumptio ex Barto. Menoch. & aliis, *vbi ſupra,* & notant doctores. *in l. litibus, C. de agricolis, & cenſitis. libr.11.* & idem in Eccleſia, vt per ſupra dictos, ſecluſa tamen prohibitione alienationis. De qua ſupra.

Tertio limitatur, quando † agitur de 31
præſumendo iure Vaſſallagii & ſubiectionis; tunc enim non ſufficit dicta decennalis ſolutio, ſed ſunt neceſſarii triginta anni, ex Bart. Menoch. & aliis, *vbi ſupra.*

Quarto limitatur, quando † agitur 32
de grauiſſimo præiudicio, ex ſupra citatis.

Quinto limitatur, in † penſionibus 33
Eccleſiaſticis, in quibus non præſumitur titulus ex decennali ſolutione penſionum, ne detur in ſpiritualibus vitio-

ſus ingreſſus, vt colliges ex deciſio. Rotæ Antiquæ, *in titulo de reſtitutione ſpoliatorum, deciſion. 3.* quæ licet clare non loquatur in ſolutione decennali penſionis, tamen in ea intelligenda eſt, ob rationes, quàs tradit, prima; quia poſſeſſorium habet admixtam cauſam proprietatis. Secunda, ne detur in beneficialibus vitioſus ingreſſus. Et hanc cõcluſionem confirmant, quæ diximus, *in noſtro libro 1. variarum quæſtionum, quæſt. 2. numero 25.* vbi cum Decio, Molina, & aliis, diſtinximus penſiones, aut cenſus ſeculares, & profanos a penſionibus Eccleſiaſticis; quia penſiones profanæ, cum liberæ ſint in hominum commercio, non habent admixtam cauſam proprietatis, ſed poteſt optimo iure ſeparari poſſeſſio à proprietate, nihilque ſuſpectum, quodque ſit contra Canonica iura in eis intermiſcetur: penſiones vero Eccleſiaſticæ, & ſuper beneficiis impoſitæ, non ſunt, nec verſantur in libero hominum commercio, nec abſque licentia Pontificis obtineri poſſunt. Vnde eis ius reſiſtit, nimirum, ſi decennalis ſolutio, abſque titulo, non ſuffragatur ex Bart. *in dict. l. cum de in rem verſo*, alias, de facili poſſent confingi penſiones, & daretur in eis vitioſus ingreſſus. Quod permittendum nõ eſt.

35 Intellige tamen ſupra dicta † procedere, quando penſio datur in titulum beneficij, & loco beneficij ſuper aliquo beneficio aſſignata, tunc enim cenſetur quoddam ſpirituale, & venit appellatione beneficii, vt cum Ludouico Gomezio, Gigante, & aliis cõcludit Quinctilianus Mandoſius, *in 1. part. regularum, Cancellariæ, reg. 19. quæſt. 11. num. 11.* qui dicit, quod penſiones, quæ hodie aſſignantur in Romana Curia, ex cauſa Reſignationis, aut alias pro maiori parte, dantur in titulum beneficij, & veniunt appellatione beneficij: ſi vero non dantur in titulum beneficij, ſed alicui Laico ad tempus, ob aliqua ſeruitia, & quæ ſolum in mera temporalitate conſiſtunt; tunc non iudicantur, vt beneficia, ſed, vt quid mere temporale, & non habebit locum limitatio ſupra dicta, & in hoc caſu obtinebit diſtinctio Rotæ, *in nouis, de reſtitutione ſpoliator. deciſione 1.* ſcilicet, quod, quando poſſeſſio eſt recens, non præſumitur titulus, & poſſidens tenetur exhibere titulum. Si vero eſt diuturna, præſumitur *ex dicta l. cum de in rem verſo*, & hanc deciſionem & diſtinctionem ſequutus fuit Gigas, *in tractatu de penſionibus, quæſtion. 47. per totam*, & eam communem dicit cum pluribus Maſcardus, *in dicto tract. par. 3. quæſtion. 1324. à num. 3. cum ſequentibus*, licet Decius, *conſilio 130. tom. 1. per totum*, abſolute tenuerit poſſidentem penſionem, non teneri exhibere titulum, ex Abbate, *in dicto capit. querelam*, & ibi Maximo conatu inſurgit contra dictam *deciſionem tertiam, de reſtitut. ſpoliat. in Antiquis*, ſed cum iudicio conſiderando Decius, in penſione profana, & temporali verum dicit, & eius opinionem probat textus, & ibi Abbas, *in dicto capite, querelam*, & probarunt, quæ diximus, *in dicta quæſtione 2.* declarando Molinæum ad Alexandrum, & alios, in penſione vero Eccleſiaſtica, data in titulum & impoſita ſic pro Eccleſiaſtico beneficio, longe errat à vero, cum ſemper habeat annexam cauſam proprietatis, & abſque titulo poſſideri non poſſit; ſitque præſumptio contra poſſidentem, alias de facili daretur vitioſus ingreſſus in his ſpiritualibus, & abſque titulo acquireretur, quod falſum puto, prout apparebit ex iis, quæ de beneficiis infra, Deo volente, dicemus, & iis mire quadrant, quæ lato ſermone notauit Petrus Andr. Gambara, *in tract. de legato tit. de penſionibus, à nu. 513.*

Imo & diſtinctionem † Rotæ cõmu- 36
niter receptam, etiam in penſione temporali, & etiamſi in titulum non detur, dum tamen ſuper corpore beneficij impoſita ſit, in puncto iuris falſam puto, & indiſtincte tenendum, quod ſemper etiam decennalis teneatur iuſtificare ſuam poſſeſſionem cum titulo, titulusque ex ſola decennali nullatenus præſumatur; quia de iure omnia beneficia libera ſunt, & præſumuntur, & non penſione onerata nec penſione,

quan-

quãtumuis temporali grauati poſſunt, abſque Ordinarii licentia, uno lex ſimpliciter prohibet imponi nouos cenſus, aut penſiones ſuper Eccleſiis, *ex cap. prohibemus, de cenſibus*, igitur Canon iis penſionibus, ſimpliciter ſumptis, reſiſtit, nec ſunt in libero hominum commercio, quemadmodum aliæ profanæ res. Vnde præſumptio eſt contra poſſidentem, ac proinde, non obſtante ſua poſſeſſione, titulum exhibere tenetur poſſidens; vt docte docet Gambara, *in dict. tractat. de legato, titul. de penſionibus, num. 521.* & per conſequens, etiam ex decennali non præſumetur titulus ex doctrina Bart. *vbi ſupra*, tum etiam hæ penſiones, alienationes rerum Eccleſiaſticarum ſapiunt, vt ſupra dictum eſt. Vnde toto iure communi, & extrauagantium, prohibitæ cenſentur, & non præſumetur titulus, ne fiat fraus, dictis prohibitionibus: aliter per indirectum Eccleſia, aut beneficium maneret grauatum onere penſionis, quod abſurdum, & contra iura Canonica exiſtimo, nec obſtant à Rota allegata; quia procedũt, vt ſupra dictum eſt, in penſione profana & temporali.

37 Tum etiam † text. *in d. cap. querelam*, ſolum procedat in materia poſſeſſoria, reſpectu profanæ penſionis, in qua nullum incõueniens militat, reſpectu perpetuæ alienationis: non vero in titulo præſumendo, reſpectu proprietatis, qui tanquam caſus omiſſus remanet diſpoſitioni iuris communis.

38 Ex † quibus omnibus infero intellectum ad text. *in cap. 13. de Reformatione, ſeſſione 24. inter decreta Concilii Tridentini*, quo prohibetur impoſitio penſionis, in beneficio curato, valoris centum ducatorum, vt etiam procedat, quando in beneficio ſimilis valoris Rector ſoluiſſet penſionem per longum tempus. Nam non ideo præſumeretur titulus, nec teneretur in futurum ſoluere, cum contra petentem militet præſumptio & prohibitio dicti decreti, ex ſupra dictis.

39 Tandem ex † his manet noſtra limitatio, vndequaque abſoluta, & ex ea inſtincte non procedet concluſio, in penſionibus Eccleſiaſticis, niſi alia adminicula, aut indicia, præter decennalem poſſeſſionem, concurrant in fauorem petentis penſionem, de quibus per Maſcard. & alios, *vbi ſupra*, ponit etiam idem Maſcardus, *dict. 3. part. concluſ. 1373. per totam.*

Tertia concluſio. Ex † patientia decennali, iuncta poſſeſſione præſumitur titulus in his, quæ ſunt parui præiudicii, hanc concluſionem firmarunt Bart. & omnes, *in d. l. cum de in rem verſo*, & communem dixerunt Anton. Gabriel, Titaq. Menoch. Maſcar. & alii, in locis ſupra citatis, pro qua cõcluſione ſolet allegari tex. *in l. ſi filius. C. de petitione hereditatis*, vbi ſi filius poſſideat aliquam rem per decennium, præſumitur iuſſus patris, dico inquam, quod ſi filius per decennium poſſideat aliquam hereditatem, præſumitur eam in forma ſolemni à diuiſo, & in ſimili id probat tex. *in l. qui in aliena. §. 1. ff. de acquir. heredit.* vbi ſi pater per decennium poſſideat hereditatem filio delatam, præſumitur aditio, & obligatur debitis hereditariis: alle gatur etiam tex. *in l. 1. C. de patria poteſtate*, vbi ex longitudine temporis, præſumitur emancipatio, atque id videtur probare textus, ſecundum communem intelligentiam. *in l. poſt mortem, ff. de adoptionibus*: Sed licet hæc iura communiter allegari ſoleant, & ex eis mille portenta prodeant, iudicio meo, non probant dictam iam receptam concluſionem. *l. enim, ſi filius*, nihil dicit de titulo præſumendo, ſed ſolum dicit, quod videtur hereditas agnita, ac p̃inde fingitur recto patri quæſita, magiſque videtur aditionem fingere, & ſuper fictione diſponere, quem titulum præſumere text. etiam, *in dict. §. 1. in principio*, aperte dicit, quod filius non adiuit hereditatem, & quod pater eam longo tempore poſſedit, ex qua poſſeſſione fingit aditionem, vt apparet ex text. ibi, *credendum eſt*, &c. Tum etiam aditio, & iuſſus patris, a nudo conſenſu dependet ex text. *in l. ſi quis mihi bona, §. penultim. & final. ff. de acquirenda hereditate*, nimirum, igitur, ſi talis

conſenſus, ex decennali poſſeſſione
probetur, & aditio fingatur, non igitur
diſponit Iuriſconſultus, ex præſumpti-
one tituli; nam de hoc verbum nullum,
ſed imo ex tam longa poſſeſſione arguit
patris & filii conſenſum; ac proinde ta-
citam aditionem, quæ ſufficit ex dictis
iuribus, *& ex l. pro herede, ff. de acquirenda
hereditate*, imo aduerto, quod & ſi iuſſus
patris debebat præcedere aditionem
filii, *ex d. l. ſi quis mihi bona*, §. *iuſſum*, longa
& decennalis poſſeſſio ex noua Impe-
ratorum deciſione, quam poderauit Iu-
riſconſultus, *in dicto* §. *1.* ſupplet iuſſum
præcedentem & expreſſam aditionem,
& ſic intellecta aliquid noui affert dicta
conſtitutio. quæ aliter non afferret; &
in vanum eam Iuriſconſultus adnotaſ-
ſet, cum præſumere titulum, ſi vera eſt
regula text. *in dicta l. cum de in rem verſo*,
nihil noui eſſet, afferre, nec ſi iuſſus ſo-
lemnis induceretur, aut fingeretur ali-
quid, importaret dicta cõſtitutio, cum
conſenſus, etiam minori tempore col-
ligi poſſet, & hic eſt verus illorum iuriũ
intellectus, quem nullus, quẽ viderim,
aſſignauit.

41 Nec etiam, † *dict. l. 1.* dictam commu-
nem probat, quæ, vt Salycetus ibi dixit,
loquitur, de præſcriptione aduerſus pa-
triam poteſtatem, quæ longo tempore
inducitur, vel verius mihi videtur, quod
Imperator, ibi, non ex ſolo longo tem-
pore præſumit emancipationem filii,
ſed quod id dimiſerit Iudicis arbitrio;
qui extimabit; an ex dicta poſſeſſione,
aut temporis longitudine præſumatur;
vel non emancipatio, ad quod. ex variis
rei circumſtantiis, cum dicta poſſeſſio-
ne mouebitur, vel etiam ex apparenti
veriſimilitudine, vel etiam inanem re-
putabit dictam præſumptionem, maxi-
me, cum illa poſſeſſio libertatis fuerit
poſt mortem filii continuata, & hic eſt
genuinus illius text. intellectus; nec ali-
quid etiam iuuat, *dict. l. poſt mortem*, cum
nec de longo tempore, nec de præſum-
ptione tituli loquatur, ſed ſolum, quod
pater non poteſt venire contra eman-
cipationem a ſe factam, licet minus ſo-
lemnis ſit.

Vides igitur, Lector, dictam † con- 42
cluſionem pluribus deſtitutam, ſed ta-
men tenenda eſt, propter auctoritatem
communis opinionis, non quia neceſſi-
tas cogat, ſed quia in his, quæ parui ſunt
præiudicii, poteſt Iudex ex imperfecta
probatione iudicare, ex his, quæ notat
Alb. per text. ibi, *in l. Theſaurus, ff. ad exhi-
bendum*, quod bene inſinuat text. *in dict.
l. 1. C. de patria poteſtate*, qui ad hoc ſingu-
laris eſt, cuius deciſione perpenſa, ex a-
lia coniectura, non admodum vrgente,
poteſt Iudex moueri contra dictam
præſumptionem, etiam in non præiu-
dicialibus.

Ex qua † concluſione infertur, pri- 43
mo quod ex curſu decennali, præſumi-
tur hereditatis aditio, vt probant iura
ſupra citata, & notat Corneus, *conſil. 94.
num. 14. lib. 2.* Antonius Gabriel, & Tira-
quellus, *vbi ſupra*, ſed aduerte, quod ſi
cum decennali concurrat poſſeſſio he-
reditatis, non eſt neceſſarium titulum
præſumere; quia ex ſola poſſeſſione
præſumitur aditio; *ex dicta l. pro herede*,
& ex Bartolo, *in l. gerit, ff. de acquirenda he-
reditat.* ſi vero cum aditione debeat
concurrere iuſſus patris, vel Domini;
tunc recurre ad ſupra diſputata. Præ-
terea aduerte, quod tunc aditio dicitur
parapallis præiudicii. quando heredi-
tas non eſt nimis damnoſa & debitis o-
nerata, vel allegatur aditio cum bene-
ficio inuentarii: tũc enim faciliter præ-
ſumeretur ex curſu decẽnii, *ex d. conclu-
ſion.* ſi tamen eſſet nimis damnoſa, tunc
fingeretur & probaretur ex decurſu de-
cennali, non ob præſumptionem titu-
li, ſed ob diſpoſitionem text. *in dict. l.
ſi filius, & dict.* §. *1.* Et quia ex tanto tem-
pore apparet de conſenſu heredis inſti-
tuti.

Secundo infertur, quod † ex poſſeſ- 44
ſione decennali partis pro diuiſo, præ-
ſumitur diuiſio; quia eſt parui præiudi-
cii, *ex gloſ. in l. penult. C. commun. diuidundo*,
quam communiter ſequuntur Dd. vt
per Tiraq. Gabr. Balb. Maſcard. & alios;
vbi ſupra, ſequitur Alciatus, *conſilio 81. nu.
5. lib. 6. & conſilio 32. num. 20. lib. 2.* Cephal.
conſil. 396. num. 2. lib. 3. Menoch. *conſilio 87.
num. 77.*

num. 77. lib. 1. Maſcard. late, *in tractatu, de probation. p. 2. concluſ. 526. à num. 6.* Accebedo cum Meneſes, Gutierrez, & Burgos de Paz. *in l. 5. titul. 15. lib. 4. Recompil.* qui dicit dictam concluſionem non eſſe iure Regio correctam, prout etiam Meneſes dicebat, intelligenda tamen eſt hæc illatio, quando non eſt inter heredes poſſidenres inæqualitas grandis quantitatis arbitrio Iudicis; tunc enim præſumere diuiſionem eſt parui præiudicii, & militat concluſio ſupradicta; ſi vero reſulter inæqualitas; tunc non præſumitur diuiſio, nec vllo iure probatur opinio dictæ gloſſæ, quæ ſolum pro ſe allegat *deciſionem text. in d. l. cum de in rem verſo*, qui, vt vides, in ſoluenre loquitur; & non in poſſidente & patienre, niſi aliæ coniecturæ concurrant. Vt conſtat ex auctoribus citatis.

45 Tertio infertur, quod † ex patientia decennali, præſumitur licenria Domini interueniſſe, in alienatione rei cenſuatiæ Emphyteoticæ, aut Feudalis; maxime, ſi per longũ tempus receperit à nouo Emphyteota pẽſiones, & tacuerit, vt per Felyn. *in d. c. ſicut*, Tiraq. Gabriel, & alios, *vbi ſupra*, & conſtat ex Cephal. *conſ. 47. num. 12. lib. 1. & per totum*, idem, *conſ. 51. nu. 27. libr. 1. & conſil. 135. nu. 96. & 147. nu. 17. lib. 1.* Burſat. *conſ. 50. nu. 29. lib. 1.* & cum Decio, Maſcard. & aliis, late Aurelius Corbulus, *in tract. de cauſis ex quibus amittitur Emphyteoſis; titul. de cauſa priuationis ob alienationem, limitatio. 31* cui limitationi, dico in quam, illationi accedo, non propter præſumptionem ex decennali, ſed quia ex tali decennali infertur conſenſus Domini, qui ſufficit: Tum etiam, cum alienatio Emphyteoſis in alium, æque idoneũ, ſit parui præiudicii, pro tẽpore principalis Emphyteotæ, nimirum, ſi leuis probatio, aut præſumptio ſufficiat, cum ſemper ſaluum ſit ius Domini directi aduerſus res Emphyteoticas. Si tamẽ alienatio fuiſſet Domino admodũ præiudicialis, & ipſe à nouo Emphyteota nunquam recepiſſet cenſuum ſolutiones, ex cauſa nouæ Emphyteoſis, non video qua ratione deberet conſenſus præſumi, maxime, ſi Dominus directus eſſet Eccleſia, niſi alia concurrerent, quę omnia arbitrio Iudicis dimitto, *ex d. l. 1. C de patria poteſtate*; & tunc diceretur alienatio admodum pręiudicialis, quando in perſonam potentiorem, vel in Eccleſiam aut Monaſterium fieret, vel quando in pauperem, & res male tractantem, vel non potẽtem cultura neceſſaria colere, fieret: vel quando maxime intereſſet habere pro tanto, quod ſimiliter arbitrio Iudicis dimitto, *ex d. l. 1.*

46 Quarto infertur, quod † ex decennali præſumetur ſeruitus conſtitura; quia eſt parui præiudicii, *ex leg. ſi quis diuturno, ff. ſi ſeruitus vendicetur, & eſt gloſſ. in leg. ſeruitus la magna, ff. de ſeruitutibus*, Bart. *in d. l. cum de in rem verſo*, & cum Couar. Socin. Iuni. Pariſio, Caſſaneo, & aliis, Burſatus, *conſil. 87. numer. 22. libr. 1.* & communem contra aliam communem dixit Meneſes, *in leg. 2. numer. 33. Cod. de ſeruitutib.* & Franc. Marcus, *qui ſeruitutibus etiam diſcontinuis, q. 550. n. 4. p. 1.* De hac tamen illatione vide, quæ diximus, *in noſtro lib. 1. q. 2.* Vbi veram rationem declarauimus.

47 Quinto infertur, quod † ex curſu decennali, præſumitur emancipatio, hanc tamen illationem declarauimus, *in principio concluſionis*, vbi declarauimus text. *in d. l. 1. C. de patria poteſtate.*

48 Sexto infertur; quod † ex curſu decennali, præſumitur Domicilium conſtitutum, tanquam res parui præiudicii, ita notant Tiraq. & Anton. Gabriel; *vbi ſupra*, allegant *l. 2. C. de Incolis libr. 10.* late cum Menoch. Riminal. & aliis, Maſcardus, *in 1. p. de probatio. concluſ. 534. à num. 6. cum ſequentibus*, qui ex tacito conſenſu arguit incolatus contractum; ac proinde arbitrio Iudicis dimittit, prout & Menochius, quem ipſe refert, facit.

49 Septimo infertur, quod † ex curſu decennali, cum longa poſſeſſione, præſumitur duorũ beneficiorum, aut Eccleſiarum Vnio; ita cum aliis tenent Antonius Gabriel, & Tiraq. *vbi ſupra*, & cum Cardina. Fely. *in d. c. illud*, tenent plures, quos Boerius allegat, licet ipſe curſum

quadraginta annorum requirat, *deciſion. 345.num.6.p.2.* Maſcard. *d.3.p.concluſ.1317.* Alex. *conſil.219.num.13.lib.6.* Roman. *conſil.275.nu.3.* vbi Mandoſ. plures alios refert, Menoch. *vbi ſup.cap.132.nu.48.* ſed dicta illatio apette falſa eſt; cum Vnio ſit grauiſſimi præiudicii, & manifeſtam alienationem contineat, vt colliges ex Boerio, *vbi ſupra*, ſuntque ex eodem Boerio neceſſarii quadraginta anni, concurrentibus aliis coniecturis, vt notauit melius conſiderans Alexand. *conſ. 70.num.3.libr.3.* Decius, *conſil.4:9.lib.2. & conſil.486.tom.2.nu.10.*

50 Ex qua † declaratione infeto intellectum ad tex. *in cap.6. de Reformatione Seſſio.7. Concilii Tridentini* (vbi Canon iubet, quod ordinarii examinent Vniones factas à quadraginta annis citra, & quæ per ſubreptionē aut obreptionem inuenerint factas annullent, & examinent etiam, quæ in poſterum fient, citatis quorum intereſt, alias non ſortiuntur effectum.) Infero igitur quod non ſufficiet ad hoc, quod Vnio ſortiatur effectum, vel non amoueatur ab effectu præcedenti, quod de ea conſtet ex curſu temporis decēnali; quia alias nec bene poſſet ab ordinario examinari, & faciliter fieret fraus dictæ conſtitutioni, quæ res eſt grauiſſimi præiudicii, imo nec quadraginta anni ſufficient, vt text. inſinuare videtur, alias ſi ex dicto tempore probaretur, difficilis ac pene impoſſibilis eſſet dicta examinatio, tēpus vero antiquius bene ſufficeret, vt ex illo text. aperte colligitut, ex ſupra citatis Auctoribus, & ſupradicta omnia cōfirmantur per Rebuff. cū Pariſ. & aliis, tradita in ſua praxi beneficiali, *lib.1.titul.de Vnionibus beneficiorum, à num.34.* qui concludit, quod per ſolam poſſeſſionem non probatur, nec præſumitur Vnio in forma ſolemni, niſi concurrat tempus immemoriale, & ſi cū poſſeſſione concurrant alia indicia & adminicula Vnionis, præſumitur Vnio per quadraginta annos, non minote tempore, ſequitur Alphonſus Ojeda, *in tract. de beneficiis incompatibilibus, part.2.cap.3.num.13. & 14.cum ſequent.* notat Maſcard. *in tract. de probation.p.2.concluſio 586 & part.1.concluſ.179. & part.3. concluſio 1413. per totam*, vbi etiam concludit, quod per quadraginta annos cum titulo etiam inualido præſcribirur Vnio, late Felyn. *conſil.2.* & eſt tex. in argumentum cum ibi, per Auctores notatis, *in l.fin.Cod.de fundis patrimonialibus, libr.11.* Sed dubito de hac doctrina, *ex dict. deciſio. Conciliari*, quæ iubet examinari titulum, & omnino contra eam tenendum, iudicio meo, imo quod hodie abſolute quadraginta anni non ſufficiant ad probandam, vel præſumendam aut præſcribendā Vnionem, ſed ſit neceſſarium maius tempus, aut titulus validus, de quo debet in ſcriptis conſtare, vt per Crauettam, à Maſcardo allegatum, *vbi ſupra*, ſufficeret tamen ad præſumendam Vnionem in forma ſolemni maius tempus cum aliis indiciis, ex hiis, quæ Auctores, à Maſcardo citati, notant, & cum hiis concordat Æmilius Verallus, *deciſi.341. & 347.p.3. & deciſ.9. & 10.tit.de rebus Eccleſiæ non alienandis inter antiquas Rotæ deciſiones*, & Puteus, *deciſ.209.libr.2. & deciſio. 238. libr.1.* Vbi vult non ſufficere quadraginta, vel quinquaginta annos, quod de qninquaginta annis intelligo, niſi alia indicia concurrant, *vt dictum eſt*, nec hoc ex dicta conſtitutione Conciliari immutatum videtur, cum ſolum examinari præcipiat Vniones à quadraginta annis citra factas, de aliis antiquioribus verbum nullum, & quod non mutatur. Quare ſtare prohibetur. *l. præcipimus. C. de appel.*

Octauo infertur, quod † ex poſſeſſione decennali, eorumque ſine diſpen- 51
ſatione obtineri non poſſunt, præſumitur diſpenſatio, vt pet Gabriel. Titaq. & alios *vbi ſupra*, ita cum Anania Ancharan. & aliis conſtantiſſime defendit Ludouicus Gomezius, *in regula de triennali quæſtio.10.* allegat Cardinal. *in cap. cum noſtris de conceſſione præbendæ*, ex hac præſumptione concludens, quod quando quis poſſidet plura beneficia incompatibilia longo tempore, præſumitur ſufficiens diſpenſatio, & non ſolum, quando poſſedit decennio, ſed trien-

nio

nio ſolum, defenditur in poſſeſſione, au-
xilio dictæ regulæ, & præſumitur diſpē-
ſatus, & idem ipſe concludit in poſſeſ-
ſore triennali, alicuius beneficii cura-
ti, non promoto intra annum ad ſacros
ordines, quod ſic dicit poſt longam di-
ſputationem iudicaſſe Rotam, & ſic
etiam dicit iudicatum Iacob. Puteus,
deciſ.176.lib.2. & idem dicit iudicatum
Anton. Maria Papazon, *in Additione ad
deciſionem, 2. aliter 136. titul. de filiis presby-
terorũ inter nouas Rotæ deciſiones, n. 8.* idem
deciſum fuit iterũ in Rota; vt per Paul.
Æmil. Verallum, *inter ſuas Rotæ deciſio-
nes, deciſ.44. libr.3.* Omnes allegant La-
pi. *concluſionem allegat.89.* de qua per Caſ-
ſiadorum, *tit. de reſtitutione ſpoliatorum, de-
ciſ.4. à num.4.* Et hanc Rotæ & Ludoui-
ci reſolutionem cum noſtra ampliatio-
ne ſequitur Ioſeph. Maſcard. *in ſuo tra-
ctat. de probation. p.1. concluſione 522. num.
5.* Certe duriſſima & difficilis creditu
eſt hæc ampliatio, & quæ ſi vera eſt, ex
ea (cum dicenti non fuiſſe diſpenſa-
tum, incumbat probatio ex dictis aú-
ctoritatibus) inferentur mille abſurda,
& mille inhabiles; quæcunque ſit in-
habilitas, remanerent in ſuis benefi-
ciis, ſecuri: Tum etiam ſacri Canones
prohibentes pluralitatem beneficio-
rum, faciliter prætextu diſpenſationis
præſumptæ defraudarentur: & de ven-
to ſeruiret, *noua Conſtitutio Concilii Tri-
dentini. Seſſ.7. de Reformatione cap. 5.* quæ
cōcordat cum tex. *in c. ordinarii, de officio
Ordinarii, lib. 6. & eſt deciſ. tex. in c.17. Seſſ.
24. de Reform.* quæ vult, quod in poſte-
rum nulli conferatur, niſi vnum bene-
ficium, & derogat diſpenſationibus in
contrarium faciendis; cui deciſioni ex
cauſa poſſet Summus Pontifex dero-
gare, & de nouo diſpenſare contra eam,
eam ſpecialiter derogando, vt cũ Abb.
Deci. Selua & aliis plura citando no-
tat Quinctil. Mandoſ. *ad regulas Cancel-
lariæ 1. part. reg. 19. quæſt.27. numer. 12.* Et
tunc diſpenſatio ex curſu temporis
præſumeretur in forma ſolemni, cum
dictis derogationibus, ex ſupra addu-
ctis, quod maximum inconueniens, &
in manifeſtum periculum animorum
iudico. Tum etiam noua Sixti V. Sum-
mi Pontificis, quæ de illegitimis ad di-
gnitates & beneficia non admittendis
loquitur, facilime abſque diſpenſatio-
ne ex ſola eius præſumptione cum cur-
ſu tēporis de facili cadere poſſet, quod
eſt contra expreſſam Summi Pontificis
mentem: Tandem infinitæ iuris pro-
hibitiones defraudarentur, quas refer-
re potius eſſet laborioſum, quam ſub-
tile.

Præterea contra † dictam ampliatio- 53
nem expreſſe facit, quod doctores o-
mnes notant poſt Bartol. *in d. l. ſi certis
annis, & in d. l. cum de in rem verſo, & in
cap.1. de præſcriptionibus in ſexto, per textum
ibi, & mecum perſonæ: de priuilegiis in ſe-
xto,* & notant late auctores in princi-
pio quæſtionis citati, & ſpecialiter Ma-
ſcardus, *dict. concluſio.1372. à num.180. cum
ſequent.* & in terminis de obtinente be-
neficia incompatibilia referendo Fran-
cum, & alios, *in dict. cap. Ordinarii,* & no-
tat idem Maſcardus, *concluſ. 1373. à nu.
32.* ſcilicet, quod, quādo ius reſiſtit poſ-
ſidenti, nunquam præſumitur titulus
ex curſu decennali; quia ſemper eſt
præſumptio contra poſſidentem, aliter
de facili inanis exiſteret iuris reſiſten-
tia, at vero quæ maior iuris reſiſten-
tia, quam quæ contra poſſidentem be-
neficia incompatibilia à iure, fit, &
quæ maior, quam quæ contra illegi-
timum, & contra non ordinatum
in tempore, & alios inhabiles, certe
nulla.

Igitur in horum fauorem nunquam
præſumuntur ſimiles diſpenſationes,
ex curſu decennali, qua motus ratione,
ab hac ampliatione diſceſſit Menoch.
*in tract. de præſumptionibus, part.1. lib.3. præ-
ſumpt.133. à num.72. cum ſequentibus,* & ibi
refert Bellameram, & Crauettam, qui
in terminis de poſſidente beneficia in-
compatibilia id tenuerunt?

Nec obſtant, quæ † Felyn. & Abb. & 54
alii notant, *in cap. licet heli. de Simonia, &
in capit. illud de præſumptionibus,* ſcili-
cet, quod ex curſu decennali præſu-
mitur titulus beneficii: nam in proceſ-
ſu quæſtionis probauimus, etiā eſſe fal-

ſam

ſam dictam aſſertionem: Tum etiam aliud eſt præſumi titulum in fauorem capacis, & cui ius non reſiſtit; aliud vero præſumi titulum in fauorem incapacis, & cum titulo ſolemnis diſpẽſatio, cum iſti ius reſiſtat, & duplex ſpecialitas intercedat, contra tex. *in l. 1. ſecundum communem intellectum, C. de dotis promiſſione*, imo & Felyn. *in dict. cap. licet hab, num. 15.* allegando tex. *in d. c. Ordinarii*, noſtram ampliationem reſpuere videtur, cum regulam de præſumendo titulo in beneficialibus limitet, quando ius reſiſtit poſſidenti, *vt in caſu text. & in capit. Ordinarii de poſſidente beneficia incompatibilia.*

55 Nec etiam obſtat † regula de triennali, quæ defendit triennalẽ poſſeſſorem; & ſolum excipit duos caſus Simoniæ & reſeruationis, ſcilicet, quando triennalis poſſeſſor per Simoniam beneficium adeptus eſt, vel intruſit ſe in beneficio Papæ reſeruato; igitur in aliis caſibus, regula firma manet, exceptio non regulam firmam relinquit, in caſibus non exceptuatis, ex notatis, *in l. ff. t. de reg. iuris, & in l. nam quod liquide de pœna legata*; & hæc primo eſt Achyllis, Domini Ludouici, Gomezii,.

56 Sed ſalua † pace Domini Gomezii, & maxima auctoritate Dominorum de Rota, qui ita iudicarunt, vt per eundem Gomezium & alios, *vbi ſupra*, regula ſupra dicta non obſtat, cõſiderando; quod regula illa, vt ex ea patet, ad defendendum triennalem poſſeſſorem requirit titulum coloratum, vt bene & late docuit ibi Gomez. *quæſt. 26.* quem tenetur probare, & exhibere ipſe poſſeſſor, vt per eundem circa finem, probat etiam Maſcardus, *in d. tract. de probationibus, par. 3. concluſ. 1372. num. 55.* conſiderando etiam; quod regula illa requirit titulum beneficii, quod poſſidetur, & quod aliud eſt poſſidere vnum beneficium, aliud eſt poſſidere duo incompatibilia, copulatim & copulatiuè, id eſt, ambo iuncta & non diuiſiue, illud, & illud, vel illud, aut illud, & quod poſſidere duo beneficia. eſt vnum quid totum integrale diſtinctum à ſuis partibus, quemadmodum totum diſtinguitur à ſuis partibus, ſecundum Metaphyſicos & Phyſicos, qui poſſidet igitur vnum beneficium, titulum ad illud, ſaltem coloratum, debet habere, vt defendatur dicta regula, qui poſſidet etiam duo beneficia ſimplicia, habetur, ac ſi poſſideret quodlibet per ſe, in ſenſu diuiſo, & non in ſenſu compoſito, & ſic ſufficit, vt ad quodlibet per ſe titulum habeat, qui vero poſſidet duo beneficia incompatibila, non poſſidet, tanquam quodlibet per ſe & diuiſiue; quia hoc eſt impoſſibile, cum ſint incompatiblia, ſed poſſidet collectiue, tanquam quid totum & tertium genus, & vnum cum relatione coniunctionis ad illud. Vnde licet ad quodlibet per ſe titulum habeat, ſi tituli ipſi non coniungãtur in aliquo tertio, videlicet in diſpenſatione, non ſunt tituli illius totius & copulati, ac per conſequens, qui poſſidet duo beneficia incompatibilia, abſque diſpenſatione, poſſidet abſque titulo; quia tituli illorum diuiſiue, ſi non coniungantur per diſpenſationem, non ſunt tituli illorum duorum beneficiorum, in ſenſu copulato & compoſito, nec verum erit dicere, habet titulũ ad iſtud ſignatum beneficium & ad iſtud: Ergo habet titulum ad ambo beneficia. nam diſtinguendum eſt conſequens in ſenſu diuiſo, concedo; ſed nihil contra nos, cum nõ agamus de titulo ad quodlibet beneficium per ſe & ſeparatim; ſed ad ambo iuncta, in ſenſu vero compoſito negatur conſequentia; quia diuerſimode iudicatur, quodlibet beneficium per ſe & ambo iuncta. nã ambo iuncta, ſunt incompatibilia, abſq; diſpenſatione, & ſic tituli nõ ſunt tituli illorum, vt copulatorum. Vnde neceſſario fatendũ eſt, quod adhoc, vt execrabilis triẽnalis defendatur à dicta regula, debet exhibere titulum illorum beneficiorum, vt coniunctorum, ac per conſequens diſpenſationem, quantumuis ſuſpecta ſit, quemadmodum ex ſupradictis, quilibet triennalis titulum coloratũ exhibere tenetur, alias non defendetur. & ſic execrabilis non ſolum non continetur in gene-

generalibus verbis dictæ regulæ, ſed etiam manifeſte excluditur, ſi diſpenſationem non exhibeat; quia titulum non haber, & hic eſt verus dictæ regulæ ſenſus, & reſpondetur Gomezii obiectioni.

57 Nec etiam † verum eſt præſumi diſpenſationem ex dicta triennali poſſeſſione: nam id non probarur in dict. regul. imo totum contrarium, cum titulum non exhibitum nō præſumat, Cardinalis etiam, *in dict. cap. cum noſtris*, non probat dictam ſententiam, cum ſolum de decennali poſſeſſione loquatur, ex deciſione iuriū ſupra allegatorum, cuius dictorum in re tanti præiudicii non ſolum ſuſpectam: ſed omnino falſam exiſtimo, cum dicta iura non probent, quibus veri ſunt aſſignati inrellectus, & de rebus parui ptæiudicii, & non ſuſpectis actum ſit.

58 Ex quibus iam † vides verū eſſe, quod Comaſ. Gumier, *in pragmatica ſanctione Gallicana, titul. de pacificis poſſeſſoribus, gloſſ. verb. coloratum*, affirmauit, ſcilicet, execrabilem non iurari tegula de triennali, ex eo: quia per adeptionem ſecundi beneficii incompatibilis, eſt ipſo iure priuatus; primo, ac per cōſequens non haber ritulum, & inrruſus eſt, quem ſequitur Rebuff. *in tract. de pacificis poſſeſſoribus, num. 33.* cuius opinio certe vera eſt, non ex ratione ſua; quia vt docte reſpondet Gomez. *vbi ſup.* dict. regula loquitur de illo, qui ſe intruſit in beneficio reſeruaro, beneficium vero execrabilis, licer fuiſſer reſeruatum tempore extrauagantis execrabilis, quæ iuſſit, quod, qui tunc poſſiderent incompatibilia, tenerentur intra menſem dimittere vnum, alias ambobus eſſent priuati, & reſeruarā collatio, &c. (hæc reſeruatio poſt effectum iam ſortitum antiquata eſt, & qui adipiſcitur beneficium incompatibile, ipſo iure priuatus eſt primo, & Ordinarius id confert, ſiue illico dimittat, ſiue non) iuxta text. *in cap. licet Epiſcopus de præbendis in 6.* & ita ſemper vidi practicari, & nunquam de tali reſeruatione vidi mentionem aut exiſtimationem fieri: & in Regno Galliæ eſſe etiam antiquatam, dixit Rebuff. *in praxi beneficiali in forma ſignatura, 1. p. verſic. ac per extrauagantem execrabilis.*

Tum etiam † non eſt generalis: nam 59
dicta extrauagans non obtinet in beneficiis ſimplicibus reſidēriam requirentibus, quæ etiam incompatibilia ſunt, nec etiam vacat ipſo iure, primum per adeptionem ſecundi, vt docte notat Quinctilia. Mandoſ. *ad regul. Canc. p. 1. reg. 1. q. 14.* & Alphon. Ojeda, *tract. de beneficiis incompatibilibus, p. 1. q. & conc. 18. & cap. 13. num. 72. & 73.* At vero non concludit idem generaliter in omnibus beneficiis incompatibilibus contra Gomezium, *vbi ſupra.*

Ex quibus † omnibus iam ſuſpectam 60
iudico opinionem illam ipſius Gomezii, *in dict. reg. de triennali. q. 24. num. 7. & 8.* quem cum Caſſadoro; & aliis ſequitur Maſcard. *vbi ſupra, concluſione. 1372. à num. 56.* ſcilicet, quod titulus præſumprus ex poſſeſſione decennali, ſi poſt decennium currat, aliud triennium ſufficit ad effectum, *dict. regul. de triennali*, & quod ſic iudicatum eſt. Ego enim hanc concluſionem non ſolum ſuſpectam, ſed ſuſpectiſſimam in his ſic prohibitis iudico: tum; quia prohibita ſunt & ius commune reſiſtit ex ſupradictis: tum; quia regula dicta, vt omnibus in confeſſo eſt, requirit titulum colorarum & expreſſum, vt ex ea appatet. At nō video, quomodo titulus pręſumptus aut fictus, qui non videtur, nec expenditur, poſſe dici coloratus; vel non coloratus, accidens enim quod eſt eſſe coloratū, præſupponit exiſtentiam ſubiecti: Si igitur ſubiectum non exiſtit, nullatenus inrelligere poſſum; quemadmodum exiſtat coloratum, vel non coloratum, niſi etiam coloratum præſumptum; quod eſt principium petere.

Pręterea inſurgeret duplex ſpecialitas aduerſus regul. dictā. l. 1. Primo, q; præſumeretur titulus, ex decennali. Secundo, q; præſumeretur coloratus; & ſufficeret ad dict. regulam de triēnali. Quare non immerito contra dictam reſolutionem tenuit Rebuff. *vbi ſupra, num. 72.* nec allegata à Maſcard. in fauorem Go-

mezii,

mezii, quidquam faciunt, cum in pragmatica ſanctione Gallicana, quã ipſe allegat, nihil de titulo præſumpto dicatur, ſed de colorato, & aliud eſt titulus præſumptus, qui non eſt, ſed fingitur eſſe, & aliud titulus coloratus, qui exiſtit, & in ſua apparentia habet colorem veri, quare Salua pace Gomezii, non iudico dictam opinionem tenendam, nec legendo, conſulendo, aut iudicando.

61 Ex hiis † etiam manifeſte apparet, quod nõ oportet ponere differentiam, quam Gomezius, Maſcard. & alii, ab ipſis allegati, ponunt, ſcilicet, quod poſſeſſor defenditur regula de triennali contra alium competitorem, & non contra Ordinarium, qui poteſt, non obſtante regula, poſſeſſorem compellere ad oſtendendam diſpenſationem, *ex tex. in c. Ordinarii de officio Ordinarii lib. 6. & ex dictis Conciliaribus conſtitutionibus*, & notat idem Maſcardus, *concluſione*, *1373. à num. 25.* Nam ex ſupradictis, cum diſpenſatio non præſumatur ex curſu decennali, compellitur poſſidens titulum exhibere ad partis petitionem, vt eſt gloſſ. elegans in terminis, *de poſſidente beneficia incompatibilia in capit. qui contra morem verb. oſtendere, diſtinctione 100.* quam ibi Cardinal. & alii ſequuntur gloſſ. *verb. exhiberi in dict. cap. Ordinarii*, quam Franciſ. Dominicus, & alii ibi, ſequuntur, ſequitur etiam dict. Maſcardus, *vbi ſupra, num. 32.* Licet contrarium tenuerint plures relati ab eo, *num. 13.* quorum aperte opinio falſa eſt, & contra text. expreſſum, qui eſt omnino notandus, *in d. cap. qui contra morem*, quidquid ſit de poſſidente vnum beneficium, cui, ſi capax ſit, non reſiſtit iuris communis præſumptio, ac proinde ad partis petitionem non cogitur titulum exhibere, & hæc eſt communis opinio, de qua per Auctores, *in dict. c. Ordinarii*, Felyn. & alius, *in d. cap. licet hali.* late Maſcard. *vbi ſup.* De quo, Deo dante, latius infra agemus.

62 Nec etiam iſte excuſabitur ab exhibitione tituli, ſi aduerſarius prius ſuam intentionem probauerit, licet decennalis poſſeſſor ſit, alias condemnabitur, & ita eſt intelligendus text. *in l. 1. ff. ſi pars hereditat. petatur, & in l. locis corpus, § ſcopetit. ff ſi ſeruitus vindicetur*, & gloſſæ à Felyno allegatæ, *in dict. cap. licet hali, num. 16.* tunc enim poſſidens excuſatur à tituli exhibitione, quando pars ſuam perſonam non legitimauit, ſuam prætenſionem, & intereſſe probando. Imo ſi cum iudicio legantur à Felyn. & aliis allegata, non loquuntur de tituli exhibitione, ſed quod petens aliquod beneficium, debet ſuam petitionem iuſtificare, & non fundari ſe in non iure aduerſariis, ſed non ideo, ſi aliquis pro intereſſe publico, & ne iſte cum peccato poſſideat, petat titulum exhiberi, liberaretur ab exhibitione. Nam in cauſis publicis, & vbi eſt præſumptio cõtra poſſidentem, compellitur exhibere titulum, vt conſtat ex Matthæo de Afflictis, & aliis allegatis ab Acebedo, *in l. 2. glo. 1. tit. 1. lib. 4. Recompilat.* Sed nihilominus, quamuis in puncto iuris videatur non ſecura dicta communis opinio, tenenda tamen eſt: tum ob eius auctoritatem: tum etiam, ne detur Anſa moleſtandi beneficiorum poſſeſſores; & quia etiam maxime hoc pertineat ad Ordinarium, & ſuos Fiſcales, & Viſitatores, pro quibus præſumptio eſt, quod non permitterent poſſeſſorem, abſque titulo, beneficium poſſidere.

Poſſet tamen † opinio Gomezii, & 63
noſtra ampliatio tunc habere locum, quando vltra decẽnalem poſſeſſionem alia concurrerent, ex quibus diſpenſatio præſumeretur, quæ forſitan pdita fuit, & in hoc caſu deciſiones Rotæ loquutæ ſunt, vt liquido appareat, quæ, qualia eſſe debeant, arbitrio Iudicis dimittat, qui poſt dictas conſtitutiones Conciliares, & ne defraudentur non leuiter, ſed ex pluribus, & probabilibus coniecturis moueri debet, ex quibus appareat, diſpenſationem in ſolemni forma, & cum derogatione dicti Concilii fuiſſe impetratã & fuiſſe perditam, aliter in dubio contra poſſeſſorem iudicauit.

Tum etiã † aduerte, quod, licet dixe- 64
rimus

rimus ex regula de triennali non defendi poſſidenrem beneficia incompatibilia, non oſtenſa diſpenſatione, nec eam præſumi, nõ ideo tamẽn negamus, non ordinarum intra annum ab adepto curato beneficio aut aliura, qui delicta aut defectus aliquos perpetrauit, ex quibus titulus inualidetur, defendi à dicta regula, exceptis duobus caſibus, in quibus ipſa loquitur, & hoc libenter donamus ipſi Gomezio, non ex eo, quod præſumatur diſpenſatio, aut rehabilitatio titulati poſſeſſoris, aut noua Pontificis prouiſio, ſed quia regula illa ad tollendos iniuſtos appetitus impetrantium, & tollendas infinitas lites & moleſtias; quæ poſſidentibus fieri poſſint, prohibet impetrari beneficia illorum, qui per triennium continuum pacifice poſſederunt, & eos tuetur in poſſeſſione ſua, & ſi conditi non eſſent improbi homines; maxime litigioſi, curiales quotidie, quantumuis iuſtos poſſeſſores, vexarent: igitur illa lex nec iuſtificat poſſeſſorum titulos, nec eos præſumit, ex curſu temporis, ſed cohibet impetrantium iniuſtos motus; ac proinde contra Ordinarios nullum ius poſſidentibus præbet, nec ipſis poſſidentibus ius integrum confert, quo ſe poſſint in omnibus, & aduerſus omnes tueri, agendo & excipiendo, & hic eſt verus illius regulæ ſenſus, & qui clare ex ea colligitur, & ita videtur elici ex his, quæ Gomezius notat, *in dict. regul. quæſt. 25. & quæſt. 58. in fin. & quæſt. 60.*

65 Nono infertur, quod † ex curſu decennali, præſumitur poſſeſſio religionis, facta in ſolemni forma: ita Felyn. *in dict. cap. ſicut, num. 20.* Tiraquel. & Antonius Gabriel. *vbi ſup.* Maſcardus, *vbi ſupra, dicta concluſione 1217. num. 10.* ſequitur etiam nouiſſime Menochius, *in tractat. de præſumption. part. 2. libr. 6. præſumptione. 81.* qui omnes allegant Federicum, *conſil. 37.* quod etiam procedere videtur, *extante deciſione Concilii Tridentini Seſſ. 25. capit. 5. de Reformatione*; quæ vult; quod ante decimum ſextum annum completum profeſſio nõ fiat. Vnde non tollit, quin poſt dictum tempus completum tacite nouitius profiteri poſſit habitum profeſſorum aſſumendo ſciente, & conſentiente eo, qui illum ad profeſſionem expreſſam recipere poterat, vt conſtat ex his, quæ Nauarr. notat, *in cap. ſtatuimus, num. 73. & 75. & 19. quæſt. 3.* & eleganter cum Nauarr. & alis doctiſſimus Menochius, *vbi ſupra, præſumptione 83. per totam*, ſi igitur nouitius tacite profiteri poteſt ſuam voluntatem, per actus & ſigna declarando, nihil mirum, ſi ex curſu longi temporis profeſſio præſumatur, etiam extante dicti text. deciſione, cum ex tanto tempore clariſſime conſenſus colligatur.

Imo & † metus purgatus præſumitur, 66
ex deciſione text. dict. Concilii eadem Seſſ. cap. 19. & ex notatis, *in l. interpoſitas.* Meneſſ. *C. de tranſactio.* late Burſatus, *conſil. 72. num. 29. libr. 1.* Ex quo etiam manifeſte colligitur ad text. *in cap. 17. dictæ Seſſionis*, qui ponit quædam præambula & requiſita in profeſſione Monialis, vt libera & nõ coacta profeſſionem faciat, quod omnia hæc ſimul cũ profeſſione & libertas maxima præſumentur, ex curſu decennali. Nam cũ illa requiſita ad explorandam liberam voluntatem præmittantur, non eſt magni præiudicii, ſi ex curſu temporis præſumantur, qui magis illam voluntatem explicat & declarat.

Hæc tamẽ † omnia intelligenda ſunt, 67
quando decennii curſus extitiſſet tempore habili, vtputa poſt pubertatem, vel ante, & poſt decimum ſextum annum completum, quo tempore poterat expreſſe profiteri, alias ſi curreret tempore inhabili, in quo expreſſe non poterat Nouitius profiteri, ex dicta Conciliarii deciſione, nihil operaretur, tum; quia taciti & expreſſi idem eſt iudicium, *ex l. cum quid. ff. ſi certum petatur*, tum etiam; quia profeſſio eſt res grauis præiudicii, & non debet præſumi, ex patientia & poſſeſſione decennali, vt infra dicetur, ad quod facit elegans conſilium Calderini quintum, *tit. de regularibus*, vbi late probat, quod ex

Bb actibus

actibus factis, tempore pupillaris ætatis, non inducitur nec probatur profeſſio, tanquam tempore inhabili factis. quod conſilium eleganter declarat Menochius, *vbi ſup. præſumptione 83.* ſicq. etiam conſuluit Geminianus, *conſil. 4. per totum.*

68 Ex qua declaratione † non ineleganter infertur ſingularis limitatio, *ad d. cap. 19. dictæ Seſſion. 25.* quod per quinquennium excludit allegationem metus aut nullitatis, contra profeſſionem, vt non procedat, quando illud quinquennium ſemper curriſſet tempore inhabili, vtpote, vel durante pupillari ætate, aut durante metus, & eius cauſa, aut vero durante aliqua cauſa nullitatis irremiſſibilis, vtpote alicuius inhabilitatis perſonalis, ſcilicet; quia eſſet ſpurius nouitius, qui per proprium Motum Sixti Quinti, non poteſt admitti ad religionem, vel quia eſſet condemnatus per Sanctum Officium Inquiſitionis, qui per ſtatuta religionum non poteſt admitti ad religionem vel profeſſionem, vel aliis ſimilibus inhabilitatibus affectus eſſet; tunc enim quinqnennium nihil operaretur ad ratificationem, aut probationem profeſſionis, vel eius de nouo inductionem, vt in materia profeſſionis, licet non loquatur in terminis dicti Concilii, late tamen fundat Rebuffus, *conſil. 68. & conſilio 96. per tota illa conſilia*, idemque etiam erit extante curſu decennii. De quo loquimur.

69 Aduertendum † etiam eſt, quod, licet omnes ſupradicti allegando conſilium Federici de Senis, vnanimi conſenſu tenuerint; quod præſumitur profeſſio vxorati ex longa poſſeſſione, in forma ſolemni, id tamen intelligendum eſt, quando vxor ſciuit de profeſſione, aut Monachatu mariti, & non reclamauit, ſed tacite illi cōſenſit: tunc, nimirum, ſi præſumatur in forma ſolemni, & cum conſenſu vxoris, at vero ſi non ſciuit, vel ſimus in dubio, nulloſque actus vxor ipſa fecerit, ex quibus conſenſus præſumatur: tunc, cum verſetur magnum tertii præiudicii, nō præſumerem ex ſolo tempore ſolennem profeſſionem, niſi aliæ coniecturæ concurrerent, vt in matrimonio ſtatim dicemus, tandem ſi circumſpecte, & cum iudico omnia conſideremus, non ob paruitatem præiudicii, patientia, aut poſſeſſio decennalis profeſſionem probat, eum in ea grande verſetur, ſed ob conſenſum præſumptum, qui inhabilibus ſufficit. Vnde ſi hic tacitus conſenſus deficeret noſtra noua illatio non procederet, deberetque ſemper Iudex omnes poſſibiles coniecturas rimari, & non ſolum temporis curſu deberet eſſe contentus, vt in matrimonio ſtatim dicemus, volente Deo.

Decimo infertur, quod † ex longa poſſeſſione, cohabitatione, & patientia maritali, præſumitur matrimonium de præſenti in forma ſolemni contractum, vt notant plures per text. ibi, *in cap. illud de præſumpt. e.* ſequitur Antonius Gabriel. *vbi ſupra, num. 40.* Maſcardus *dict. concluſio. 1317. num. 4.* Couarru. *in 4. 2. p. capit. 1. numer. 5.* quem ſequitur Marienzo, *in Rubrica titul. 1. num. 23 libr. 5. nouæ Recompilat.* qui & Couar. temperant hanc reſolutionem duobus concurrentibus, ſcilicet, decennio, & aliis coniecturis cum decennio, vt colligitur ex text. *in capit. illud*, Præpoſitus tamen, *in capit. conſultationi, de ſponſalibus*, non putat decennalem poſſeſſionem ſufficere, ſed quadragenariā requiri, quem viſus eſt ſequi Enriquez ex Societate Ieſu Theologus, *in ſua ſumma p. 2. libr. vndecim. cap. 3. num. 7. in gloſſ. litera C.* Sed, vt libere, quid ſentio, dicam, hæc tam communis reſolutio abſurda, ne dicam falſa, & errori proxima eſt, ex ea enim plures concubinatus defenderētur, ſub colore † matrimonii præſumpti, plura etiam matrimonia clandeſtina facta, contra formam, *deciſionis ſacri Concilii Tridentini Seſſio. 24. de Reformatione cap. 1.* tranſirent in vera reputata matrimonia, anſaque daretur mille peccatis, & fraudibus, maxime forenſium & incognitorum, nec fiſcalib. Eccleſiaſticis, aut aliis delatoribus, aut ipſis Iu-

Iudicibus, ex officio procedentibus fa-
cilis locus daretur, ad probandum ve-
rum non extitiſſe matrimonium, cum
negatiua probatio ſit, quæ difficilima in
iure reputatur, interim exiſtente præ-
ſumptione, pro poſſeſſione, aut repu-
tatione decennali: & facilime omnia
iura defraudarentur. Nec opinio hæc
aliud fundamentum habet, quam cita-
ta iura, de quibus loquimur, quæ ex cur-
ſu decennali, in fauorem poſſidentium,
ſoluentium, aut aliud agentium præſu-
munt, ſed cũ hæc ſit res grauiſſimi præ-
iudicii, vt de ſe patet, ceſſant illa iura,
ex doctrina Bart. & omnium, de quibus
ſupra.

73 Tum etiam iam † hodie ex dicta no-
uà deciſione, ne eludatur, nec cohabi-
tatio, nec alius conſenſus, verbis, ſignis,
aut factis expreſſus, nec etiam copula
quidquam faciunt, ad præſumendum,
aut probandum legitimum matrimo-
nium, niſi coram Parrocho & teſtibus,
præmiſſis legitimis denunciationibus,
fiãt & ceſſant, quæ de iure antiquo ſcri-
pta erant, vt notat Enriquez, *vbi ſupra*,
cum Nauarr. Didaco, Perez, & aliis,
quos citat, notat etiam doctor Spino, *in
tracta. de teſtamentis, gloſſ. 15. à num. 60. cum
ſequentibus*, Gutierrez, *in ſuis quæſtionibus
Canonicis, cap. 17. nu. 4. & de iuramento con-
firmatorio, cap. 51. num. 12. cum ſequentibus*,
frater Petrus de Ledeſma, *in Additio-
nibus ad 3. par. tractatu de matrimonio, quæſt.
47. art. 2.* Maiolus, Segura, & alii, quos
allegat Enriquez, *vbi ſupra*, nimirum,
etiamſi decennalis poſſeſſio non ſuffi-
ciat ad probandum, & præſumendum
matrimonium, in forma ſolemni con-
tractum.

74 Nec obſtat † text. *in d. cap. illud*, nam
procedit ſecundũ iura antiqua, ſecun-
dum quæ ſolus conſenſus, abſque alia
ſolemnitate, matrimoniũ faciebat, nec
illo iure clandeſtina matrimonia, & ſi o-
dioſa, irrita erant, hodie tamẽ cum ma-
trimonium ſuam certam formam ha-
beat, *ex d. deciſione, ne illudatur*, magnaque
inconuenientia reſultent, forſitan non
procederet illius tex. deciſio, niſi vltra
decennium aliæ & violentæ præſum-
ptiones celebrati matrimonii in forma
publica reſultarent, quo caſu noſtra de-
claratio, & communis reſolutio locum
obtineret, idque ex cordato arbitrio iu-
dicantis penderet alias dicta opinio o-
mnino falſa eſſet, maxime extante dicta
conciliari deciſione ceſſant, quæ Sfor-
tia notat, *conſ. 84. num. 20*,

Vndecimo infertur, quod † Clerica- 75
tus in forma ſolemni præſumitur ex eo,
quod per decennium quis ſe geſſit, vt
Clericus, habitum clericalem geſtan-
do, & alia publice faciendo, quæ non,
niſi Clerici facere ſolent, ex Bald. *in leg.
non ignorat. num. 4. Cod. de his, qui accuſare
non poſſunt*, ſequitur Crauetta, *conſil. 134.
num. 42. libr. 1.* Maſcardus, *dict. concluſio-
ne 1317.* Rota, *de cauſa poſſeſſionis & pro-
prietatis. 2. in antiquis*, Maſcardus, *dict.
tract. p. prima, concluſio 302. num. 24.* alle-
gat Anchar. & Francum, *in capit. ſi iu-
dex laicus de ſententia excommunicationis,
libr. 6.* Couarr. *in practicis. cap. 33. num. 3.*
Salzedum, *in Additiom. ad praxim Bernar-
di Diez. cap. 62. nu. 18.* Anton. Gabriel. *v-
bi ſupra*.

Hæc tamen illatio, niſi † cum *grano 76
ſalis* intelligatur, tam falſa eſt, quam præ-
cedens: nã clericatus res eſt grauis præ-
iudicii, & in qua contingeret errare cũ
magno totius chriſtianitatis damno, &
cum maximo incommodo Reipubli-
cæ & Principis ſecularis. Vnde intelli-
ligenda eſt ſolum, quoad ea, quæ ſuapte
natura ſunt parui præiudicii, ſcilicet, in
præparatoriis iudiciorum, vt lite ſuper
clericatu pendente, aut ſuper declina-
toria Fori, ex cauſa clericatus iudicatur
quis Clericus, ex tali quaſi poſſeſſione,
& vt talis debeat in carcere Eccleſiaſti-
co manere, & vt non poſſit collectari
dico pignorari pro Collectis, & q́ de-
beat, vt Clericus venerari & honorari,
vſq; dũ de contrario conſtet: hæc enim;
quia ſolum ad communem exiſtimatio-
nem, & quaſi poſſeſſionem momenta-
neam ſeruiunt, parui præiudicii repu-
tantur. Vnde nimirum, ſi dicta præ-
ſumptio ſufficiat, nõ in fauorem homi-
nis alienigenæ & ignoti, contra quem,
ſine legitimis dimiſſoriis, præſumptio

verſatur, ex Bald. *in l. ſi qua per calumniam, Cod. de Epiſcopis, & Clericis*, ſed in fauorem hominis naturalis & noti, vt bene cum Boerio & aliis diſtinxit Menoch. *vbi ſup.* in aliis vero, quæ grauis præiudicii exiſtimantur, etiamſi tangant exemptionẽ clerici à Collectis, à foro ſeculari, & aliis ſimilibus, abſque titulo; dicta præſumptio non ſufficit, vt in terminis declinatoriæ, eſt noua deciſio huius Regni, *in l. 8. tit. 5. inſtructione vltima* ibi, *En las cartas, ò cenſuras, lib. 1. Recomp.* vbi iubetur Iudicibus Eccleſiaſticis, vt in cenſuris prolatis, cõtra ſeculares Iudices pro Clerico primæ tonſuræ, inferant titulos, & alia requiſita, *ſecundum dictas leges, & deciſionem, 6. Concilii Trident. Seſſione 23. de Reformatione.* Vnde iam hodie ex dictis inſtructionibus, ceſſant coniecturæ legales, quæ in probando clericatũ admittebant Auctores; de quibus per Salcedum, qui hanc propoſitionem tenet, *in Additionibus ad praxin Bernardi Diez. capit. 62. à num. 16. cum ſequentibus*, Gouarru. *in pract. cap. 33. num. 3.* Imo iam hodie ex dictis inſtructionibus, lite ſuper clericatu pendente, nõ gaudet Clericus dicta quaſi poſſeſſione, ſed in carcere ſeculari recluſus, debet remanere, vſquedum lis ſuper clericatu finiatur, ſi per eum captus ſit, ſin minus, per Eccleſiaſticum, ex notatis, *in dict. cap. 51. Iudex laicus*, & notat eleganter Salzedo, *vbi ſupra, num. 14.* qui eſt de materia omnino videndus; *facit l. 7. titul. 5.* nec omnia hæc à ratione aliena ſunt, quippe qui materia clericatus, eſt materia gratiis, & admodum tertiis præiudicia bilis, & quæ non, niſi cũ ſolemnitatib. tonſura clericalis concedatur, nec eius vſus permittatur, *ex dictis deciſionibus.* Vnde non debent ſolemnitates cũ tanta cautela & prouidentia excogitatæ, tam leui præſumptione defraudari, atque præſumptio eſt contra ſe; clericum dicentem, quemadmodum contra Decimas petentem, aut exemptionem à ſuo Rege, vel Pontifice prætendentem. Vnde titulum oſtendere debet, nec illi poſſeſſio decennalis ſuffragatur, ex notabili deciſio. text. *in capit. cum perſona de priuilegiis in 6. & ex cap. ad Decimas de reſtitutio. ſpoliatorum in 6.* & ex his, quæ in propriis terminis Bart. *in d. l. cum de in rem verſo*, notauit, quẽ omnes ſupradicti ſequuntur. Et hæc ratio à legum huius Regni conditoribus præuiſa fuit, licet non ita exacte explicata: fateor tamen, quod ſi titulus clericatus eſſet perditus, coniecturæ euidentes, aut præſumptiones à iure cognitæ; vltra quaſi poſſeſſionẽ, eũ probarent, ex Maſcardo, & Salcedo, *vbi ſupra*, imo & quadragenaria præſumptio cum aliis indiciis ſufficeret, ex iis, quæ in matrimonio notauit Præpoſitus, *vbi ſupra*, & facit text. *in dict. capit. illud*, & quæ Couarr. Crauetta, & alii citati à Salcedo, *nu. 16. in fine*, vbi ſupra notarunt.

77 Ex his omnibus clare etiam conſtat, quid dicendũ ſit in ſacris ordinib. præſumendis. Nam licet Tiraquel. Gabriel, & alii, *vbi ſupra*, dicant præſumi in forma ſolemni, ob curſum, & quaſi poſſeſſionem decennalem, quos Menoch. *vbi ſup. præſumpt. 76. & 77.* viſus eſt ſequi, eorum tamen opinio modis ſupradictis intelligi debet, alias erronea, improbabilis, & omnino falſa reputari debet, non tamen negarem, quod ſi de titulo ordinati conſtat, etiamſi ab alieno Epiſcopo præſumerentur aliæ ſolemnitates interueniſſe, ſi aliæ etiam leues coniecturæ concurrerent. Nam hoc non tanti præiudicii eſt, & ita procedunt, quæ Auctores in materia notant.

78 Duodecimo infertur, quod † ex decennali quaſi poſſeſſione, & reputatione præſumitur titulus, Doctores, Baccalaureatus, licentiaturæ ſiue alius quicunque militiæ gradus; quia hæc parui præiudicii exiſtimantur, ex Paul. *in l. ſi ſolemnibus, in fin. Cod. de fide inſtrumento.* & cum pluribus ſequitur Maſcardus, *in dict. tractatu part. 2. concluſion. 843. num. 4.* quod eſt vtile ad euitandum pœnam, *l. quinta, in fine, titul. 7. libr. 1. Recompilat.* quæ ponit pœnam perditionis medietatis partis bonorum, & alias, nominandi ſe Doctorem, Licentiatum, aut aliter, cum tamen non appareat gra-

graduatus in aliqua ex vniuerſitatibus approbatis; nam non procedit, ſi per decennium in tali reputatione, & quaſi poſſeſſione fuerit, ex Paulo, *vbi ſupra*, hoc tamen ego intelligerem, quando allegaret titulum, aut cartam perditam, aut non extractam à Notario, & alia adminicula ſibi ſuccurrerent, alias dicta illatio non procedit, & ex eà mille fraudibus via aperiretur, præſertim cum præſumptio ſic contra ſe nominantem; ex Paul. *in d. l. & ſi ſolemnibus*; ad quod conducit tex. *in d. l. & ſi ſolemnibus*, *& ſi lex. fin. titul. 10. libr. 1. Ordinamenti antiqui.* ſeruaretur, quæ dicebat, quod nominantes ſe Doctres, aut Licentiatos tenentur exhibere titulũ in Regali Conſilio intra certum tempus, alias poterant puniri pœnis, de quibus *in dict. l.* quæ non fuit inſerta in noua legum collectione; ac proinde non practicatur, ſi igitur practicaretur, deberet limitari in ſe gerenti pro tali graduato; ſpatio decem annorum, & alia indicia concurrerent, tituli amiſſi; nam tunc excuſaretur à titulo exhibendo, alias non.

79 Vt aperte † illa lex inſinuat; nec tunc puniretur criminaliter, ob falſitatem, quemadmodum punitur, qui ſe gerit pro Doctore aut Licentiato, cum non ſit, ex Bart. *in l. eos, §. fin. ff. ad l. Corneliam de falſis*, Bald. *in l. qui ſub prætextu. C. de Sacroſanct. Eccleſ.* notat Bononius de Curte, *in tract. de nobilita. p. 6. in princi.* Caſſaneus, *in conſuetudinibus Burgundiæ rubr. 6. §. 4. gloſſ. 2. parte*; & cum pluribus Rebuff. *in tract. nomination. quæſt. 12. num. 13.* Auenda. *in ſecunda p. mandatorum regalium. capit. decimoquarto, num. 23.* Acebedo; *in dict. l. 5.*

80 Hoc tamen intelligendũ † eſt, quando ſe nominat, & facit actus tali gradui conuenientes, vt; quia, vel nõ ſoluit collectas, vel portat inſignia, aut ſimiles actus facit, quos, niſi graduati, facere non poſſunt, ſi tamen ſola nominatione eſſet contentus, propter ſolam nominationẽ, extraordinaria & arbitraria pœna puniretur, vt Rebuff. Bald. Caſſaneus, Auenda. & alii ſupracitati dicunt, & notant idem Bald. *in cap. nonnulli col. 1. de reſcriptis.* Felyn. *in cap. tertio loco, colum. 1. de probatio. & ibi Additio litera A.* Guido Papæ, *& ibi Additio litera B. quæſt. 19. in fin.*

Imo & tunc † dicta pœna deberet eſſe 81 leuis, cum actus in nominatione conſiſtens, nemini noceat, aut ſaltẽ nullum notabile damnum afferat. At vero falſitas, quæ nemini nocet, nõ punitur ordinaria pœna falſitatis, *ex gloſſ. verb. priuatas in l. damus, C. ad l. Corneliam de falſis*, quam communiter Doctores ſequuntur, vt per Iulium Clarum; *lib. 5. ſententiarum, §. falſum, num, 44.* late Marſilius, *in l. 1. §. præterea, à num. 15. ff. ad l. Corneliam de Sicariis*, & Baptiſta Plotuſ. *in tract. de in litem iurand. §. 43. à n. 16.* eleganter Ioſeph. Ludouicus, *deciſione Lucana 15. à nu. 23.* Antonius Theſaurus Præſes, *Pedemontana deciſio. 171. numer. 2.* aliquid per Burg. de Paz. *conſil. 13. num. 6.* Sfortia, *conſil. 62. num. 18.* Fabius Turrettus, *conſil. 9. nu. 80. lib. 1.* quos tamen Auctores; quia confuſe & varie loquuntur, ſic intelligere oportet, quod, quando falſitas nec actu nec habitu, nec virtute alicui nocet, nec nocere poteſt; tunc nulla pœna puniatur, cum ſolum mendacium officioſum contineat, quod metas peccati venialis non transgreditur, quando vero actu nocet, & damnum graue eſt, pœna ordinaria punitur: ſi vero damnum paruum, arbitraria ſolum pœna, pro modo damni: ſi vero actu non cauſet, potentia tamẽ cauſare poſſet: minor erit pœna, & intra eandem ſpeciem maior & minor, per modum damni, quod cauſare poterat, quæ omnia recto Iudicis arbitrio dimittuntur. Et addenda ſunt ad Menoch. qui de hac materia late agit, *in tract. de arbitrariis iudicum libr. 2. centura. 4. caſu 306.* Et ſunt admodum notanda.

Sed vt † ad id, vnde digreſſi ſumus, redeamus; ſi cũ decennio aliæ gradus cõiecturæ concurrerent; nominans aut gerens ſe pro graduato, nullam pœnam incurreret, ſi tamẽ nudum decennium eſſet, propter ſolam nominationem, arbitrarie puniretur, propter præiudiciũ, & ſi aliquod, leue tamen, propter nomi- 82

 nationem,

nationem, & vſum ſimul, ordinaria pœna punit. Nec minuitur, propter diuturnitatem temporis, ſi delictum ſucceſſiuum eſt, & continuatur, & dicta nominatio & tractatus; quia diuturnitas temporis non minuit peccatum; ſed auget, *ex cap. non debet de conſanguinitate, & affinitat.* notat Tiraq. *in tractat. de pœnis temperandis, cauſa. 39. nu. 3.* ſi tamen dictus tractatus nō fuiſſet cōtinuatus, imo neglectus, dicto tam longo tempore, licet ante geſtus fuiſſet: tunc pœna diminueretur, *ex l. ſi diutino. ff. de pœnis*, notat Tiraquellus, *vbi ſupra, nu. 1.* fateor tamen, quod hodie, propter ſolā nominationē, fere nulla pœna eſſet; quia ex communi vſu & conſuetudine Baccalaureos omnes Licentiatos appellamus, & non tranſiret, abſque iniuria, qui aliter nominaret; at vero conſuetudo, etſi iniuſta & reproba, excuſat à parte pœnæ, *ex gloſſ. verb. migraſſe in cap. cum venerabilis de conſuetudine*, quam inibi omnes doctores ſequuntur, & eam lato ſermone comprobat Tiraquel. *in d. tract. cauſa, 42. per totum.* quod in Magiſterio & Doctoratu, nullatenus vſitari videmus; ac proinde, qui ſe doctorem appellaret, non ex conſuetudine partem pœnę debitæ euaderet, quæ omnia notanda ſunt ad praxin: quia nullibi ſic examinata reperiuntur. Et aliquando in praxi occurrunt.

85 Tertio decimo † infertur, quod Notariatus præſumitur ex longa poſſeſſione, in qua quis, tanquam Notarius ſtetit, & actus fecit Notariis conuenientes; ita Bald. *in l. 1. colum. 2. C. de Fideicommiſſ.* ſequitur Iaſ. *in l. Barbarius, num. 55. ff. de officio prætoris, & in l. ſi certis annis, C. de pactis num. 14.* Burgos de Paz. *in leg. tertia, Taur. part. 2. concluſione 3. num. 1077.* late Maſcardus, *de probatio. 2. part. concluſio. 198. à num. 18.* Menochius, *vbi ſupra, lib. 2. præſumptione. 78. num. 9. & 13.* Caualcan. *deciſion. 45. num. 29. p. 1.* Ioſeph. Ludouic. *deciſ. Lucana. 115.* Couarr. *in practicis. capit. 19. num. 9.* Et notat, *in l. 114. & 115. titul. 18. part. 3.*

86 Hæc tamē concluſio † eſt dupliciter intelligenda. Primo, quando illa præſumptio cedit incommodum tertii, & & cum eo negotiantium, & ob bonum publicum, *ex d. l. Barbarius*, & non in fauorem ipſiuſmet Tabellionis, ne detur Anſa falſum fabricandi & quia *ex l. 1. & 2. titul. 25. lib. 4. Recompilat.* ad hoc, vt quis poſſit vti officio tabellionatus, requiritur titulus, & approbatio facta in ſupremo Conſilio, non obſtantibus quibuſcunq; conſuetudinibus, & leges illæ reſiſtunt in contrarium facientibus. Vnde cū materia nō ſit ſuapte natura ꝓhibita, niſi ſub certa forma, ſuſpitio eſt contra ſe pro Tabellione gerentē, niſi titulum doceat. vnde nimitū, vt lex nō defraudetur, ſi diuturnitas tēporis illi nō poſſit, *ex ſupra dictis*, ꝙ omnes ſupra citati ſentiunt, & de materia agit Iohan. Gratian. *in regu. 446.* & Greg. *in dict. l. 115.* nouiſſime Cerbantes, *in l. 3. Taur. num. 180.*

Secundo, quando † cum dicta quaſi 87
poſſeſſione longa Notariatus, cōcurrerēt fama & indicia tituli amiſſi; nā tunc etiam in ſui fauorem operaretur, vt ſentiunt omnes ſupradicti, alias iis nō concurrentibus puniretur de falſo, & quæ ſit eius pœna, vide leges, quas allegat Acebedo, *in d. l. 2. num. 7.* & Auilel. *in cap. Prætorum, n. 22. c. 1. gl. verb. Nueſtros.*

Decimo quarto † præſumitur nobili- 88
tas, ex poſſeſſione decennali, ex Auend. *in 2. p. mandatorum regalium, cap. 14. nu. 24.* ſed hæc limitatio, dico inquam, ampliatio in hiis Regnis falſa eſt, ex legibus Regiis, quæ de nobilibus agunt, vt per eundem Auenda. quarum tenor debet ſeruari, diximus, *in noſtro tractat. de collectis, num. 245.* & idem *de priuilegiis, & exemptionibus*, vt diximus ibi, & tractant Doctores à me allegati, *in d. tractat. num. 263.* & in materia eſt text. expreſſus, *in c. cum perſonæ de priuileg. in 6. & in l. comperit de præſcriptio. 30. vel 40. annorum, & in leg. fin. Cod. de fundis patrimonial. libr. 11.* & vtrobique Bart. Bald. Franc. Dominicus, & omnes, *in d. c.* notat Maſcardus, *de probation. p. tertia, concluſion. 1372. num. 108.* Barto. & omnes, *in dict. l. cum de in rem verſo.*

Plures alias illationes facere poteram, ſed quia leuis ſunt momenti, & ab

An-

Anton. Gabriel. *vbi ſupra*, adducuntur, conſulto eas omitto. Sufficit principaliora notaſſe.

89 Quarta concluſio. In re† grauis præiudicii, nec titulus, nec ſolemnitas præſumitur, ex ſolo curſu decennali, etiam iuncta patientia illius, qui damnificatur, niſi alia adminicula concurrant. Hæc concluſio admodum vera eſt, & eam Bart. & omnes, *in dict. l. ſi certis annis, & in dict. l. cum de in rem verſo*, ſequuntur, & omnes alii, *in princip. quæſtion.* citati, & plures alii, quos Maſcardus, & Menochius, ibi citati referunt, & ſi vera non eſſet; nec præſcriptiones, nec titulus neceſſarius eſſet, & mille rapinis occaſio daretur, cum fere ſemper non ſolum difficile, ſed pene impoſſibile videatur, aliquid contra dictam præſumptionem probare, & id, quod probandum eſt, in negatiua conſiſtat, & vltra iura, quæ allegat Bart. *in d. l. cum de in rem verſo, col. 2. & 3.* eſt text. quem omnes allegant, *in l. libertis, 2. §. 1. ff. de alimentis legatis*, qui in liberatorio titulo loquitur, qui admodum fauorabilis eſt, vbi etiam, exiſtente diuturnitate temporis, non præſumitur liberatio.

90 Ex qua concluſione, primo † infertur, quod; quia donatio eſt grauis præiudicii, in dubio nō præſumitur, vt Bart. *in dicta l. cum de in rem verſo*, notat, & late Menoch. *vbi ſupra*, Caſſan. *in conſuetud. Burgundiæ titul. deſcenſes, Rubric. 11. §. 2. à num. 3. cum ſeq.* Et idem dicunt omnes, *in titulo Vaſſallagii*, qui nō præſumitur contra Vaſſallum, vt per Tiraq. & Maſcard. *vbi ſupra, nu. 85.*

91 Ex quo † etiam ſubinfertur, quod nec etiam remiſſio debiti præſumitur, niſi concurrentibus indiciis & coniecturis, de quibus, *in l. procula.* vbi Albet. Bart. Salycet. & omnes, *ff. de probat.* vt bene declarat Maſcard. *vbi ſupra, à nu. 85.* & Menoch *d. c. 131.* niſi ſit in remiſſione lucri odioſi, vtpote vſurarii ex tex. eleganti, *in leg. cum quidam, §. diuus, ff. de vſuris*, quem bene interpretatur Maſcardus, *vbi ſupra, à num. 85.* vbi ponit ad illum duos intellectus, & eleganter per Alciatum, *in tractatu præſumption. regula 3. præſumptione 32. numero 8. cum ſequentibus.*

Infertur etiam, quod † Titulus beneficii non præſumitur, ex longa poſſeſſione; quia res grauis præiudicii, & ſpiritualis eſt, *ex c. illud de præſumptio.* De quo ſupra egimus. & tenet Felyn. *in d. c. ſicut*, Iaſ. & omnes, *in d. l. ſi certis annis*, late Maſcard. qui eleganter, etſi nimis confuſe declarat, *vbi ſuprà, concluſ. 1372. per totam*, Menoch. *in d. tracta. de præſumpt. lib. 6. præſumptione 75.* & fuit originalis deciſio Bald. *in capit. ex parte adita hereditatis, de reſtitut. ſpoliatorum*, ſed, meo iudicio, non eſt tanti æſtimāda, nec cum tantis, & tam confuſis declarationibus, vt Maſcard. æſtimauit, vera eſt enim illa ratio, niſi ex coniecturis vrgentibus, & approbatis cum decennali poſſeſſione, probetur titulus amiſſus, quæ tamen coniecturæ arbitrio Iudicis dimittuntur, qui penſata grauitate cauſæ, & tertii præiudicio paruo vel magno, titulum præſumet, vel non ex variis rerum circūſtantiis, & hæc eſt reſolutio totius materiæ, in quam omnes vbique incidunt. Sed an tali habenti ſolam decennalem poſſeſſionem ſolui debeat à debitorib. beneficii, vel illi dari debeant fructus, lite pendente, abſq; eo, q; de titulo doceat, vel potius ſint in ſecreſtum collocandi, videdus eſt Boet. *deciſ. 1. p. 1.* Gig *de penſio. q 47.* Bart. & ibi, *Addit. in l. ſi vrbana in fin.* ibi Iaſ. *à n. 7. ff. de condit. indeb.* late Caualc. *deciſio. 44. à num. 11. & 12. p. 1. & in repertorio lite, C. verbo Clericus beneficiatus inquiſitus*, eleganter Maſcard. *in dict. tract. 3. p. concluſ. 1324. per totam*, vetaque reſolutio eſt, quod ſi titulum non doceat, aut fidem de eo faciat, ſaltem ex aliis indiciis, non debet manu teneri, nec fructus capere, nec illi tradi debent; quia poſſeſſor non eſt, *ex c. 1. de regul. iuris in 6. & arg. text. in d. c. cum perſona.* Si vero contra titulum exhibitum allegetur, etiamſi ſuſpectus ſit, cum cautione ei ſoluendum eſt, & ſic intelliges, quæ Bald. allegatus à ſupra dictis, dicit. Et hęc eſt vera reſolutio & clara, in qua nimis dicti ſcribentes, maxime Boerius, variant. 92

Tertio infertur, quod † in rebus minorum, mulierum, Vniuerſitatum, Ec- 93

cleſiarum, Monaſteriorum & aliorum, qui ſine Decreto, & certis ſolemnitatibus alienare boná ſua immobilia non poſſunt, nunquam ex curſu decennali præſumitur titulus, nec præſumitur ſolemnitas neceſſaria, ad tituli validitatem, etiamſi poſſeſſio triennalis, & quadragenalis ſit, niſi poſſeſſio Reorum, ſi admodum antiqua, vel immemorialis, vel centenaria, aut magis & minus, dummodo ſi non ſit vltra centum annos, fama tituli aut alia indicia concurrant, quæ arbitrio Iudicis relinquo, nec vim facio; an ſolemnitates enuntientur in ſctiptura, vel non, dummodo de eis non conſtet in ſcriprura ſeparata, vel Tabellio fidem de iis non faciat, alias omnes Extrauagantes, Canones, & Leges, quæ prohibent ſimiles alienationes, facilime defraudarentur, & bona a potentibus occuparentur, in magnum dictarum perſonarum damnum; & hæc eſt vera reſolutio, & æqua, quæ debet ſeruari, & ſeruatur in iudicãdo & conſulendo, a rectis Iudicibus, & doctis Aduocatis, & eam colliges, ex Maſc. & Menoch. *vbi ſupr.* idem Menoch. *cap. 133. num. 17. & 75. libr. 2.* tenent Tiraquellus, Caſſaneus, & alii, *vbi ſupra*, & Cephal. *conſilio 316. libr. 3. & 342. num. 25. eod. libr. & 396. à num. 11. libr. 2. & conſilio 98. numer. 36. libr. 1.* Euerhardus, *conſilio 196. numero 2.* Weſembecius, *conſilio 18. numero 8. libr. 1. & conſilio 8. num. 2. eodem libr.* eleganter Socinus Iunior, *conſilio 76. à numer. 4 & 21. libr. 2.* idem, *conſilio 22. num. 13. lib. 1.* Capitius, *deciſione 4.* Afflict. *deciſione 245. nu. 4. & deciſion. 107.* Capitius, *deciſion. 16. n. 1.* Oſaſeus, *deciſ. Pedemont. 172. & 173.* Bart. Socinus, *conſilio vigeſimo nono, numer. 20. lib. 1. & conſilio 15. numero 55. eod. libr.* idem, *conſilio 254. num. 4. lib. 2. & conſil. 2. libr. 3. & conſilio 46. num. 3. lib. 4. & 52. eod. libr.* Corneus, *conſil. 181. nu. 20. libr. 2. & 284. num. 3. lib. 4.* Riminald. Iunior, *conſil. 9. num. 107. & 76. num. 6. libr. 1.* Menoch. *de arbitrariis, lib. 2. centuria 5. caſu, 433. num. 24.* Alciat. *reſponſo. 45. num. 2. & 151. nu. 3. lib. 1.* Euerhardus, *conſil. 109. num. 2. & 74. nu. 2.* Cephal. *conſil. 552. lib. 4. num. 11. & conſil. 314. num. 4. & 315. num. 14. & 348. num. 17. & 316. nu. 39. & 328. num. 36. lib. 3. & conſil. 238. num. 19. & 170. num. 22. lib. 2.* Pariſ. *conſil. 98. num. 11. & 99. num. 4. libr. 1. & conſil. 12. num. 57. libr. 2.* Crauetta, *conſilio 317. nu 2. lib. 2.* Maſcardus, *de probatio. p. 1. concluſ. 482.* Caualcan. *deciſion. 45. à num. 13. lib. 1.* Octauia. Simon. *in tractat. de Decretis, libr. 3. inſpectione, 3. per totam.* Rolandus à Val. *conſil. 90. à num. 38. lib. 1.* Ioann. Botta. *conſil. 51. num. 10.* Alex. *conſilio 69. à num. 7. lib. 1. & conſilio 219. num. 13. lib. 6. & ibi Additio. & conſilio 70. num. 3. & conſil. 50. lib. 3. & conſil. 1. num. 19. & 20. lib. 4. & 179. num. 4. lib. 6. & 92. nu. 8. eod. lib. & 94. lib. 7. & 12. num. 7. lib. 4. & 17. lib. 4. & 101. num. 1. lib. 7. deciſ. conſil. 409. & 486. num. 10. libr. 2. deciſio Luſitan. 149. num. 4.* Bert. *conſil. 194. libr. 2.* Caſſan. *conſil. 15. num. 14.* Gozad. *conſil. 11. nu. 10. & conſil. 86. nu. 22.* Rodoan. *de rebus Eccleſiæ rub. 27. caſu 11. & rubr. 30. caſu 8.* & omnes auctores cirati, *in princip. quæſt.* & licet ii omnes inter ſe variare videantur, & aliquãdo ſolum tempus antiquum ſufficere exiſtiment, aliquando vero alias coniecturas putent neceſſarias, aliquãdo etiam in ſolemnitatibus præſumendis, relationi caſum, in inſtrumento contractus inſertæ, deferant: licet plures alii contradicant, diligenter eorum dicta perſcrutãdo, ſemper reperies veram eſſe noſtram concluſionem. Nullus enim ex eis in re graui & ponderoſa, de ſola lõgitudine temporis confiſus eſt. Sed omnes indiſcriminatim ad alias coniecturas recurrũt, ſine quibus non illis viſum eſt titulum præſumi, ex longitudine temporis in re graui: & ita intelligũt text. *in d. c. peruenit.* De quo in principio quæſtionis.

Et licet etiam omnes † ſupra citati, & 95
auctores omnes, *in d. l. ſciēdum*, & ex Modernis ex profeſſo Menoch. & Maſcar. qui diuerſa cap. cõſtituerunt, differentiam conſtituãt, inter titulũ & ſolemnitatem pręſumendam, de qua nos etiam egimus, *in noſtro libr. 1. q. 2.* Attamen maturius conſiderando, quando ſolemnitas neceſſaria, & eſſentialis eſt ad tituli validitatem, pars tituli eſt & titulus ipſe reputatur, & præſumptio eius, ita eſt præiudicialis & nociua, ſicut & ipſe cõtractus. Vnde nulla ratio differentiæ conſti-

poteſt; circa faciliorem, vel difficiliorem præſumptionem, imo maior ſuſpicio eſt, quando titulus exhibetur, & illi ſolemnitates neceſſariæ deficiunt, cum nunquam ſoleat titulus ab eis diſiūgi, & ſine eis ſeruari, tum etiam rerum prohibitarum, vt in plurimum contractus, ſecreto fiunt, abſque ſolemnitatibus. At vero abſq; vllo titulo raro aliqui ſe ingerunt rebus prohibitis. Vnde ad præſumendam ſolemnitatem eſſentialē non minor probatio, aut minores coniecturæ, quam ad præſumptionem tituli requiruntur, *vt ex d.c.peruenit*, ſic manifeſte conſtat, & ex aliis iuribus ſupradictis citatis.

96 Infertur † etiam, *ex dicta concluſione*, & ex proxime animaduerſis, veram eſſe opinionem Bald. *in l.1.2.col. C.de rebus alienis non alienandis, & in l.2. C.ſi ex falſis inſtrumentis*, dicentis: mandatum nō præſumi ex lōgitudine temporis; quem ſequitur Felyn. *in c.ſicut, num.31. de re iudicat.* Bald. *de præſcription. 2.p.q.10.num.20.* Crāuetta, *de antiquitat. tempo. 2.p.c.1.à num.59.* & communem dicit Anton. Gabriel. *2. communium Conciliorū tit. de procuratoribus, concluſ.3. per totam*, & Menoch. *de præſumptionibus, præſumptione 33.* & eam inultis dentibus, poſtquam eam reprobauit, ſequitur Maſcard. *de probatio. 2.p. concluſ.1007.à num.39.* & late Caualcan. *deciſ. 45.à num.12.1.part.* licet contra Bald. tenuerit Iaſ. *in d.l.ſciendum, à nu.29.* & Crāuetta, *conſil.317.num.122.* ſed Baldi opinio verior eſt, quippe, qui mandati ſolemnitas maxima pars ipſius tituli eſt, vel titulus ipſe, aut ſaltem admodum eſſentialis. Vnde nimirum, ſi in re graui, difficilis ſit eius præſumptio, & ex temporis longitudine non pręſumatur & opinionem Bald. defendit Socin. Iunior, *conſ.56.lib.1.*

97 Hæc Baldi † tamen opinio ab omnibus communiter limitatur, niſi aliæ coniecturæ concurrant, in fauorē mandati: tunc enim præſumetur mandatū, vt Menoch. & Maſcard. diligenter notant, qui plures coniecturas referunt, & tandem arbitrio Iudicis relinquunt; nec aliud vnquam Bald. exiſtimauit.

Plura alia huic quæſtioni addere poſſem, ſed quia leuia ſunt, & à citatis late notantur, ea cōſulto omitto, vt finē faciam huic tam prolixæ quæſtioni. Et ne Lectori faſtidioſus ſim.

QVÆSTIO XXIV.

AN Abbas exemptus, habens Epiſcopalem Iuriſdictionem in Parrochos, & Parrochianos, priuatiue ad Epiſcopum, in cuius Diœceſi ſua loca ſita ſunt; & qui facit Synodum, poſſit dare Dimiſſorias ſubditis ſuis, vt alius Epiſcopus, eos ordinet, quando vtilis & neceſſaria?

SVMMARIA.

1 *Dimiſſorias quis dare poſſit, num.2.3.4.5.*

6 *Abbas habens Epiſcopalem Iuriſdictionem, an ſit ordinarius, & an æquiparetur Epiſcopo, & contineatur appellatione Diœceſani, nu.7.8.& 9.*

10 *Abbas an poſſit præſcribere iura Epiſcopalia.*

11 *Epiſcopus electus non conſecratus, quid poſſit facere?*

12 *Abbas poteſt indulgentias dare, viſitare, num.13.*

Dare ordines minores, nu.14.

Vnire, nu.15.

Commendare, num.16.

Diſponere, nu.17.18.& 19.

Et dare licentias ad prædicandum, & ibi de Quæſtoribus late.

21 *Abbas poteſt conferre beneficia.*

22 *Exequitur vltimas voluntates.*

23 *Poteſt viſitare, nec ipſe poteſt viſitari, nu. 24.*

25 *Cognoſcit de cauſis matrimonialibus, & criminalibus.*

26 *Poteſt remittere monitiones, & ibi, an vicarius Epiſcopi id poſſit?*

27 *Abbas poteſt dare licentiam, exercendi pontificalia, in ſuo diſtrictu.*

28 Ad

28 *Admittitur ad Concilium.*
29 *Synodum facit.*
30 *Tenetur habere ſtudia, & eſt conſtitutus in dignitate.*
32 Intellectus ad cap. 10. ſeſſione 23. de Reformatione Concilii Trident. *num. 33. & 34.*

1 PRo parte † negatiua primo facit text. *in cap. nullus, de temporibus ordinationum, li. 6.* in quo probatur, quod
Prælati inferiores, citra Epiſcopum, non poſſunt concedere Dimiſſorias ſuis ſubditis; igitur nec Abbas, habens Epiſcopalem Iuriſdictionem, eas poterit concedere, quem ita intelligunt ibi Dominicus, Ancharan. Philip. Francus, Archidian. & alii, & aliis relatis Petrus Gregorius Toloſanus, *in ſuo Syntagmate iuris vniuerſi, part. 2. capit. 9.*

2 Et confirmatur; quia † dare dimiſſorias & ordinare, eſt proprium ſolius Epiſcopi & non alterius, *ex c. extraneo, cum ſequenti ſeptuageſima, 1. diſt.* vbi gl. plura iura allegat, & notant ibi Dominicus, Cardin. & omnes: igitur non pertinet ad non Epiſcopum; & per conſequens ad dictum Abbatem.

3 Itidem confirmatur; quia † dare Dimiſſorias & ordinare, pertinet ad Diœceſanum, ratione legis Diœceſanæ, vt per Abbatem, *in cap. cum dilectus. de officio ordinarii,* notat Brunel. *in tract. de. Legato concluſion. 10.* At vero Abbas, etſi habeat Epiſcopalem Iuriſdictionem, non dicitur Diœceſanus, ex Rebuff. *conſil. 1. & 2.* Igitur dare nõ poteſt. Confirmatur amplius; quia Epiſcopus eſt ſolus Ordinator in ſua Diœceſi, *cap. perlectis,* & ibi glo. *verſ. & iurgia. §. ad Epiſcopum. 25. diſtinct.* & ideo ipſe ſolus concedit Dimiſſorias, *cap. Clericum, 72. diſtinct.* & ordinatio Clericorum & Eccleſiarum ad ſolum Epiſcopum pertinet, *1. quæſtion. 1. per totam, & cap. omnes Baſilicæ, 16. quæſtion. 7.* Igitur non pertinet ad Abbatem, nec ipſe poteſt facere; quia Abbas non exercet iura Epiſcopalia, niſi ex præſcriptione, *capit. peruenit, verſ. iura, 16. q. 1.*

Secundo, pro hac parte facit expreſ- 4
ſa *deciſio Sacroſancti Concilii Tridentini, ſeſſione 23. capit. 10. de Reformatione, incipiente: Abbatibus ac aliis quantumlibet exemptis, &c.* Vbi expreſſe denegatur Abbati, habenti Epiſcopalem Iuriſdictionem, dare Dimiſſorias, non obſtantibus, quibuſcunque conſuetudinibus & priuilegiis, idque etiam denegatum eſt, *cap. ſede vacante, ex deciſione 10. de Reformatione ſeſſione ſeptima.* Ergo dare non poteſt, & ſic pro parte negatiua, & in terminis, ita tenent Salzedus, *in Additionibus ad praxin Bernardi Diez, cap. 25.* & Simon Maiolus, *in tractatu de irregularitate, lib. 4. cap. 8. & cap. 3. numero 5.* Rebuffus; *in ſua praxi beneficiali, lib. 1. cap. 9. numero 6.* Nouiſſime doctiſſimus Theologiæ moralis Entiquez Ieſuita, *in ſumma lib. 10. cap. 22. num. 3. & in gloſſ. ibi, litera. T. & capit. 23. num 4.* Igitur vides ex his iuribus & nouis deciſionibus deciſam hanc quæſtionem contra dictum Abbatem, & quod ipſe nullatenus poſſit dare dictas Dimiſſorias, & derogatum ſuis conſuetudinibus & priuilegiis.

Et confirmatur; quia † Abbas ipſe 5
non poteſt ordinare: Igitur non poteſt committere alii poteſtatem ordinandi; quia nemo plus iuris in alium transferre poteſt, quam ipſe habet, *ex regula vulgari.* Confirmat etiam; quia Abbas non poteſt diſpenſare in interſtitiis, vt nouiſſime probat frater Emanuel Rodriguez, *in declaratione Motus proprii Sixti Quinti, ſub titulo. de los cenſos, dubio octauo, folio trigeſimo primo, verſic. (Digo lo quarto) ad finem dicta explicationis.* Et ita vidi declaratum Romæ, per congregationem illuſtriſſimorum Cardinalium, qui præſunt interpretationi, *Sacroſancti Concilii Tridentini:* Igitur nec poterit concedere Dimiſſorias, cum ita vnum diſponat ad ordines, ſicut & aliud, & ambo ad vtramque legem pertineant.

Pro parte affirmatiua, & † in fauo- 6
rem Abbatis faciunt ſequentia. Primo; quia dictus Abbas talem Iuriſdictionem habens eſt ordinarius, *gloſſ. in Clementina 1. verſ. ul. proprii de rebus Eccleſiæ non alienand.* & cum Butrio, Aretino, Decio,

Decio, Pariſ. & aliis, Mandoſ. *ad Regulas Cancellariæ regula 24. quæſtione 2. numero 4.* & notatur. *in capit. Abbates de priuileg. in 6.* notant Cardinal. & Innocentius, *per tex.* ibi, *in capit. quantos de officio ordinarii,* Abbas, *in diſput. incipiente, Epiſcopus, num. 29. & in capit. decernimus, not abſ. 2. de iudic.* Mandoſius, *dict. regula 24. quæſtione 6. numero 4.* Butrius, *conſilio 19. gloſſ. in capi. ordinaris de officio ordin. in ſexto.* Petrus Gambara. *in tractatu de legato à latere, lib. 2. cap. 2. à numer. 54.* & ordinarius eſt, cui eſt mandata Iuriſdictio, iure proprio, vt per Socinum, *in l. more maiorum, numero 17. ff. de iuriſdiction. omnium iudic.* Menochius, *de arbitrar. libr. 1. quæſt. 12. numero 9.* & appellatione ordinarii venit dictus Abbas, vt per Decium, *conſilio 121. colum. 1.* Antonius de Prætis, *in tractatu de iuriſdictione Epiſcoporum, capit. 1. numero 4. & 3.* & prælati, & ordinarii dicuntur omnes, qui habent Iuriſdictionem contentioſam, *gloſſ. ver. Prælati in Clementina dudum de ſepulturis, & in capit. Romana, §. 1. de appellation. in ſexto;* Abbas & Doctores, *in capit. auditis, de præſcription.* Boetus, *de Synodo, p. 2. à num. 40.* Corraſ. *in tract. de benefi. c. 4. nu. 1.*

7 Et dictus Abbas, qui † habet Iuriſdictionem Epiſcopalem, quando ad vtramque legem Diœceſanam & iuriſdictionalem, æquiparatur Epiſcopo, & poteſt interponere auctoritatem in alienationibus, vt Epiſcopus, text. quem ita intelligit Beroi. *in cap. 1. de rebus Eccleſiæ non alienandis, cap. Abbatibus, 18. quæſt. 1. gloſſ. in Clementi. 1. ver. proprii de rebus Eccleſiæ,* Rodoan. *in tract. de reb. Eccleſiæ, Rubric. 30. cap. 1. à num. 64.* Marcus, *deciſio. 181. part. 1.*

8 At vero † ad ordinarium ſpectat, dare Dimiſſorias, vt per Mandoſium, *in dicta regula 24. quæſtio. 6.* & ſpectant omnia, quæ ſunt de lege Diœceſana & iuriſdictionali, vt per Speculatorem. *in titul. de officio ordinarii, §. officium,* Mandoſius, *d. quæſt. 6. num. 1. & 4.* Et confirmatur, quia talis Abbas omnia poteſt facere, qui Epiſcopus, gloſſ. *in d. Clem. 1. de rebus Eccleſ.* & eum Innocent. Federico, & aliis notat Caccialupus, *in tractatu de Vnionibus, articul. 3. numero 22.* Abbas, *in dicta Clementina 1.* Beroi. *in dict. capit. 1. numero ...* Igitur poterit dare dictas Dimiſſorias, quia ſunt de lege Iuriſdictionali, reſpectu ſubditorum. Nam licet ordinare ſit ordinis, & pertineat ad *leg. Diœceſanam,* præbere tamen materiam, & ſubditos, & eos licentiare, examinare & approbare, eſt Iuriſdictionis: vt per Abbat. *in d. c. cum dilectus.*

Confirmatur; quia † appellatione 9 Diœceſani, continetur alius ordinarius, vt dictus Abbas, vbi eſt eadem ratio, Abbas, *in capit. cum olim, not abſ. 4. de præſcription.* vbi Felynus, idem, *in cap. poſt ceſſionem, de probationib.* At vero dicta conſtitutio Concilii Diœceſani loquitur, nimirum, ſi propter identitatem rationis extendatur ad Abbatem ordinarium, licet negare non poſſimus, quod pro pręſumpto vocabulo, *Epiſcopus,* contineatur, *capit. cum non liceat, de præſcripti. Clementina vnica, §. volumus, cum gloſ. ver. Diœceſanis,* & ibi Cardin. *quæſtion. 4. de foro competenti,* idem, *in Clementina vnica, quæſtione octaua, de ſupplend. negligent. Prælator. facit Clementina 1. iuncta gloſſ. 1. & 2.* & ibi Cardinal. *quæſtione prima, de vita & honeſtate Clericorum, gloſſ. etiam verb. Diœceſanis in Clementina 1. de iure patronatus.* Felynus poſt alios, *in capit. olim de præſcript.* Mandoſius, *in regulis Cancellariæ, regula 16. quæſtio. 42 nu. 3.* Petrus Gregor. *in Syntagmate iuris par. 2. libr. 16. c. 12.* qui *lib. 47. cap. 22. num. 1. & cap. 4. nu. 12.* ordinarios appellat Prælatos, habentes Epiſcopalem Iuriſdictionem.

Confirmatur etiam; quia † Abbates, 10 excludendo Epiſcopum, poſſunt præſcribere omnia iura Epiſcopalia, & certam partem Diœceſis, & ordinationes Clericorum. Balb. *in tractatu de præſcription. part. 5. quæſtion. 11. per totam.* Petrus de Peruſio, *in tractatu de Vnione, numer. 30.* Hieronymus de Monte, *in tractatu de finibus, capite 75.* Francus, *in capite, cum perſona, §. ſin autem, de priuileg. in ſexto,* Abbas. *in capit. final. & capit. ad hæc, de officio Archidiacon.* Pariſ. *conſilio 95. libr. 4. & conſilio, 35. numero nono. & 22. numero 14. eodem lib.* vbi eleganter notat, quod talis Abbas poteſt

poteſt vti annulo, & mitra & pontificalibus, & benedictione ſolemni, & deputare Vicarium, & Tribunal erigere, & Epiſcopus in eius res ortu non poteſt ſine eius licentia Pontificalia exercere, facit etiam text. *in capit. peruenit*, vbi glo. *verb. iura, 16. quæſtione 1.* Igitur cum Abbas, de quo loquimur, omnem Iuriſdictionem Epiſcopalem in omnibus; & per omnia præſcripſerit, priuatiue ad Epiſcopum id potuit facere, poterit etiam Dimiſſorias dare, cum in Iuriſdictione Epiſcopali contineatur, cum etiam partem Diœceſis præſcripſerit, & ſic in ea nullum ius Epiſcopo Diœceſano remanſit.

11 Præterea Epiſcopus electus confirmatus, & non conſecratus, non habet ordinationē Epiſcopalem, ex qua poſſit ſubditos ordinare, ſed ſolum Iuriſdictionem Epiſcopalem, vt Abbas, de quo loquimur, & tamen poteſt dare Dimiſſorias, vt per Abbatem, *in capit. 1. in fin. de translatione Prælatorum*, quem ibi omnes ſequuntur, & idē dicit de Abbate exempto, & elegantiſſime ad propoſitum plura allegando id defendit Compilator repertorii. Felynus, *litera E. verſicul. Epiſcopus electus, confirmatus non conſecratus*, vbi poſtquam dixerat quod talis Epiſcopus, nō eſt Epiſcopus, addit, quod poteſt exercere omnia, quæ pertinent ad Epiſcopalem iuriſdictionem. Et licet nō poſſit ordinare, poteſt aliis committere ordinationes Clericorum, quemadmodum rector Parrochialis non ordinatus, licet ipſe per ſe non poſſit administrare Sacramenta, poteſt tamen aliis committere adminiſtranda; quia ad ſuum officium, & Iuriſdictionem pertinet, & dicit ſe ſic Venetiis conſuluiſſe. Faciunt plura, quæ de Epiſcopo electo tradit Decius, *in capit. Cante. 1. notabili de reſcript. & in capit. etſi Clerici, §. de adulteriis, numero 150. de iudiciis*, vbi poſt Abbatem, aliqua dicit, ſed nouita explicar, *vt dictus Additionator*: Igitur idem erit in dicto Abbate; quia eadem ratio eſt, cum habeat eandem Iuriſdictionem, quam habet dictus electus confirmatus, non conſecratus, & ſi Abbas nō eſt Epiſcopus, nec etiam electus, vt omnes ſupra dicti plura iura, & gloſſas allegando, dicunt.

Itidem confirmatur; quia † talis Abbas poteſt indulgentias dare, quæ ſolitæ ſunt dari ab Epiſcopis, & poteſt dare commendatitias ſuis Clericis, & exercere per alium ea, quæ ſunt ordinis Epiſcopalis, *per text. in cap. accidentibus de exceſſibus Prælatorum*. Antonius de Roſellis, *in tractatu de indulgentiis, numero trigeſimo quarto*. 12

Et poteſt viſitare † per ſe aut ſuos viſitatores, vt per Pariſ. *vbi ſupra*, Pauinum, *in tractatu de viſitatione, 1. part. quæſt. 2. per totam*. 13

Et poteſt ordines † minores conferre ſubditis ſuis, *capit. Abbatis, priuileg. in 6. gl. in cap. 1. de temporibus ordinat. in 6.* Rebuff. *in ſua praxi lib. 1. tit. de Clericis, & à quibus, num. 14.* 14

Et poteſt vnire † Eccleſias. Caccialupus, *de Vnionibus, artic. 3. à num. 21.* gloſſ. & Doctores, *in Clementina prima, §. ad hæc de ſtatu Monachorum*; Rebuffus, *in dict. praxi lib. 1. titul. de Vnionibus, num. 33.* & Petrus de Peruſio, *in tractatu de Vnionibus, cap. 3. & 4.* & Lancellot. *in ſua inſtituta Canonica lib. 2. titul. de Vnionibus, §. vſque, & ſequitur, & §. non tamen & in gloſſ. verb. inferiores*, & late Gambara, *in tractatu de Legato, p. 4. cap. de poteſtate legati in vniendo, num. 16.* Vbi ſine ratione id limitat in diſmembratione, cum in tali Abbate nullo iure probetur, & ea ſemper concedatur Epiſcopo, quid mirum, ſi & Abbati habenti Epiſcopalem iuriſdictionem? 15

Et etiam poteſt † Eccleſias commendare, ad modicum tempus, quemadmodum Epiſcopus, vt per Rebuff. *in d. praxi, tractatu de commendandis à num. 45.* & Pauinus, qui loquitur, *in capit. ſede vacante in dict. tractatu de poteſtate, cap. ſede vacante, 2. p. quæſt. 3.* licet contrarium teneat dictus Gambara, *lib. 4. titul. de poteſtate Legati in commendando, num. 165.* ſed cum ipſe fateatur, quod commendare eſt Iuriſdictionis, neſcio, quomodo denegetur dicto Abbati Iuriſdictionem Epiſcopalem habenti, quemadmodum 16

non

non denegatur Epiſcopo, ſimilem Iurisdictionem habenti.

17 Item etiam poteſt † diſpenſare, pro non reſidentia, in caſibus, in quibus Epiſcopus, *capit. relatum de Clericis non reſidentibus*, notat Rebuff. *in dict. praxi titul. diſpenſatio de non reſidendo, num. 41.*

18 Poteſt etiam diſpenſare † in caſibus, in quibus Epiſcopus, ex Innocent. *in cap. ſtatuimus de maiorat. & obedientia.* Petrus Gambara, *in dict. tractatu, lib. 10. num. 432.* & idem Pauinus, *vbi ſupra, 1. part. quaſt. 5.* & caſu, in quibus Epiſcopus diſpenſare poteſt, vide per Abb. Decium & Doctores, *in cap. at ſi clerici cum. §§. ſequentibus de iudiciis, & deciſio. 6. de Reformatione ſeſſione 24. & capi. 7 ſeſſio. 14 Sancti Concilii Tridentini.* vbi Epiſcopus diſpenſat in omnibus irregularitatibus, & ſuſpenſionibus, ex delicto occulto prouenientibus, niſi ſint ad forum contentioſum deductæ, & niſi ex homicidio voluntario prouenient, ad quas nouas deciſiones vide omnino dictum Petrum Enriquez Ieſuitam, *in ſua Summa libr. 13. capit. 14. per totum & li. 13. capit. 57. num. 4. & libr. 12. cap 3.* & fratrē Emanuel Rodriguez, *in ſua Explicatione Bulla, fol. 108. & 109. & 110. cum ſequentibus*, & Simonem Maiolum, *in tractatu de irregularitatibus, lib. 5. capit. 51. a nu. 4. ſequentibus*, vbi late ponunt, quando, *ex virtute dictarum nouarum Deciſionum*, poſſit Epiſcopus reualidare titulum beneficii amiſſi, ob aliqua delicta ſuſpenſionis & irregularitatis, & quando poſſit diſpenſare, in impedimentis matrimonii occultis; & quando id poſſet facere confeſſarius, *virtute dicta Bulla*, & quæ per ipſos dicuntur de Epiſcopo, intelligenda ſunt etiam in dicto Abbate ordinario, cum ea competant ratione ordinariæ Iuriſdictionis, vt eleganter videbis, *in dicto repertorio.* Felyn. *de Epiſcopo electo confirmato, & non conſecrato.*

19 Poteſt etiam † diſpenſare, vt quis ſtudendo non ordinetur, vſque ad ſeptennium, vt notat eleganter Rebuff. *in tract. de priuilegiis Scholarium*, Francum *in capit. cum ex eo, & capit. commiſſa.* & licet Canon, *de electione in 6. priuileg. 98.* quod eſt vtile ad text. *in capit. 12. de Reformatione ſeſſion. 7 dicti Concilii*, ſed opinio Franci falſa eſt, & contra iura expreſſa, cum id competat ratione ordinariæ Iuriſdictionis, vt Franeus fatetur, & competat electo, & capitulo, & aliis habentibus iuriſdictionem Epiſcopalem, licet non Epiſcopis, & ſic ipſe dicit de conſuetudine ſeruare in Abbatibus, & contra eum gloſ. & fere omnes ibi tenent, obiter tamē aduerte, quod ad hoc, vt abſentes, cauſa ſtudii, excuſentur ab ordinationibus, & a non reſidendo, durante tempore ſtudii, debent licentiam petere ab ipſo ordinario, & debent ſtudere in ſtudiis generalibus, puta in Vniuerſitatibus approbatis, vt omnes ſupradicti fatentur. Aduerte etiam, quod per proprium Motum Pii V. felicis recordationis diſpoſitum eſt, quod diſpenſationes de non reſidendo, prætextu ſtudii, non ſuffragentur, niſi accedat conſenſus ordinarii; *& eſt inter collectionem motuum nouam folio. 498. motu. 29.* vbi Additio dubitat, an quādo quis ſe abſentat cauſa ſtudii, ſit neceſſaria ordinarii licētia, & tādem ſe remittit ad cōſuetudinē, ſed iure verius erat licentiam requiri, licet de conſuetudine in ordinatis, in pluribus Epiſcopatibus, non ſeruetur.

Prætetea Abbas dat licentiam prædicatoribus ad prædicandum in ſuo districtu, & eos examinat, & approbat, vt per Angelum Clauaſium, *in ſua Summa verb. pradicare*; quemadmodum facit Epiſcopus, ſine cuius licentia, & approbatione non poſſunt aliqui prædicare, ex Maiolo, *de irregularitate lib. 3. cap. 23. num. 17.* Card. *in Clementina dudum ſepulturis*, text. & ibi Doctores, *in c. excommunicamus. §. quia vero de hareticis.* Syluester, *verb. pradicatores per totum.* Nauar. *in ſuo Manuali Latino, cap. 25. num. 143.* Cōradus Brunus, *in tractat de hareticis. c. 4.* Simancas, *de inſtitutionibus Catholicis. capit. 46.* imo & fratres non poſſunt prædicare, niſi approbati & examinati a ſuo prælato, & præſentati Epiſcopo, aut dicto Ordinario, *ex c. 2. de Reformatione ſeſſio. quinta, dicti Concilii, & proprio Motu Leonis X. folio. 186.* & licet Pius V. *in quodam ſuo*

proprio Motu, id limitauerit, *in mendicantibus*: tamen Gregor. XIII. id reduxit, *ad terminos Iuris Communis, & Concilii Tridentini*, & ſic debent Ordinario præſentari, & ab eo veniam ſeu licentiam petere, niſi in Eccleſijs ſui ordinis, ex ſuis priuilegiis, lector tamen non debet examinari, vt declarat Additio. *ad dictum proprium Motum Leonis*, & ad quem officium prædicandi pertineat, vide cum Alexan. de Ales, Maſcardum, de Suſannis, *in tractatu de Iudæis, capit. 4. numer. 24. & in tractatu de cælibatu ſacertodum, capit. tertio, num. 11. & de Quæſtoribus; an poſſint prædicari*, vel debeant examinari ab Ordinariis, & examinari eorum priuilegia & Bullas. Vide incertum auctorem, *in forma procedendi contra Inquiſitores de hæreſi, numer. 498. tomo. 11. tractatuum Nouorum, part. ſecunda, folio. 411. & vide proprium Motum Pii Quinti*, vbi tollit *Quæſtores, & titulum. 9. lib. 1 Recompilat.* & ibi Acebedo, *& Concilium Tridentinum, ſeſſione. 5. capit. 9. de Reformatione*, & Deci. *conſilia. 277.* Auileſ. *in capit. Pretorum, capit. 51. verb. Ni conſentir*, & Acebedo, *in l. 37 titulo ſexto, libr. tertio, Recompilatio.* vbi refert Bullam Alexandri Sexti, *de Quæſtoribus*, & tex. & ibi Doctores: *in Clementina abuſionibus de pænitentiis*, & Alban. *de Conciliis part. 2. §. 33.* & Summiſtas vero qui eſtor, & patrem Enriquez, *in dict. Summa lib. 7. c. 29. & capit. 20. num. 3.* & vtrobique gloſſas, & omnes concludunt, quod dicti quæſtores non poſſunt prædicare, abſque dicta licentia, & quod quæſtę, & indulgentiæ debent examinari ab Ordinario, & antea non poſſunt publicari, & dictus Enriquez ait declaraſſe Sixtũ V. & Grego. XIII. Summos Pontifices, felicis recordationis, quod Abbates poſſunt publicare ſubditis ſuis; at vero in his Regnis *ex leg 13. titulo. 10. lib. 5. Recõpil.* omnes indulgentiæ, quæſtæ, & iubilæi debent prius, antequam publicent, examinari a Commiſſario Cruciatæ, & a ſupremo Conſilio, & Ordinariis, & imponitur pœna aliter publicantibus, & ſic practicatur, & ad id quod diximus, quod fratres in Eccleſiis ſui ordinis poſſunt prædicare, dicta venia non petita, videndus eſt dictus Enriquez, qui idem tenet, *dicto lib. ſeptimo, capit. 28. litera C.* Imo etiam vult, quod Parrochus, abſque dicta licẽtia, poteſt admittere regularem aut virum doctum, vt bis aut ter prædicet in ſua Parrochia, & quod Mancius, & alii Theologi ita tenuerunt, & quod non eſt neceſſaria regularibus licentia Ordinarii, ſed ſolum quod licentiati, examinati, & approbati a ſuis Prælatis, præſententur Ordinario, & ſic declarat. *capit. 4. ſeſ. 24. dict. Concilii.* De quo nunc non diſputamus.

Amplius † poteſt dictus Abbas be- 21
neficia ſimplicia & curata conferre, vt per text. *in cap. 2. & cap. fin* & ibi gloſ. Archidiacon Dominic. Cardin. Præpoſitus, & omnes. *16. q. 4* notat Pariſi. *conſilio 35. num. 8 & 9. lib. 4* & conſtat, ex Abbate, *in cap. audiuis, de præſcriptionibus, in dict. cap. cum dilectus, & in d. cap. ad hæc.* vbi declarat, ad quam legem pertineat collatio beneficiorum, & notatur per gloſſ. & Doctores, *in dict. cap ſi Papa de priuilegiis in 6* & Rebuff. *conſil. 134.* gloſ. & Doctores, *in dict. Clementina prima, de rebus Eccleſiæ*, & poteſt interponere auctoritatem in permutationibus, & reſignationibus ſimplicibus, vt per Rebuff. *in ſua praxi, tit. de permutatione. lib. . num 20.* Et hodie iam congregatio illuſtriſſimorum Cardinalium, qui præſunt interpretationi Concilii Tridentini declararunt, *capit. 18. de Reformatione ſeſſione. 24.* quod loquitur de modo prouidendi Eccleſiæ Parrochiali vacanti, intelligi etiam debere in dicto Abbate ordinario, & ita in cauſa inter Abbatem Sancti Facundi, & Epiſcopum Legionenſem a Rota deciſum eſt, & ſic quotidie dictus Abbas confert dicta beneficia, & ponit Edicta, & admittit concurſum, & nominat examinatores. Imo licet ex proprio Motu Pii V. illis & omnibus Ordinariis prohibitum eſſet, ne reſignationes, etiam ſimplices, nec permutationes beneficiorũ admitterent, corrigendo ius commune, is tamen rigor moderatus eſt à dicto Pio, *folio nonageſimo quinto, libro paruo horum Motuum.* Et conceſſum Ordinariis admittere in certa forma,
& per-

& permutationes ſimpliciter ſecundũ ius commune, & ita conſtat; *ex verſi. ad hæc*, & ibi, & in hiis duobus proproptiis motibus, non ſolum loquitur de Epiſcopo, ſed etiam de aliis habentibus ius conferendi, & ſic de noſtro Abbate. Et de hoc dubitandum non eſt.

22 Amplius dictus † Abbas Ordinarius eſt Exequutor omnium vltimarum voluntatum ad pias cauſas, quemadmodum Epiſcopus; quia hoc eſt Iuriſdictionis, ex Abb. Anchar. Barbatio, & omnibus, *in capit. Ioannes de teſtamentis*, & ibi Couar. *numer. 1.* qui omnes affirmant, quod Diœceſani appellatione Abbates, habentes Epiſcopalem iuriſdictionem, continentur, vbi eſt eadem ratio, ſequitur; & plura allegat Marienzo, *in l. 14. glo. 1. num. 46. tit 6. lib. 5. Recompil.* Ex quo infertur ad deciſionem text. *in cap. 8. & 9. de Reformatione, ſeſſione. 22. dicti Concilii*, in qua deciditur, quod Epiſcopus ſit Executor omnium piarum diſpoſitionum & teſtamentorum, & poteſt viſitare Collegia pia, Fraternitates, & Confratrias, quod etiam habeat locum in dict. Abbate, ex idẽtitate rationis. Et ſic practicatur, atque iura de viſitandis confratriis videndus eſt omnino Pariſ. *conſil 34. libr. 4.* cuius dicta fere hodie ceſſant, ex dipenſatione, *dicto c. 8.* niſi aliud Teſtator diſpoſuerit, cuius voluntas ſeruanda eſt, vt per Pariſium, ibi, & etiam in dicto Abbate poſſunt verificari & intelligi, *deciſiones capitulorum. 5. & 6. dictæ ſeſſionis, & informationis*, vbi diſpenſationes & commutationes vltimarum voluntatum debent committi Epiſcopis. Nam etiam debent committi dicto Abbati Ordinario, cum eiuſdem rationis ſit, ex ſupradictis, imo & omnia iura illius reformationis ad eum extenduntur, *ex dicta Iuriſdictione & rationis identitate*, & quia appellatione Epiſcopi venit alius Ordinarius, quando identitatis ratio concurrit, vt dictum eſt. Et amplius dicetur.

23 Amplius dictus † Abbas Ordinarius poterit ſubditos ſuos viſitare, ex eleganti conſilio Oldrad. *116. incipit: Prima quæſtio eſt, in fine.* ſequitur Albericus, *in ſuo Dictionario litera A. fol. ſecundo, colum. 3. in principio*, ſequitur etiam Dominicus, *in cap. 1. §. hanc autem de cenſibus in 6.* Millius, *in ſuo Repertorio verbo Archidiaconus*, Aufrerius, *deciſione Capellæ Toloſanæ. 187.* refert alia Gregor. Lopez, *verb. De coſtumbre, in l. 1. tit. 11. part. 1.* & inferior id poteſt conſuetudine acqurire, at dicunt ſupradicti, & notatur, *in dict. c. auditis de præſcription.* quam conſuetudinem dictum ſacrum Concilium approbauit, *in cap. 3. de Reformatione, ſeſſion. 24.* vbi loquitur in Archidiaconis, & aliis Inferioribus. Abbas vero, de quo agimus, cum habeat Iuriſdictionem priuatiuam, alio modo habet ius viſitandi, ſcilicet, vt Ordinarius, ex Oldrad. *vbi ſupra.* Vnde ipſe non tenetur ſeruare formam traditam Archidiaconis, & aliis Inferioribus, cum ipſe non ſit Inferior nec ſub Epiſcopo, & poteſt nominare ſuos viſitatores, vt ex Pariſ. *ſupra diximus.*

Nec ipſe poterit † viſitari ab Epiſcopo, vt Apoſtolico Delegato, virtute deciſioni, tex. *in c. 9. de Reformatione ſeſſio. 24. dict. ſancti Concilii*, quia text. ille limitatur in habente Epiſcopalem Iuriſdictionem, & habente temporalem laicam in locis ſibi ſubiectis, *ex deciſio. text. in capit. 11. de Reformatione, incipit in Monaſteriis in fin. ſeſſione. 25. dicti. Concilii, & in Curia Romana practicatur*, quod quælibet Iuriſdictio temporalis, etiam limitata, ſufficiat, & ita Rotæ Iudices dereuerunt, *in dict. cauſa interdictum Epiſcopum, & Abbatem*, cui ius viſitandi competere declararunt; & non poſſe a dicto Epiſcopo loca illi ſubdita viſitari, ſed quid rationis addat, habere Iuriſdictionem temporalem. Adhuc non declaratum eſt. 24

Poteſt etiam † Abbas cognoſcere de cauſis matrimonialibus & criminalibus & beneficialibus, cum hæc omnia ad Iuriſdictionem pertineant, & ipſe in omnibus habeat Epiſcopo excluſo, quęranturque eum præſcriptione territorii, vt per Innoc. & Abb. per text. ibi, *in dict. capit. auditis*, & per Abbat. & Antonium de Butrio, *in capit. accedentibus de exceſſibus prælator.* Nec in Abbate 25

Ordinario hoc cotrectum eſt, *ex deciſione tex. in cap. 20. ſeſſio. 24. dicti Cancilii de Reformatione*, vbi Inferiores prohibentur de hijs cauſis cognoſcere: nam text. ibi loquirur de Inferioribus; & Epiſcopo ſubditis, & non habentibus priuatam Iuriſdrctionem, & ſic in Curia Romana intelligitur & practicatur, quod non bene declarauit Doctor Xuarez de Paz. *in ſua praxi tomo. 2. præludio. 1. num. 3 4. 5. & 6.* qui abſolute omnibus prælatis, citra Epiſcopum, dicit prohibitum cognoſcere, de dictis cauſis, exceptis prælatis Ordinum Militarium, & quod ſic declaratum eſt in ſuptemo Concilio. Eſt enim intelligendus de prælatis non Ordinarijs, alias malediceret; & noſter Abb. maiotem Iuriſdictionem haberer, quam Prælati Ordinum militarium, cũ faciat Synodum.

26 Præterea dictus † Abb. poteſt remittere ex cauſa, quemadmodum Epiſcopus monitiones, de quibus, *in deciſione. 1. de Reformati. ſeſſion. 24* nam & hoc Iuriſdictionis Ordinariæ eſt, & ad Ordinariũ ſpectat, ex dicta deciſione, in cuius propoſito id tenet dictus Pater Henriquez; *in dict. Summa libr. 11. capit. 5. numer. 6.* Nauarr. *conſilio. 1. tit. de ſponſalibus, lib. 4.* & cõfirmatur, quia Vicarius Generalis Epiſcopi nihil amplius habet, quam Ordinariam & Epiſcopalem iuriſdictionem; & tamẽ poteſt ex ca relaxare dictas monitiones, quemadmodum Epiſcopus, vt tenet Salzedo, *in Additionibus ad praxin Bernardi Diez, capit 74. litera. D.* & Seguta, *in ſuo Directorio iudicum Eccleſiaſticorum. 2. part. capit 16 numer. 1. 2. & 3.* & Veracruz *in appendice ad Speculum coniugiorum, folio.* 4. & dictus pater Hentiquez *vbi ſupra.* Licet ipſe ſpeciale mandatum, & cõmiſſionem tequitat, & dicit ita declaraſſe congregationẽ dictorum illuſtriſſimorum Catdinalium anno. 91. & contrarium tenuit Menoch. *conſilio. 69. num. 55. lib. 1* Cephal *conſilio, 422 numer. 72. libr. 3.* & Doctor Xuarez de Paz. *in dicta praxi tamo 2. præludio. 3. a numer. 11.* qui omnes fundantur in grauitate cauſæ; & quia ſacrum Concilium Epiſcopo ipſi committit, & eius arbitrium & induſtriam exigit, de qua confidit: & ideo alii non poteſt committere vel delegare, nec in generali commiſſione cõtinentur, quæ tantam grauitatem præ ſe ferunt, cui rationi teſpondet abunde Salzedo, *vbi ſupra.* Sed quidquid ſit de harum veritate opinionum ſat eſt, quod ex multis Conciliis Prouincialibus, & Conſtitutionibus Epiſcopatuum id multoties Vicariis denegatur, licet in praxi opinio Salzedi, & aliorum, vbi non eſt contraria Conſtitutio, ſeruetur, quam ſemper vidi ſeruari. Et in noſtro caſu, omnes admittunt in Abbate, aut alio iuriſdictionem Epiſcopalem habente.

Tum etiam † poterit, & poteſt dictus 27
Abbas Ordinarius darẽ licentiam alieno Epiſcopo, Pontificalia in ſuo diſtrictu exercendi, vt in electo abunde, *in dicto Repertorio*, Felyn. inuenies, & per Doctores; *in dict. capit. 1. de translatione Prælatorũ*; quia hoc eſt ordinariæ Iuriſdictionis, *vt in dict. capit cum dilec. us, per Abb. & Concilium ſeſſio. 6 de Reformatione, cap 5.* ſolum licentiam Ordinarij requiri ad hoc, vt quis poſſit Pontificalia exercere in diſtrictu alterius, & text. *in capit. 2. de Reformatione ſeſſione. 14.* qui loquitur de Epiſcopis titularibus, ſolum etiam licentiam Ordinarii requirit, aut proprij Prælari ibi, *niſi de loci Ordinarii expreſſa licentia*, & ibi, *abſque ſui proprii Prælati &c.* Cum igitur Abbas ſit Ordinarius, ſufficit ſua licẽtia in ſuo diſtrictu, aliter nullus eſſet, qui poſſir eam dare Nam, cum Epiſcopus in diſtrictu Abbatis, Iuriſdictionem Epiſcopalem habentis, nõ poſſit Pontificalia exercere. *tex in c. lum. in ſo*, & ibi Doctores, *18. q 2.* hic tant Doctores, *in c. 1. de verb. ſignif. li. 6.* nnoc *n. in c. 1. tri de priuileg.* notat late Roland a Valle, *conſi. 12. a num. 23 cum ſequen. lib. 3.* & facit. *9. quæſt. 2. per totam*, notatur etiam, *in dict. cap. Abbates, de priuilegiis in. 6.* nimirum, etiamſi non poſſit aliis licentiam dare, & confirmatut; quia Capitulum ſede Vacante, quod ſolum habet Epiſcopalem Iuriſdictionem, poteſt date dictam licentiam, ex vi Iuriſdictionis, gloſſ. *in c. ſi Epiſcopus, de ſupplenda negligentia Prælatorũ in 6.* Abbas, *in c. is qui de ma-*

tori-

ioritate, & obedientia, Pauinus, *in tractat. de Poteſtate capituli Sede vacante. 1. part. q. 3.* Igitur idem erit in Abbate, qui etiam, *ex d. cap. 2. Reformationis*, poterit dare licentiam Epiſcopo titulari, exercendi Pontificalia in ſua Diœceſi, & ipſe ſibi poterit ordinare eos, qui ſunt alterius Epiſcopatus, cum literis dimiſſoriis ſuorũ prælatorum, vt conſtat, *ex dict. c. in fin.* & licet, *ex deciſione text. c. 11. de Reformatione*, dimiſſoriæ debeant dirigi, Epiſcopo reſidenti, aut pro eo Pontificialia exercẽti, ſatis verificantur in Epiſcopo exiſtẽti in res orto dicti Abbatis, & ibi ordinante ex eius licentia, cum tunc iuſte pro eo Pontificialia exerceat, vt in electo dixit *dictum Repertorium*. Et quia etiã vbi eſt identitas rationis, vt hic appellatione Epiſcopo continetur dictus Abbas, ex Franco, *in dict. c. cum ex eo, num. 3.* vbi allegat Dominicum. & alios, & cum caſus accidiſſet ſic conſului & cauſa ad Rotam delata, abſolutus eſt quidam ordinatus, *in dict. Abbatia cum dimiſſoriis ſui Epiſcopi conceſſis, in forma dicti Concilii.*

28 Debet etiam dictus Abbas, ſicut & Epiſcopus ad Concilium generale, ſeu prouinciale admitti, & citari & vocari, & in eo habet vocem deciſiuam, ratione Iuriſdictionis, vt in magnis Abbatib. concludit Abbas, *in quæſt. 10. dub. 2. num. 28. per text. in capi. conuenientibus. 1. quæſt. 7.* qui, iudicio meo, non bene probat ſentit Villadiego, *delegato. ca. 10. a num. 4.* notat idem Abb. *in cap. ex ore. de priuilegiis* Campegius, *in tract. de Conciliis. cap. 7. a num. 1.* Licet contrarium teneat Iacobatius, *in tractat. de Conciliis lib. 2 ar. 2. a num. 38.* ſequitur Alban. *in eodem tractat. par. 1. cap. 6. nu 3.* quorum opinio magis in praxi ſeruatur.

29 Item dictus † Abbas, ſicut Epiſcopus Synodum facit, & Conſtitutiones Synodales, Balb. *in tracta. de præſcriptio. 1. par. partis. 5. q. 11.* Boteus, *in tractat. de Synodo. part. 2. a nume. 40.* Abbas, & omnes, *in d. c. auditis.*

30 Item Abb. & Epiſcopus † æquiparãtur ad hoc, vt in eorum locis debeant habere ſtudia, & lectiones Sacræ Scripturę, vt per Conradum Brunum, *in tractа. de hæreticis. c. 5. a num. 18.* & concordat tex. *in c. de quibuſdam, diſtinct. 37. & c. 1. de Reformatione ſeſſ. 5. dicti Concilii*, quod optime cõducit ad deciſionem de ſeminariis habendis, quæ etiam debent intelligi, in d. Abbatib. vt audio declaraſſe dictos illuſtriſſimos Cardinales, & vide Ang. Clauaſ. *in ſua Summa, verb. Magiſter, nu. 7. 8. & 9.* & Sylueſt. *verb. Doctor. quæſtio. 8. &* tex. & Doctores, *in Clementina. 1. de Magiſtris*, & tex. *in Clementina, ne in agro de ſtatu Monachorum*, & Abb. & omnes, *in cap. fin. de his, quæ fiunt a maiori parte cap.* & Horatium Luciũ. *in tract. de priuileg. Scholarium, priuilegio. 91.* vbi tractant, quando Abbas, Epiſcopus, aut alius Prælatus teneatur ad dicta ſtudia, & quibus expenſis.

Igitur, vt ad propoſitum † redeamus, 31
ſi Abbas, vt Ordinarius ſupra dicta omnia facere poteſt; quia ſpectant ad ordinariam Iuriſdictionem: Quid mirum, ſi etiam poſſet dare dimiſſorias quæ etiam ad eandem Iuriſdictionem ſpectãt? maxime, cum & dictus Abbas ſit perſona valde in dignitate conſtituta, cui & delegationes committũtur, vt diximus, *in noſtra quæſt. 4.* & cui poſſunt cauſæ graues committi, *vt in dict. cap. conuenientibus*, & qui ſortitur Locum poſt Epiſcopum, ante alias dignitates, late Menoch. *in conſi. 52. a num. 130. lib. 1.* Marſilius, *columna in tractat. de Eccleſiaſticis redditibus, num. 7.* Selua, *de beneficiis p. 1. q. 2. num. 85* & confirmatur; quia Epiſcopus, in Eccleſiis, *pleno iure* Abbatibus ſubiectus, nihil poteſt exercere, vt per Corraſ. *in tract. de beneficiis, cap. 9. num. 15.* Menoch. *conſi. 6. num. 15. lib. 1.* & cum Aretino, & aliis Viuius, *deciſio. 314. a num. 6.* faciunt, quæ Decius de clauſula *pleno iure*, notat *in cap. cum plantare. §. in Eccleſiis de priuilegiis.* Calderin. *conſ. 12. t. de donatio. aut priuilegiis, facit conſilium Roman. 79. num. 1.* Igitur ex his concludendum eſt, quod dictas dimiſſorias dare poteſt. Et ſic pars affirmatiua verior.

Tandem † his hinc & inde viſis, in 32
puncto iuris communis, hæc pars vltima verior videtur.

Sed in terminis *ſacri Concilii Tridenti-*

ui in d. capit. 10. de Reformatione, ſeßione. 23. dubia admodum eſt, & ſi probabilis videatur: nam ad dictam deciſionem tripliciter reſponderi poteſt: Primo, quod dictus Abbas, eſt ipſe Diœceſanus, *vt d. eſt*, & habet ipſe Diœceſin, ſcilicet, loca ſubiecta, & viſitat, & facit Synodum, Diœceſis non nihil aliud eſt, quam diuiſio, & gubernium, vt per Quinctilian. Mandoſium, *ad regulas Cancellariæ, regula. 16. q. 4.* At vero diſtrictus Abbatis diuiſus eſt a diſtrictu Epiſcopi, & eius diſtrictus eſt eius gubernium. Vnde Diœceſis dici poteſt, & ipſe Diœceſanus, & ſi ipſe Diœceſanus eſt, non poteſt dici, quod exiſtit in aliena Diœceſi, quemadmodum nec Epiſcopus vnius Epiſcopatus, etiamſi ſuus Epiſcopatus eſſet intra Epiſcopatum alterius, non poteſt dici, exiſtere intra illius Diœceſin; quia locus liber & exemptus, intra Diœceſin iudicatur, vt extra Diœceſin, iuxta glo. verb. *Et earum parte, in Clementina. 1. de foro competenti*, ſequũtur Ioann. Andr. Geminia. Francus, & alii, *in cap. vt animarum. §. ſtatuto, de cõſtit. in 6.* & loca quæ ſunt in Diœceſi habentia Dominium ſeparatũ, nõ dicuntur eſſe de illa Diœceſi, vt per Abbatem, *in cap. nimis de iure iurand.* ſequitur Cardinal. *in Clementina. 2. §. 1. quæſt. 4. de priuilegiis.* & beneficia vacantia, in loco exempto exiſtenti, intra Diœceſin, non dicuntur vacare in Diœceſi, ex Ancharan. *in repetitione cap. ſi propter colum. 3. verſ. & iſta faciunt de Reſcriptis.* Et plura ad propoſitum congerit Rolandus a Valle omnino videndus, *conſil. 32. a num 23. cum ſequent. lib. 3.*

Sed hæc reſponſio non omnino ſatisfacit; nam verba, *ſacri Concilii*, ibi, *intra fines aliquos, &c.* & ibi, *ad Epiſcopos intra quorum Diœceſis, &c.* non patiuntur dictam interpretationem, cum iudicentur intra Diœceſin, ad effectũ illius deciſionis, loca exempta, aut Millius, quæ ſunt intra Diœceſim, & ſic non eſt locus contrariæ exiſtimationi, maxime; quia dicta interpretatio præcedit per fictionem, & verba ſtatuti in dubio ſunt intelligenda, in caſu vero, & non in caſu ficto. *l. 3. §. hæc verba*, vbi Bart. *ff. de neg. geſt.* latiſſime Rolandus, *conſi. 62. a num. 13. lib. 3.* Et quando verba ſunt clara, & ſenſus manifeſtus, nunquam interpretatio facienda eſt, vt melior ſenſus exiſtat, vt per eundem Roland. ibi, *num. 22.* Quare ſecundo reſpõdent aliqui, quod tex. ille loquitur de Abbate non Ordinario, ſed prætendente ius, ex conſuetudine, priuilegio, aut præſcriptione, ſed Abbas Ordinarius non prætendit ius, ex priuilegio, aut conſuetudine, ſed ex vi ordinariæ Iuriſdictionis, ſed hæc reſponſio, licet videatur aures demulcere, falſa eſt; quia præſupponit Abbatem non ſe fundare in præſcriptione, conſuetudine aut priuilegio: nam cum Epiſcopus ſit ſuapte natura ſuperior & Ordinarius, ex tex. *in cap. cum Epiſcopus, de Officio Ordinarii in 6.* Abb. vero id non habeat a ſua dignitate, & ſuapte natura, ſed illi ſit aduentitium, eſſe Ordinarium, vel ex priuilegio, vel ex præſumptione iuxta notata, *in d. c. auditis*, non video, quare etiam dare dimiſſorias non competat illi, ex dicto priuilegio, aut præſcriptione; quia tantum poſſeſſum, tantum preſcriptum, ex Balbo in propriis terminis, *vbi ſupra.* Vnde annullatis priuilegiis, præſcriptionibus, & conſuetudinibus generaliter, non video, quare in hoc caſu nõ cenſeantur ſublatæ, maxime cum dicta deciſio loquatur per verba geminata, quæ arguunt maiorem expreſſionem, *ex l. Baliſta*, & ibi Auctores. *ff. ad Trebellia.* & per verba, *quibuſuis*, aut *quibuſcunq.*, quæ omnia comprehendunt, licet alias non comprehenderentur, vt latiſſime & elegantiſſime notat Mandoſius ad Roman. omnino videndus, *conſi. 37. verb. quacunq. cauſa*; tum etiam dicta deciſio loquitur de capitulo Eccleſiæ Cathedralis, quod conſtat habere ordinariam Iuriſdictionem, ſede vacante, & nihilominus auferre ab illo poteſtatem concedendi dimiſſorias. Vnde conſequens eſt, quod etiam intelligitur in concedẽtibus, virtute ordinariæ Iuriſdictionis. Et ſic dicta reſponſio eſt omnino falſa.

Quare tertiam † cogitaui addere re- 33
ſponſionem, ſcilicet, quod generalitas illius deciſionis reſtringatur, & limite-

tur

tur in dicto Abbate Ordinario, iuriſdictionem Epiſcopalem habēte, Epiſcopo excluſo, & habente ptoprium diſtrictum, & faciente Synodum, & omnia, vt Epiſcopum gerente; nam cum hic caſus ſit rarus, & dictus Abbas, cum habeat Iuriſdictionem talem perpetuam, & iure proprio ſit maior, quam Capitulum dictum ſede vacanre, & ſit magnus Abbas, & in omnibus ſimilis Epiſcopo, & pauci Abbates hoc modo reperiantur, & in Hiſpania ſit, quaſi ſolus dictus Abbas ſanctificandi. qui in nullo Epiſcopum recognoſcit, & in Gallia. Abb. Cluniac-nſis, & in Italia Abbas Montis Caſini, & alii perpauci Ordinis Sancti Benedicti, quod non debebat includi in dicta generali conſtitutione ſed ſpeciali nota indigebat, ea enim, quę notabiliter fiunt, niſi ſpecialiter notentur, vidētur quaſi neglecta, *l. item apud Labeonem. §. hoc Edictum. ff. de iniuriis. cap. quia periculoſum de ſententia excommunicationis lib. 6. cap. ne aliqui de priuilegiis eo. lib.* Decius, *cōſil. 271. nume. 15.* per quæ iura tener Quinctilian. Mandoſ. *ad regulas Cancellariæ, regul. 4. q. 20. nu. 3. & reg 13. q. 5. num. 4.* quod generalis Conſtitutio, non comprehēdit ea, quæ ſpeciali nota digna ſunr; & verba generalia non includunt caſus inſolitos, de quibus non eſt veriſimiliter cogitatum. Rimin. Iuni. *conſi. 40. num. 21. libr. 1.* & verba vniuerſalia, reſtringuntur ad mentem & veriſimilitudinem, vt per eundem, *conſilio, 19. num. 30. lib. 1.* & verba ampla & prægnantia non extenduntur ad inſolida abſurda, & cum difficultate concedenda, vt per eundem Riminald. *conſi. 406. nu. 104. lib. 1.* & verba vniuerſalia ampliantur ad ea, quæ ſunt eiuſdē generis, vt per eundem, *conſil. 19. num. 54.* & reſtringuntur ad ſimilia, *dict. conſil. 48. num. 111.* & reſtringuntur, ne quis indebite damnum patiatur, vt plura allegando, concludit ipſe Hyppolitus, *conſi. 46. an. 101. lib. 1.* & verba, quantumuis præciſa, reſtringuntur ſecundum ſubiectam materiam, vt per eundem, *conſi. 59. num. 81. lib. 1.* & verba generalia non extendūtur ad ſpeciales cauſas, res, vel perſonas, vt notatur per Curtium Rimin. & alios, *in l. ſi de certa. C. de tranſactionibus*, notat Eugenius Peruſinus, *conſi. 13. num. 34. lib. 1.* Igitur cum cauſa magni Abbatis ſit digna ſpeciali nota, non eſt veriſimile, cōprehenſam fuiſſe ſecundum ſubiectam materiam in verbis generalibus dictæ deciſionis, ac proinde debēt in eo limitari, nonque intelligi in dicto Abbate Ordinario.

Sed adhuc † non quieſcit animus: 34
nam dictus Abbas, & ſi appareat Diœceſanus, in rebus eandem rationem habentibus, non eſt proprie Diœceſanus, vt Felyn. Abb. & Doctores fatentur, *in dict. capi. cum olim*, nec eius Abbatia proprie eſt Diœceſis, cum Diœceſes a principio ſolis Epiſcopis fuerint aſſignatæ, vt Quinctilianus, *dict. quæſt. 42.* fundauit: nec vna Diœceſis intra aliam contineatur ac gubernium limitatum ſolis Epiſcopis per ſe conueniat, aliis vero per accidens, & per alium, atque Abbatia Abbatis Epiſcopalem iuriſdictionem habentis, proprie eſt intra limites alterius Diœceſis. & proprie eſt nullius. Vnde de ea verbis claris loquitur *ſacrum Concilium*; tum verba dictæ Conſtitutionis, ſunt admodum generalia & duplicata. Vnde, ſalua ratione recti ſermonis, reſtringi non poſſunt, ex Hyppol. Riminald. Iuniore, *conſi. 19. lib. 1.* vbi plura allegat, & includunt omnes perſonas priuilegiatas, & non priuilegiatas, & quæ alias nō comprehenderentur, ex Mandoſ. ad Roman. latiſſime, *vbi ſupra*, Eugenio Peruſino, *conſil. 14. a num. 1. lib 1.* Vnde neſcio, quomodo dicta deciſio poſſit reſtringi in fauorem dicti Abbatis, certe quæſtio eſt dubia in terminis dictę deciſionis, & vtraque opinio probabilis eſt; & quia lis pendet, non amplius dico. Audiui Romæ admiſſas quaſdam dimiſſorias dicti Abbatis, & in Hiſpania plures ex Epiſcopis admiſerunt, ſed egem⁹ declaratione Pontificis, aut dictorum Cardinalium: hoc tamen mihi certum eſt, ordinatos per dictas dimiſſorias non incurrere pœnas dictæ deciſionis; quia ex ſupradictis cauſatur bona fides, & iuſta credulitas, quæ excuſat a pœna ſuſpenſionis, irregularitatis, vt per Nauar.

uar. *in cap. accepta oppoſitione. 8. numer. 32. de reſtitutione ſpoliatorum. & in Manuali Latino. cap. 27. num. 155.* idem, *in cap. cum contingat, remedio 3. de reſcriptis,* latiſſime pater Henriquez, qui plura allegat in gloſſis, *libr. 14 cap. 3. a num. 3. cum ſequentibus.* Simon Maiolus, *de irregular. capit. 13. lib. 14. & cauſa colorata excuſat a pœna,* late Menoch. *in tract. de recuperand. vel retinend. poſſeſſ. remed. 5. a num. 48. cum ſequentibus.* Et ſic concludo in hac quæſtione. Salua in omnibus Sanctę matris Eccleſię correctione, cui in omnibus me ſubmitto; & impono finem huic lib. 3.

F I N I S.

INDEX

Digitized by Google

INDEX OMNIVM NOTABILIVM, QVÆ IN HIS LIBRIS PRACTICARVM QVÆSTIONVM, ET RESOLVTIONVM CONTINENTVR, A Licentiato Antonio Gutierrez Aguado, in Conſiliis Regis Catholici Aduocato, ordine Alphabetico digeſtus.

A

Abbatiſſa, & Moniales: an ſint perſonæ Laicæ, quæſt.10.nu.2.& nu.7.

Abbatiſſa eſt capax iuriſdictionis ſpiritualis, q.10.nu.4.

Abbatiſſa, & Moniales in Parrochialibus vnitis Monaſterio: an teneantur ponere Vicarium perpetuum, vel ad nutum amobilem, q.10.nu.8.

Abſentia in dubio præſumitur, q.3.nu.4.

Aduocati Salarium, vide verbo [*Salarium.*]

Agens Iudicio poſſeſſorio de annuis præſtationibus, quid probare debeat, vt in eo obtineat, & an poſſidens teneatur docere de titulo, q.2.nu.25.& 26.

Alienatio rei, lite pendente, facta, quando valeat, q.13.a nu.14.vſque ad numerum 17.

Alternatiua & reſeruatio ceſſat, Sede Pontificali vacante, & ſolus Epiſcopus poteſt conferre, q.4.nu.51.

Anniuerſaria Hiſpaniæ, quod Maioratibus aſſimilentur, q.17.nu.24.

Anniuerſaria, ex quibus coniecturis, tanquam bona Maioratus, iudicentur, remiſſiue, q.17.nu.19.& late a nu.32.vſque ad finem.vbi per quindecim concluſiones hanc rem explicat.

Anniuerſario bona ſubiecta, Epiſcopus poteſt inalienabilia facere, & quod ad maiorem vadant, q.17.nu.47.

Anniuerſariorum cauſis in iudicandis Iudex quemadmodum ſe habere debeat, quæ.17.nu.fi.

Appellari non poteſt ab Executore penſionis, quoad effectum ſuſpenſiuũ, & quid, quando excedit, & de praxi horum Regnorum, q.12.a nu.43.vſque ad nu.46.

Appellatur ab Executore, ratione exceſſus, q.10.nu.78.

Appellari an poſſit a ſententia lata, in cauſa reformationis, penſionis, q.14.a nu.1.

Appellari a ſententia, in cauſa alimentorum, non poteſt, q.14.nu.4.10.& 11.

Appellari an poſſit a procedente ſecundum conſcientiam, q.14.nu.9.

Appellatio permittitur a ſententia lata, in articulo reſtitutionis, q.5.num.67.& quid de ſententia lata, ab Ordinario, in gradu reſtitutionis contra ſententiam Decurionum, nu.68.& 69.

Approbatio teſtamenti, vide verbo, teſtamenti approbatio, vbi de approbatione Codicillorum.

Archipræſbyteri an poſſint eſſe Executores, q.4.nu.17.

Argumentum de Feudo ad Maioratum, & de Emphyteuſi ad Maioratum, an valeat? q.16.nu.16.

Auditores & alii Regis Officiales, an Collectentur, q.21.nu.253.

Auditor Cameræ quam iuriſdictionem habeat, late declaratur, q.12.a num.2.& quod ſit Ordinarius, & non Delegatus, n.6.& quod non ſit competens Iudex in cauſis beneficialibus in 1. inſtantia, niſi a Papa aliqua cauſa committatur, nu.7.

Auditor Cameræ eſt Executor gratiarum Apoſtolicarum, q.12.a nu.12.vſque ad nu.17.

Auditor Cameræ eſt legitimus Executor literarum penſionis, & quomodo ipſe & eius Subexecutor cum clauſula: *caterum*, poſſint procedere, q.12.a nu.24.vſque ad nu.29.

Auditor Cameræ eſt Executor ſententiarum Rotæ, q.12.nu.47.

Auditor Cameræ eſt Executor obligationum in forma Cameræ, & ibi de obligatione in forma Cameræ, q.12.nu.48.

Auditor Cameræ poteſt procedere cõtra turbantes poſſeſſores beneficiorum, q.12.nu.49.

Auditor Cameræ poteſt procedere contra debentes Salaria Officialibus Curiæ Romanæ, & an ſuſpectus ſit, ſi excedit, q.12.nu.50.

Auditor Cameræ eſt generalis Executor omnium gratiarum, q.4.nu.5.

Aſſeſſorias an poſſit exigere Iudex Salariatus, q.8.§.4.a nu.1,

Aſſeſſorias an accipiant Iudices imperiti, q.8. §.4.nu.2.
Aſſeſſorias an iuſte accipiat Iudex peritus, non ſalariatus, q.8.§.4.nu.3.
Aſſeſſorias Delegatus an poſſit iuſte petere, q. 8.§.4.nu.4.& 5.late.
Aſſeſſorias an petant Iudices Eccleſiaſtici, q.8. §.4.nu.6.
Aſſeſſorias an poſſint exigere Iudices Dominorum, q.8.§.4.n.7.& quid ſi ſit conſuetudo, nu.8.& quid in Iudice recuſato? nu.11.
Aymon Crauetta, *conſ.263.* declaratur, qu.11.a nu.53.
Aditio hereditatis; an excurſu decennali præſumatur, q.23.nu.43.
Abbas habens Epiſcopalem Iuriſdictionem; an ſit Ordinarius; & an æquiparetur Epiſcopo, & contineatur appellatione Diœceſani, q.25.nu.6.7.8.& 9.
Abbas; an poſſit præſcribere iura Epiſcopalia, q.24.nu.10.
Abbas poteſt indulgentias dare, viſitare, q.24. nu.12.& 13. dare ordines minores, nu.14.venire, nu.15. cōmendare, nu.16. diſponere, n. 17. 18. & 19. & dare licentias ad prædicandum, nu.20.
Abbas poteſt conferre beneficia, q.24. nu.21. exequitur vltimas voluntates, nu.22. Poteſt viſitare, nec ipſe poteſt viſitari, nu.23. & 24. Cognoſcit de cauſis matrimonialib. & criminalibus, nu.25. Poteſt remittere Moniriones, nu.26. Poteſt dare licentiam exercēdi Pontificalia, in ſuo diſtrictu, nu. 27. Admittitur ad Concilium, n. 28. Synodum facit, n.29. Tenetur habere ſtudia, & eſt conſtitutus in dignitate, nu.30.

B

Bartoli doctrina, *in l. in teſtamento, ff. de Fideicommiſſariis libertatibus,* notabiliter declaratur, quarenus agit de teſtamento imperfecto, ex defectu publicationis, ad pias cauſas, q.1.a nu.38.& 39.
Bart. doctr. *in l. certi conditio.§. ſi nummos. ff. de cōditione indebiti,* declaratur late, qu. 2.a nu.31. vſque ad nu.35.
Bart. doct. *in l.2. ff. de exceptionib.* declaratur contra Ioan. Gutier. q.8.§.2.a nu.43. cum ſeqq.
Beneficium vnitum, quoad titulum & temporalia Monaſterio; an poſſit deſeruiri per Vicarium ad nutum amobilem, q.10. n.16.
Beneficium vnitū ad menſam Prælati; an poſſit deſeruiri per Vicarium ad nutum amobilem, q.10.nu.18.
Beneficium vnitum pleno iure; an poſſit deſeruiri per Vicarium ad nutum amobilem, q.10.a nu.2.
Beneficium vnitum Monaſterio, quando Epiſcopus poſſit facere deſeruiri per Vicarium perpetuum, non obſtantibus priuilegiis & conſuetudine, latiſſime, q.10.a nu.37.vſque ad nu.43.
Beneficium curatum; an vacet per adeptionē ſecundi, late declaratur, q.13.a nu.1. cum ſequentibus.
Beneficium, quādo vacat per adeptionem ſecundi; an poſſit poſſidens reſignare illud, late, q.13.a nn.7.
Beneficiū impetratio ante reſignationem poſſeſſoris; an valeat facta reſignatione, q.13.n. 18.& 19.
Bona Feudalia; an ſint indiuiſibilia, & ex illis inducatur perpetuus Maioratus, & vtrum militet eadem ratio in bonis Feudalibus, quæ in bonis Anniuerſariorum indiuiſibilibus, q.17.nu.12.
Bona Anniuerſarii, vide verbo [*Anniuerſaria.*]
Bona Clericorum, Eccleſiarum & Nobilium; an debeāt regiſtrari & poni in Extimo vulgo [*padron*] q.21.a nu.209.vſq; ad nu.212.

C

Capitula correctorum, an extendantur ad alios Iudices, q.8.§.1.a n.38.vſq; ad n.43.
Canonici ad reparationem Eccleſiæ æqualiter contribuunt, non conſideratis diſtributionibus quotidianis, q.21.nu.127.
Carcerari; an poſſint debitores Collectarum, q.21.a nu.144.vſq; ad nu.148.& quid ſi ſint pauperes?
Carcerantur debitores redituum Regalium, & eorum conductores, & etiam ſub Fideiiuſſoribus non relaxantur, q.21.nu.146.
Carcerari mulier pro Collectis pro Tributis aut Gabellis, de iure Regio non poteſt, qu. 21.nu.152.
Carcerari nobilis pro Collectis nō poteſt, niſi ſit conductor vectigalium, q.21.nu.152.
Carcerari impubes pro Collectis non poteſt, q.21.nu.153.
Ceſſionem facere non poteſt debitor aut conductor Gabellarum, alii vero fiſci debitores poſſunt, q.21.nu.149.
Cenſus ſunt præſtationes perſonales, q.2.nu.1.
Cenſus in poſſeſſionem nō cadit, intelligitur. *c. querelam de electione,* q.2.nu.2.
Cenſus requirit ſcripturam, & quādo contractus requirit ſcripturam, non poteſt probari per ſolutionem decennalem, q.2.n.3.& n. 34. vbi notabilis diſtinctio, nu.35.36.& 37.
Cenſus iure Canonico; an præſumatur, ex præſcriptione decennali, q.2.nu.5.& nu.38.
Cenſus præſumitur ex curſu decēnali, q.2.n.7.
Collecta imponitur Incolis, & pro quibus bonis; an pro eis, quæ alibi poſſident, q.21. nu. 54. vſque ad nu.57.& an pro mobilibus, nu. 58. Et an pro mercibus, num.59.& 60. Et an venatoribus, piſcatoribus & artificibus, nu. 61. Et an exteris, n.62. Et an maritis pro bonis vxorum, vſufructuariis, cenſuariis, legatariis,

tariis,fideicommiſſariis,ibi,num. 63. & 64.
Collectas an ſoluant Coloni,q.21.nu.65.66.& 67.
Collectari bona Anniuerſarii & Capellæ an poſſint,q.21.nu.68.
Collectari; an poſſit quis pro bonis donatis, quæ non poſſidet,q.21.a nu.69. vſque ad n. 76.vbi declaratur *lex Regni.*
Collectari an poſſit venditor pro rebus venditis,q.21.nu.76.& 77.
Collectari Incolę mutantes incolatum,quando poſſint,q.21.a nu.78.vſque ad nu.82.
Collectari vicinus nouus non poteſt, pro debitis contractis,ante ipſius Incolatum, niſi recipiat vtilitatem in futurum,q.21.nu.83.
Collectari Incola non poteſt,in loco originis, q.21.nu.84.
Collectam impoſitam pro ſoluenda condemnatione,qui ſoluere teneantur,q.21.n.85.
Collectari Incolæ iuriſdictionis non poſſunt, collecta impoſita ciuitati, vel villæ,vel eius Incolis,q.21.nu.86.
Collectis in ſoluendis, pactum an ſit ſeruandum,q.21.nu.87.
Collecta vna patri & filiis in poteſtate tantum imponi poteſt,q.21.nu.88.
Collectam intra tria millia marapetinorum, imponit Vniuerſitas, quomodo intelligatur & practicetur,late,q.21.a n.30.vſque ad nu.38.
Collectam ad ſoluenda Salaria cuſtodum,poteſt imponere Vniuerſitas,q.21.nu.39.
Collectam an poſſit imponere Iudex,q.21.a n. 40.41.42.& 49.
Collectam ciues an poſſint imponere inter ſe, q.21.a nu.43.vſque ad nu.47. vbi de Parrochianis, aut confratribus etiam explicatur.
Collectam Vniuerſitas imponit,ob vrgentem neceſſitatem,q.21.nu.48.
Collectam an imponãt Domini Vaſallorum, q.21.nu.50.51.& 52.
Collectã Collegia & artes pro neceſſitatibus artificij illius Collegij,an poſſit indicere,q. 21.nu.53.
Collecta pluribus ſocijs, quomodo imponatur,q.21.nu.89.
Collecta an poſſit imponi forenſibus,ſcilicet, alterius loci Incolis, etiamſi poſſideant bona mobilia, vel immobilia in loco, vbi imponitur Collecta,q.21.a nu.90.vſque ad n. 104. vbi ponitur regula cũ ampliationibus & limitationibus,& declarantur, *leges huius Regni.*
Collectarum diſtributio fieri debet per Peræquatores nominatos,q.21.num.106.107.& 108.& quod debet fieri extimum aut regiſtrum vulgo[*padron*]nu.108.
Collecta an imponatur per æs & librã,& quid de iure,& conſuetudine ſeruetur,q.21.a nu. 109. vſque ad nu. 121. vbi quando imponatur per capita,& ampliationes,& limitationes,nu.122.& 123.
Collectandi cauſa debet conſiderari,q.21.a n. 125.vſque ad nu.127.
Collectæ diſtributæ ab Peræquatoribus extimũ vulgo;*el padron* debet a Iudice approbari,q.21.nu.138.& debẽt citari omnes intereſſe putantes,& ſi aliquis conqueratur, debet reuideri,nu.139.& 140.& nu.141.
Collectas ad ſoluendas, terminus debet dari, q.21.nu.142.
Collectarum exactores debent oſtendere (*el padron*) ſoluentibus,ſi petãt nec poſſunt exigere ab alijs, quam ab ſcriptis,q.21. n. 143. & poſſunt pignora capere,& perſonas,q.21. nu.144.vſque ad nu.147.
Collecta impoſita ad ſoluẽdum debitum Vicino,vel litigandum, cõtra ipſum ſuper nobilitate, vel alia lite, an teneatur ipſe Vicinus contribuere,q.21.n.172.
Collectari non poſſunt Clerici,Eccleſiæ, Monaſteria,& Eccleſiaſticę perſonę;quia ab his, immunes ſunt,& a Tributis,q.21.174. Ampliatur hæc cõcluſio in hoſpitalibus auctoritate Epiſcopi erectis,q.21.nu.175.vſque ad nu.181.
Collectari confraternitates non poſſunt,q.21. a nu.182.vſque ad nu.190.
Collectari an poſſint habentes duodecim liberos,q.21.nu.255.
Collectari an poſſint excuſari, q.21.nu.262.& 263.&264.ibi:*de los de Valderas,y Antona Garſia.*
Collectis an liberetur ſocius exempti, q.21.n. 267.& an portio exempti alijs accreſcat, & quid debeat facere, ſi collectetur,& an ſint ſublatæ exemptiones,nu.268. cum ſequen.
Collectari an debeant Commendatores,q.21. nu.204.& an ſint Laici,nu.205.
Collectã imponere eſt de Regalibus & Principi competit, q.21.nu.11.
Collectam imponere, an Vniuerſitatibus cõpetat,q.21.a nu.12. vſque ad nu. 19. vbi plures leges Regiæ declarantur,& conſuetudines huius Regni.
Collectã imponere,quando ciuitas poſſit pro Salario Medici, & pro ſoluendis redditibus cenſus cum facultate Regia impoſiti,q.21.a nu.20.vſque ad 29.
Commendatores an collectentur,q. 21. num. 204.& an ſint Laici nu.205.
Concordiæ confirmatæ per ſedem Apoſtolicã non tolluntur a conſtitutione Concilii,niſi de eis fiat expreſſa mentio,q.10.nu. 45.
Conciliaris conſtitutio non derogat priuilegiis,remunerationis grãtia cõceſſis,q.10.n.46.
Congruam portionem Rectori petenti;an,lite pendente,prouideatur,q.14.nu.12.

Cōditio[*Si ſine liberis*]ab homine expreſſa, vel a lege ſubintellecta, eundem effectum ſortiuntur,q.16.nu.8.

Coniectura ex natura rei in iure valida eſt,qu. 17.nu.21.

Conatus materiam tractantes referuntur, qu. 18.nu.2.in fine.

Conatus de communi conſuetudine hodie punitur pœna arbitraria minori, quam delictum conſummatum,q.18.nu.3.

Conſules an collectentur,q.21.nu. 257.

Cæcus an liberetur a Collectis,q.21.nu.258.& 259.

Clauſula ſolita apponi de ſtylo Notariorum, an ſemper fingatur appoſita,q.11.nu.6.

Clauſula Regis Henrici quomodo intelligatur,q.19.nu.20.

Clericus primæ tonſuræ an gaudeat priuilegio fori, & non poſſit collectari, nec gabellas ſoluat,quid ſi beneficium habeat? quid ſi capellaniam?quid ſi pēſionem tamen,q.21. nu.199.

Clericus etiamſi ſponte vellet ſoluere Collectas,adhuc communitas non poteſt recipere,q.21.nu.206.

Clerici,Coloni,& filii,& familiares collectari non poſſunt,q.21.nu.207.vbi declaratur,& quid ſi Clericus emat bona in extimo poſita,an pro eis collectetur,quod non, q.21.n. 208.

Clericus an tribuat in collectis poſitis ob cōmune bonum,q.21.late plures caſus a num. 213.vſq; ad 220.Vbi de pontibus, & de ſeruitio nouo,*de los millones* , & nu. 221. de ſtudio,nu.222.vſque ad nu.225. vbi quomodo illis imponantur, & coram quo conueniatur,nu.226.227.& 228.

Clericus negotiator collectari poteſt, quemadmodum Laicus,q.21.nu.231.& nu.232.

Clericus aut Eccleſia ſuccedens Laico,an contribuant,q.21.nu.21.& nu.233. vſque ad nu. 237.vbi quando bona antea erant obligata, vide plura ad praxin notabiliora.

Clericus coniugatus,an contribuat ; quid in mendicantibus,& quid propter bellum, & quid quando Clerici poſſidēt Feuda a Rege,& quid ſi exiſtat conſuetudo?q.21.num. 244.

Clericatus an præſumatur,qu. 23.nu.75.76.& 77.

Conſuetudo an valeat,quod teſtamentum factum coram Tabellione Apoſtolico valeat, q.1.nu.14.

Conſuetudine ſublata, non cenſetur ſublata immemorialis,q.10.nu.44.

Conſuetudo quando eſt contra legem, requiritur,quod ſit præſcripta, & cum interuentione actuum, & quid iure Ciuili,Canonico,& Regio obſeruetur,q.1.nu.64.

Conſuetudo quomodo probetur, q. 1.nu. 65. vbi late,& an valeat contra legem *Nouæ Recompilationis*, & quando requiratur principis ſcientia,ibidem.

Conſtitutarius quomodo poſſit conueniri, q. 11.a nu.17.vſque ad nu.24.

Correctore mortuo,an ceſſet officium,locum tenentium,q.8.§.1.nu.37.

Creditor prior tempore,potior eſt iure, in hypothecariis priuilegium non habentibus,q. 6.§.3.nu.33. & idem eſt in Creditoribus pignus iudiciale, vel Prætorium prætendentibus,nu.37.

Creditor habens inſtrumentum publicum, præfertur habenti chyrographum, q.6.§.3. nu.34.

Creditores perſonales ſuccedunt poſt hypothecarios,q.6.§.3.nu.38.

Creditoribus omnibus præfertur Dominus bonorum extantium,vel mercium, q. 6.§. 3.nu.40.

Creditor perſonalis quis ſit,q.6.nu.2.

Creditor perſonalis an poſſit auocare ſolutum alii creditori,& quando,q.6.§.1.a nu.2.vſq; ad 8.

Creditor hypothecarius an poſſit auocare ſolutum ſecundo creditori,& quando,q.6.§. 1.a nu.9.vſque ad nu.18.

Creditor realis priuilegiatus, an poſſit auocare ſolutum,aut pecuniam ſolutam ſecundo creditori,q.6.nu.19.vſque ad nu.23.§.1.

Creditores hypothecarii, quando ſunt æquales in priuilegiis,qui prior eſt tempore, potior eſt iure,q.6.§.2.nu.25.

Creditor prior tempore cum hypotheca probata per teſtes, præfertur poſteriori, etiam in foro exteriori,q.6.§.2.nu.24.

Creditorum priuilegia referunt Doctores allegati,q.6.§.3.nu.1.latiſſime.

Creditorum alii perſonales,alii reales,alii mixti,q.6.§.3.nu.2.

Creditores, qui habent à Iure tacitam hypothecam,latiſſime numerantur,q.6.§.3.a nu. 3.vſque ad 8.

Creditores priuilegiati in hypothecis,qui ſint q.6.§.3.nu.9.vſque ad nu.22.

Creditores, qui habēt priuilegium in actione perſonali, latiſſime recenſentur, q. 6.§.3.a nu.23.

Creditores, habentes hypothecas priuilegiatas,ſunt potiores,q.6.§.3.a nu.27.

Creditores non priuilegiati, ſuccedunt poſt priuilegiatos,q.6.§.3.nu.3.

Creditor ex Cenſu redimibili,etiamſi ſit prior tempore, debet facere excuſſionem in bonis ſibi ſpecialiter ad ſecuritatem Cenſus obligatis, & non poteſt recurrere ad bona generaliter obligata,q.6.§.3.nu.21.ex ratione de qua,nu.30.Limita in Creditore prio-

ri,habente generalem hypothecam:nam iſte præfertur Domino Cenſus,in bonis ſibi ſpecialiter obligatis,n. 32. vbi in fine remittitur,an Dominus Cenſus præferatur anterioribus,quando res hypothecata fuit eius.
Curator tenetur de nouo reddere rationem, etiamſi iam legitime reddiderit, ſi minor errores probet,q.15.nu.12.
Curator,ſi non conſtat de rationibus redditis, etiamſi habeat liberationem generalem,de nouo tenetur reddere rationes, q. 15.a n.13.

D

Debitor perſonalis,an poſſit cũ bona conſcientia ſoluere ſecundo creditori, in præiudicium primi perſonalis,q.6.§.2.nu.1. vſque ad nu.10.
Debitor habens creditores priuilegiatos in actione perſonali,ſi ſoluat mala fide, ſecundo,an peccet,& teneatur ad reſtitutionem, q.6.§.2.a nu.11.vſque ad 16.
Debitor habẽs creditores priuilegiatos, & nõ priuilegiatos, in foro conſcientiæ, quibus poſſit ſoluere. Prima, & quid ſi debitor & creditor habeant bonam fidẽ,q.6.§.2.n.17.
Debitor habens creditores hypothecarios priuilegiatos,an poſſit ſoluere aliis non realibus,nec priuilegiatis,q.6.§.2.nu.18.
Debitor poteſt ſoluere cum bona conſcientia creditori chyrographario,aut qui ſolum ꝓbat per teſtes,ſi ſit prior,omiſſo alio,qui habet ſcripturam publicam,q.6.§.2.n. 19. qui præfertur etiam in foro exteriori,nu. 24. & in foro conſcientiæ,non præfertur probans numerationem per teſtes,nu.20.
Delictum ſciens committẽdum,vtrum teneatur illud reuelare,in foro exteriori, qu.18.a nu.1.cum ſeqq.§.1.per totum,& an in interiori d.q.18.§.2.per totum, & ſi non faciat, qua pœna puniatur,& plures Dd. hãc quæſtionem tractantes referuntur d.q.18. n. 25. vſque 28.vbi quatuor opiniones ponũtur, & hanc quæſtionẽ in foro exteriori,4. concluſionibus explicat a nu.30.vſque 43.& in foro conſcientiæ hanc quæſtionem 9.concluſionibus declarat,a n. 44. vſq; ad finem.
Delictum attentatum, an puniatur ac ſi eſſet conſummatum,& quando,q. 18. nu.2.& 3.
Decima non ſoluitur ex Salario Iudicis,q.8.§. 1.nu.45.Nec de Salario Aduocati, ibidem, nu.66.
Decima an debeatur ex Salario famulorum, & filiorum,q.8.§.2.nu.57.& 58.
Decima quando debeatur Tutori vel Curatori,de bonis minoris,q.8.§.3.a nu.4.vſque ad 11.
Dimiſſorias literas,quis poſſit dare,q.24.a nu. 1.vſque ad 5.
Diſpenſare quis poſſit ſuper irregularitate, q. 9.a nu.8.vſque ad 16.
Diuiſio an prȩſumatur ex curſu decennali,qu. 23.nu.44.
Diſpenſatio; an præſumatur,qu.23.nu.51.cum ſeqq.
Domini Vaſallorum;an collectentur,q.21.nu. 251.vbi vide plura ſingularia.
Domicilium;an prȩſumatur,q.23.nu.48.
Donatio;an præſumatur,q.23.nu.96.

E

Edicti appoſitio,quando in prouiſione beneficiorum ſit neceſſaria, & tunc quid operetur,q.3.a nu.53.vſque ad 59.
Electio;an probetur teſtibus ſingularibus?qu. 22.a nu.49.vſque ad finem quæſtionis.
Eligere;an quis poſſit vnum,vel plures ad Maioratum,quando abſolute facultas conceditur?q.19.a nu.35.vſque ad 40.
Emphyteoſis, an præſumatur ex curſu decennali?q.2.nu.6.& nu.39.& an ex longa ſolutione,q.23.a nu.26.cum ſeqq.
Emphyteoſis titulus præſumitur ex longa ſolutione decẽnali facta, ob cauſam Emphyteoſis,q.2.nu.39.
Emphyteoſis Eccleſiæ, quando præſumatur ex curſu decennali,q.2.nu.40.
Emphyteoſin in Monaſterium,ob remunerationem,poteſt aliqua bona dare Prouiſori, vel Aduocato,q.8.§.1.a nu.21.vſque 26.
Emphyteoticandi bona Eccleſiȩ,eſt iuſta cauſa remunerationis,q.8.§.1.nu.21.
Emphyteota principis;an collectetur,q.21.nu. 24.
Epiſcopus ſucceſſor, etiam non conſecratus, exequitur gratias directas ſuo prȩdeceſſori, ratione dignitatis,q.4.nu.75.
Epiſcopus,in beneficio vnito, non poteſt nominare Vicarium perpetuum, ſi pro bono pacis,& quietis & ceſſatione litium expediat,q.10.nu.47.
Epiſcopus,ſi ſola Vicaria eſt vnita, non poteſt ponere Vicarium perpetuum,q.10.nu.43.
Epiſcopus,ſi beneficium fuit vnitum poſt cõcilium,cum clauſula: *Deſeruiendi per Vicariũ ad nutum amobilem,ex certa ſcientia, aut Motu proprio,aut cum derogatione Concily*,nõ poteſt ponere Vicarium perpetuum, q.10.nu.49. 51.& 52.
Epiſcopus;an poſſit Vicariũ amobilem facere perpetuum, non obſtante appellatione,q. 10.a nu.75.
Epiſcopus,quando virtute Concilij Tridentini procedit,appellatione remota, ſi allegatur aliqua cauſa rationabilis,tenetur deferre appellationi,q.10.a nu.79.
Epiſcopus electus non conſecratus, quid poſſit facere,q.24.nu.11.
Emancipatio;an præſumatur,q.23. nu. 41. 42. & 47.
Exceptio excuſſionis; an admittatur, contra execu-

Executionem inſtrumenti Guarentigij,qu. 11.nu.5.

Exceptio excuſſionis;an in his Regnis admittatur,q.11.nu.4.

Exceptio reſtitutionis,aut minoris ætatis ,cõcernit iudicium proprietatis,q.2.nu.27.

Executio;an poſſit peti ſimul contra principalem & Fideiuſſorem,qui non poteſt cõueniri,abſque excuſſione,q.11.nu.32.& 33.

Executori teſtamenti, an debeatur Salarium vel decima,q.8.§.3.num.12.vſque ad 17.vbi declaratur,*lex fori & praxis huius Regni.*

Excuſati,an collectentur,qu.21.a nu.262.cum duobus ſequentibus,vbi *de los de Balderas ,y Antona Garçia.*

Exemptus,ſi collectetur, debet reclamare & proſequi,alias renuntiat immunitatẽ, quoad præterita,& quoad futura, ſi per decennium ſoluit,præiudicat ſibi in poſſeſſorio, quoad proprietatẽ,verbo,*Exemptio*,per priuilegium 30.annis perditur,q.21.nu.268.

Exempti vulgo: *Eſcuſados* ,ſunt hodie ſublati, quoad Gabellas & Collectas, quoad alia, manẽt priuilegia,q.21.n.fi. & ita practicať.

Exactores collectarum,vide verbo, *Collectarũ Exactores.*

Exactor Tributorum,ſi non inueniat emptorem pignorum, ſatisfacit illa Reipublicæ tradendo,q.21.nu.150.& nu.151.

Exactor Collectarum debet fideliter ſuum officium exercere,q.21.nu.156.& 157.

Exactor tenetur intra annum ſuam exactionẽ finire,& rationem reddere,q.21.nu. 158.& 159.& non poteſt exigere Collectas a poſſeſſore rei venditæ,ſed a venditore,nu.160.

Exactor non poteſt lucrari cum pecunia Collectarum, & ſi lucratur, totum lucrum eſt Reipublicæ,q.21.nu.162.& 163.

Exactor non poteſt compellere emptorem ad ſoluendas Collectas præteritas, q. 21.n.165. & 166.

Exactor, an teneatur pro Incola ſcripto in *Padron*,& poſtea liberato aut non effecto,non ſoluendo,q.21.nu.168.

Executores mixti Eccleſiaſtici,debent eſſe cõſtituti in dignitate,non meri,q.4.nu.2.

Executor generalis omnium gratiarum eſt auditor Cameræ,q.4.nu.5.

Executor poteſt eſſe generalis Vicarius Epiſcopi,q.4.n.6.& quid ſi habeat plures Vicarios,n.7.& 8.infertur ad quoſdam Vicarios Cõplutenſem,& Madritẽſem,& n.9.& 10.

Executores an poſſint eſſe Archipræſbyteri,q. 4.nu.17.

Executores poſſunt eſſe Guardiani fratrũ minorum & priores,q.4.nu.18.

Executor cum clauſulis denotantibus Monitionem,an teneatur aſſumere partes Iudicis,& citare partes,q.4.n.19.vſque ad n. 22. quod tenetur, ſi Tertius ſit in poſſeſſione, niſi ſit notorium,quod ſit intruſus,n.23.24. & 25. & quomodo debeat conſtare de intruſione,& n.26.de Executore cũ clauſula: [*Si tibi conſtiterit*] & ibi, nu.27.& 28.& ibi, quid de Executore in fauorem reſignatarij, opponendo ſe executioni reſignantis,& late de hoc,nu.30.

Executor Breuis non poteſt ſpoliare habentẽ titulum coloratum,q.4.nu.41.

Executor cum clauſulis ſonantibus conditionem[*Si tertius compareat*]& cũ clauſula [*vocatis vocandis*] an teneatur aſſumere partes Iudicis,q.4.nu. 31. 32.& 33.quid ſeruetur in Gallia,n.34.quid in Hiſpania,n.35.de vſu & ſtylo hodierno,n.36.quid ſi conſtet de mẽte Pontificis in contrarium,n.38.& quid de Executore cum clauſula:*abſq; vitio ſpolij*, nu. 39.& de Executore Breuis ad capiendã poſſeſſionem,nomine Cameræ Apoſtolicæ, n. 40.d.q.4.

Executor merus nominatus ab Auditore Cameræ,quando teneatur aſſumere partes Iudicis,& an poſſit recuſari,nu.42.& 43.

Executor cum clauſula[*A moto quolibet detentore*] quam Iuriſdictionem habeat, nu.44.& quando poſſit procedere, reiecta appellatione,nu.45.

Executor cognoſcit de ſubreptione Breuis, ad effectum ſuperſedendi, q.4.n.54.

Executor,an habeat Iuriſdictionẽ contra contradicentem de iure,q.4.nu.59.

Executor cum clauſula (*Inducentes*) quam iuriſdictio. habeat,q.4. n. 60. quid in Gallia, n.61.quid de iure Hiſpaniæ,nu. 62. quid de iure communi,nu.63.

Executor cum clauſula,[*Cæterum*]quid poſſit, q.4.nu.64.

Executor nominatus indefectum primi negligentis quid poſſit a nu.65.

Executoribus pluribus datis ad exequendam gratiam. Vnus in defectum alterius nõ poteſt exequi, niſi conſtito de impedimento primi,q.4.nu.66.

Executor gratiæ poteſt ſubdelegare,etiamſi ſit onerata eius conſcientia,q.4.n. 67. vſq; ad 71.tenetur tamẽ ſequi boni viri arbitrium, nu.68.

Executor ad prouidendum poteſt inhibere Ordinario,q.4.n.72.

Executoribus a iure nõ eſt præfixum tempus, niſi in gratia ſibi apponatur,q.4.nu.73.

Executoris poteſtas dati ad prouidendum, etiamſi poſſit aſſumere partes Iudicis, mortuo Papa,reintegra durat,quẽmadmodum ipſa gratia,datus vero cum clauſula:[*vocatis vocandis*]quia eſt Iudex delegatus, nõ durat reintegra,q.4.nu.74.

Executor peſtonis poteſt procedere ad executionem,

tionem,non obſtante,quod pendeat lis coram Ordinario, ſuper nullitate penſionis, q.12.a nu.30.vſque ad 37.

Executor gratiæ apoſtolicæ, quando teneatur ſuperſedere & remittere cauſam Ordinario in Prima inſtantia,q.12.a n.17.vſque ad 23.

F

FOemina accuſare non poteſt,q.7.a n.2.

Fœminę ſunt incapaces ſpiritualium,q.10. n.1.& 6.

Famuli Salarium,vide verbo[*Salarium.*]

Famulum ſuum Dominus poteſt locare alij, æque idoneo,q.8.§.2.nu.20.

Famulum ſi Dominus iratus expellat,quid, q. 8.§.2.nu.21.

Famulus, an poſſit ſecreto auferre res Domini,ad ſibi ſatisfaciendum, de Salario debito,q.8.§.2.nu.22.

Feudum habens iuriſdictionem, an poſſit diuidi,q.17.nu.25.

Fideicommiſſum perpetuum, ex quibus coniecturis colligatur,q.17.n.9.late nu.20.

Fideiuſſor obligans ſe pro alio, vt principalis, an poſſit conueniri abſque excuſſione,q.11. nu.1.

Fideiuſſor obligans ſe ſubconditione, ſi alius non ſoluerit,an poſſit cõueniri, abſque excuſſione,q.11.nu.2.

Fideiuſſor,qui ſe obligauit,vt principalis, & ſi principalis non ſoluerit, quomodo poſſit conueniri,q.11.nu.14.15.& 16.

Fideiuſſor obligans ſe ſimul cum Reo, an habeat beneficium excuſſionis,qu.11.a nu.25. vſque ad 27.

Fideiuſſor conuentus in via ordinaria,an poſſit compelli ad ſoluẽdum, ſine excuſſione, etiamſi renunriatio non ſit appoſita, probando,quod ſolet apponi in ſcripturis,q.11. nu.46.

Fideiuſſor obligans ſe,vt principalis,renuntiat excuſſiones,q.11.nu.48.

Filij,an præferantur vxori,in facienda pace de morte mariti,q.7.nu.5.

Filio laboranti in re patris, an debeatur ſalarium,& idẽ in re matris,latiſſime diſputatur, q.8.§.2.a nu.24.vſque ad 37.& quid de melioratione,ob ſeruitia,nu.34.& ſeqq.

Filiorum appellatione etiam naturales veniunt,q.16.§.1.a nu.6.

Filij poſiti in conditione intelliguntur vocati, q.19.nu.5.

Filio,qui ſucceſſit in Maioratu aut Feudo, religionem ingredienti, an ſuccedant cõſanguinei proximiores,in gradu, an vero Monaſterium,q.16.§.2.a nu.2.

Filius naturalis,quando admittatur ad ſucceſſionem Fideicommiſſi & Maioratus, q. 16. §.1.a nu.2.& nu.13. late,& num.12.quando ſubſtitutum excludat,& a nu.30.& 32.

Filium naturalem,quando ſtatutum,aut conſuetudo illum legitimũ faciat,q.16.n.7.§.1.

Filij naturales & legitimi,in hoc Regno,in cõſeruatione familiæ,& agnationis,ſunt eiuſdem qualitatis, & conditionis', conſeruãtque nomen & arma, q.16.§.1.nu.10.& nu. 35.vſque ad finem.

Filius naturalis,an ſuccedat in Emphyteoſi,q. 16.§.1.nu.17.

Filius naturalis,an ſuccedat in Feudo, q. 16.§. 1.nu.18.

Filius naturalis ſecundum ius,Regni leges, & generalem conſuetudinẽ gaudet, honore, & nobilitate parentũ, & iudicatur, vt de familia, & parentela, & eius prærogatiuis gaudet,eleganter probatur,q.16.§.2.nu. 9.

Filius naturalis poteſt vocari ad Maioratum, q.16.§.2.nu.8.

Filius naturalis deficientibus omnibus legitimis conſanguineis, aut eis non apparentibus,ne bona efficiantur vacantia, ſuccedit in Maioratu,q.16.§.2.nu.8.

Fratres & ſorores tertij ordinis beati Franciſci ſi laicaliter,& in ſuis domibus cũ proprio, filiis & vxoribus viuant, non gaudebunt priuilegio fori,& poterũt collectari, & ſoluere Gabellas,q.21.nu.197.

G

GAbella ex bonis relictis,ad pias cauſas vẽditis, non debetur,q.21.a n.191.192.193.

Gabellas vel Collectas non ſoluunt oblati,vel conuerſi,ſuperiori ſubiecti, & religioſe viuentes,q.21.a n.194.195.quia ſunt perſonæ Eccleſiaſticæ, & gaudent priuilegio fori d. nu.195.

Graduati & legentes, an collectentur, vide plura notanda in praxi,q.21.nu.252.

H

HEres nutu Teſtatoris inſtitutus,nõ ſuccedit ex teſtamento, contra Matienzum, q.1.nu.56.

Heres approbans teſtamentum in vna parte, non cenſetur ex hoc approbare totum, q.1. nu.70.

Heres cum beneficio inuentarij poteſt ſoluere primo venienti,q.6.§.2.a n.21. & quem ordinem ſeruare teneatur, in ſoluendis Creditoribus,q.6.§.3.nu.43.

Hereditas iacens Clerici, an poſſit collectari, q.21.a nu.200.& quid in Gabellis,n.202.& 203.

Heremitæ tunc gaudẽt priuilegio fori, & ſunt perſonæ religioſæ,& per conſequens, non poterunt collectari,quando habitum & vitam mutant, & regulariter viuentes alicui ſuperiori ſubiiciuntur,alias nõ,q.21. n.196.

Hoſpitalia a Collectis & Tributis ſunt immunia,q.21.a n.175.vſque ad nu.181.& per Epiſcopos viſitari poſſunt,q.21.nu.180.

Dd 4 Hypo-

Hypothecarum & priuilegiorum perſonaliũ, & realium materia, & de ordine ſoluendi Creditoribus, tractatur, latiſſime, remiſſiue, q.6.§.3.nu.1.

Hypothecam tacitam Creditores a iure habentes, narrantur latiſſime, q.6.§.3. a nu. 3. vſque ad nu.8.

Hypotheca expreſſa anterior, præfertur tacitę vel expreſſæ poſteriori, etiam priuilegiatæ, q.6.§.3.nu.28.

Hypotheca tacita prior præfertur poſteriori, q.6.§.3.nu.29.

I

IGnorantia; an præſumatur in Ruſtico, q.1.n. 66.

Ignorantia in dubio pręſumitur, & ſcientiam, qui allegat eam, probare tenetur, quæſt. 3. nu.5.

Inhibere; an poſſit Iudex reſtitutionis Iudici exequenti, q.5.nu.70.

Iniuria facta vni ex coniugibus, videtur facta alij, q.7.nu.11.

Inſtitutio nulla nõ tollit nec turbat poſſeſſionem, q.10.nu.64.

Inſtitutio non arguit perpetuitatem, q.10. nu. 69.

Intruſus quis ſit, q.4.nu.41.46.47.& 49.

Intruſus debet audiri, quando intruſio eſt excuſabilis, q.4.nu.48.& in alijs duobus caſibus, nu.52.& 53.

Intruſus quid poſſit allegare, q.4.a n. 55. vſque ad nu.58.

Ioannes de Neuizanis reprehenditur, q.1.nu. 77.& 78.

Iure Regio deficiente in his Regnis, recurrimus ad ius Canonicum, q.2.nu.4.

Interruptio præſcriptionis, Salarij, Aduocati, Famuli, & aliorum, expenditur, q.8.§.1.a n. 62. vſque ad nu.65.

Iudex; an collectetur, q.21.nu.256.

Iudex non ſalariatus, an poſſit accipere Eſculentum & poculentum, vltra Aſſeſſorias, q. 8.§.4.nu.12.

Iudicis Salarium, vide verbo [*Salarium.*]

Iudices ponere tenẽtur Principes & Domini, tam ſpirituales, quam temporales, quando per ſe iudicare non poſſunt, q.8.§.1 a nu. 1.

Irregularis; an ſit Aduocatus, vel Iudex, qui iudicant, aut cõſulunt in cauſa criminali, ſanguinis, mortis, aut mutilationis membri, q. 9. per totam, a nu.1. 2. & 3. citantur Auctores.

Irregularis; an quis efficiatur ſola voluntate, q. 9.nu.4.

Irregularis in dubio; an quis ſit iudicandus, q. 9.nu.17.& 18.

Irregularitas; an ſit de iure diuino, & quis poſſit diſpenſare, quæſtio.9.a num.8. vſque ad 16.

L

LIberatio facta a minore, ex certa ſcientia, in fauorem Curatoris; an illi proſit, & tollat dolum præſumptum, q.15.n.10. & 11.

Liberatio generalis; an poſſit teſtibus probari, q.15.nu.16. declarantur *leges Regiæ.*

Licentia Domini; an præſumatur, q.23. nu.45.

M

MAioratus, ex quibus coniecturis inducatur, remiſſiue, q.17.n.19.& a n.32. vſque ad finem per 15. concluſiones explicatur, ex quibus coniecturis Maioratus inducatur.

Maioratum conditores prætendunt, in conſtitutionę Maioratus agnationis, & nominis conſeruationem, & aliarum dignitatum, q. 16.nu.14.

Magiſter famuli vulgo [*Aprendiz*] ad quid teneatur, q.8.§.2.num. 12.13.& 14. & quod ei non ſoluat Salarium, ibidem.

Matrimonium; an præſumatur, qu.23.a nu.71. vſque ad 74.

Mandator ſponſor & conſtitutarius, quomodo conueniantur, q.11. a n. 17. vſq; ad n.24.

Mandatum; an præſumatur, qu.23.nu.96. cum ſeqq.

Mandatum Procuratoris morte confirmatur, q.5.nu.47.& 48.

Melioratio facta filio a patre, ob ſeruitia; an poſſit excedere, 3.& 5.q.8.§ 2.a nu.34.

Meretrices; an liberentur a Collectis, q.21.nu. 261.

Moniales; an ſint perſonæ Laicæ, q.10.nu.2.& 7.& vide verbo *Abbatiſſa.*

Monachus; an conſeruet agnationis nomen, q.16.§.2.nu.3.

Monaſterium; an ſuccedat in Maioratu, aut Feudo, quod poſſidebat, qui religionem ingreſſus eſt, an vero proximiores conſanguinei, q.16.§.2.nu.2.

Monaſteriũ; an ſuccedat in Maioratibus Nobilium, q.16.§.2.nu.4.

Monaſterium; an ſuccedat in Anniuerſarijs, Capellis, Patronatibus, & meliorationibus, 3.& 5. factis a particularibus perſonis, q. 16. §.2.nu.5.

Monaſterium quando ſit capax ad ſuccedendum, q.16.§.2.nu.7.

Monaſterium; an excludat filium naturalem, ſuccedentem in Maioratu, q.16.§.2.nu.9.

Monaſteria Monialium ordinis etiam Minorum, quando ſint habilia ad ſuccedendum, q.16.§.2.nu.6.

Maritus & vxor ſunt vna caro, q.7.nu.8. vnde iniuria facta vni, videtur facta alij, numero 11.

Medici Salarium, vide verbo [*Salarium.*]

Milites, an collectentur, q.21.n.249.& 250.

Moneta forera, quomodo debeat diſtribui, & an valeat conſuetudo contra eam, qu. 21. a nu.

nu.128.vſque ad nu.136.vbi quis pauper dicatur,ad effectum non ſoluendi.
Minor reſtituitur contra ſententiam, & quomodo,& coram quo Iudice petenda ſit, & quid debeat ꝓbare minor,q.5.n.1.2.3.& 4.
Minor reſtituitur aduerſus lapſũ termini, q.5.nu.6.& coram quo Iudice, n.7.& hoc caſu non eſt neceſſaria læſionis probatio,n.8.
Minor reſtituitur aduerſus actus iudiciales,etiamſi Procurator ſuus ſit ſoluendo, ita praxis hodierna ſeruat,q.5.n.9.& 10.
Minor poteſt petere reſtitutionem, aduerſus ſententiam,etiamſi appellauerit ſuus Procurator,q.5.nu.11.
Minor ſuccedens maiori;an reſtituatur, q.5.a nu.15.
Minor reſtituitur aduerſus actũ damnoſum, ſuo tempore contingentem, q.1.n.40.& ſi pendeat a prætetito,n.4.
Munerum tres ſunt ſpecies:Perſonale, Reale & Mixtum,q.21.nu.2.& n.3.vſque ad 10.

N

NObilitas an præſumatur,q.23.nu.88.
Nobiles & exempti contribuunt, in caſibus,in quibus Clericus vel Eccleſia contribuit,q.21.nu.229.& 230.
Nobiles,an poſſint collectari,q.21.nu.249.& a nu.246.vſque ad 249.vbi plura de nobilibus ad praxin.
Nominatio; an ſit actus extraiudicialis, & an habeat vim contractus, & poſſit reuocari, vel vim vltimæ voluntatis, ſi fiat in teſtamento,q.22.a nu.1.vſque ad 8.
Nominatio per viam contractus;an ſit irreuocabilis,q.22.nu.9.
Nominatio quid ſi competat ex contractu, an poſſit reuocari,& quid ſi ex teſtamento, q.22.nu.10.& 11.
Nominans non poteſt variare,quando electio ſortitur effectũ,aliter ſecus,q.22.n.15.& 16.
Nominatio cauſa dotis facta;an reuocari poſſit,q.22.a nu.17.cum ſeqq.
Nominatio facta, ob cauſam matrimonij incertæ perſonæ;an poſſit reuocari,qu.22.nu.27.vſque ad 29.
Nominandi omiſſio data hoc modo,vt nominans poſſit nominare,tam in vita, quam in morte,quid operetur?q.22.nu.29.& 30.
Nominatio ad Emphyteoſin; an reddatur caduca,mortuo nominato in vita nominantis,q.22.nu.31.
Nominatio; an poſſit probari duobus teſtibus,q.22.nu.34.cum duobus ſeqq.
Nominans ſe doctorem,cum non ſit, quando poſſit puniri,q.23.a nu.79.cum ſeqq. vſque ad 84.
Nouitius, intra annum probationis, gaudet priuilegio fori,& nõ poterit collectari, nec Gabellas ſoluit,q.21.nu.198.
Notariatus;an præſumatur,q.23.a nu.35.vſque ad 88.
Notarij approbati; an poſſint conficere ſcripturas & teſtamenta,q.1.nu.17.
Notarij apoſtolici,an in defectum aliorũ poſſint ſcripturas publicas facere, contra Acebedum,q.1.nu.16.
Naturalis filius,vide verbo, [*Filius Naturalis.*]

O

OLdradi doctrina, *conſ.* 119. notabiliter declaratur,q.1.nu.38.& 39.
Oldradi doctrina elegans,*conſ.21.per totum*,exornatur,q.17.nu.10.
Obligatio in forma Cameræ, quæ ſit, & per quem Iudicem exequatur,q.12.nu.48.
Ordo quis requiratur ad procedendum contra non reſidentem,q.13.nu.27.

P

PAtronis non nocet,præſentati negligentia, in petendo Collationem,q.3.nu.62.
Patronis laicis quadrimeſtre a iure datum, ad præſentandum,vtrum currat illis ignorantibus,a tempore vacationis, vel a tempore ſcientiæ,q.3.per totam & nu.1.quod currit a die ſcientię vacationis,communis opinio, cuius contrarium defendit Auctor, nu.20. Et an hoc tempus currat patronis,lite ſuper beneficio pendente,in poſſeſſorio aut petitorio,a nu.3.cum multis ſequentibus d.q.3. Sed tempus currit a die ſcientiæ patronis, ſi vacet beneficium de iure, & non de facto, d.q.3.nu.47.& 48.
Præſentatio debet actualiter ipſi Ordinario intra quadrimeſtre fieri, neque poteſt patronus moram purgare,q.3.nu.61.
Præſentatio,vt fiat per Procuratorem, requiritur mandatum ſpeciale,q.3.nu.61.
Pauper quis dicatur,q.21.nu.130.
Pauperes;an eximantur a Tributis, *de la moneda forera*,q.21.nu.129.& an a Collectis liberentur,q.21.nu.260.
Padron debet reuideri, ſi forſitan bona decreſcant,aut augeantur,q.21.n.169.cum duobus ſequentibus.
Poſſeſſio;an perdatur,per ſcientiam & patientiam contrarij actus,q.10.nu.56.
Poſſeſſio;an amittatur,ex re inter alios acta,q.10.nu.58.59.& 60.
Poſſeſſionem retinens, quam nunquam amiſit,poteſt continuare naturalem, & tollere impedimenta,imo & proteſtatio conſeruat poſſeſſionem,q.10.nu.61.62.& 63.
Poſſeſſio clandeſtina non tuetur poſſeſſorem, lite pendente,q.10.nu.65.
Poſſeſſio exigendi penſionem; an ſuffragetur in poſſeſſorio,non habenti titulum iuſtum, late declaratur,q.12.a n.38.vſq; ad nu.42.
Præſumitur pro rationibus datis a Curatore, inſolemni forma,q.15.a nu.4.

Dd 5 Præ-

Præſumptione,*l.cum de in rem verſo, ff. de vſuris, & l.2.C.de dotu promißione*,ſe fundans,debet titulū allegare, & ſolutiones ex eius cauſa factas,q.2.n.15.16.& 17.

Præſumptio,*l.cum de in rem verſo.ff.de vſuris*, licet in effectu nihil contra minorem valeat, q.2.nu.23.attamen id intelligendum erit,in iudicio proprietatis, non in iudicio poſſeſſorio,d.q.2.nu.27.

Præſumptio eſt contra Ordinarium,qui diſtulit intra ſex menſes conferre, ideo ſuperior conferre poteſt,eis tranſactis,q.3.n.7.

Præſcriptio,an liberet a Collectis,q.21.a num. 265.vſque ad nu.267.

Primogeniti plura priuilegia,q.17.nu.22.

Profeſſio,an præſumatur,q. 23.a nu.65.vſq; ad 70.

Publicatio teſtamenti nuncupatiui,an ſit de eius ſubſtantia,& de diuerſis modis publicationis,q.1.nu.33.

Publicatio,quæ ſit viuo Teſtatore,quæ ſit, vide plures allegationes & reſolutiones per concluſiones,q.1.nu.34.

Publicatio nō requiritur, quando fit teſtamētum coram teſtibus,ſine ſcriptura,q.1. n.35.

Publicatio, an requiratur, quando fit coram publico Tabellione,aut priuato ſcriba, q.1. nu.36.

Publicatio; an requiratur, quando Teſtator integre expreſſit ſuam voluntatem, coram teſtibus,& poſt iuſſit adduci ſcribam,q.1.n. 37.& nu.40.

Publicatio,an requiratur,ſi corā Tabellione, & teſtibus Teſtator dictabat,q.1.nu.38.

Publicatio,an requiratur,ſi Teſtator per viam memoriæ communicationis, aut conſilij, ſuam voluntatem expreſſit,ante aduentum Tabellionis,q.1.n.41.

Publicatio; an requiratur, ſi Teſtator immemoriali aut ſchedula perſe,aut per alium facta, ſuam voluntatem declaret, & iuſſerit Notarium acceſiri,& antequā veniat,moriatur, & ibi, ſi memoriale coram teſtibus exhibeat,& dicat eſſe ſuum teſtamentū, eo non lecto,an ſufficiat,q.1.nu.42.

Publicatio; an requiratur, ſi Teſtator immemoriali,aut ſchedula per ſe, aut per aliū facta, ſuam voluntatem declaret, & iuſſerit Notarium acceſiri,& ibi,ſi memoriale coram teſtibus exhibeat,& dicat eſſe ſuum teſtamentū,eo nō lecto,an ſufficiat,q.1.n.42.

Publicatio;an requiratur,ſi Teſtator per viam memoriæ communicationis aut Concilij, ſuam voluntatem expreſſit,ante aduentum Tabellionis,q.1.nu.41.

Publicatio; an requiratur , quando Teſtator integre expreſſit ſuam voluntatem,coram teſtibus,& poſt iuſſit adduci Scribam,qu.1. nu.37.& nu.40.

Publicatio,an requiratur, ſi coram Tabellione & teſtibus Teſtator dictabat, qu.1.num. 38.

Publicatio vulgo [*Otorgamiento*] an ſit de eſſentia inſtrumenti,vel teſtamenti,& an per priuilegia remittatur hæc ſolemnitas, qu.1. nu.43.

Publicatio,quoad heredis inſtitutionem , an debeat fieri propria voce ipſius Teſtatoris, & an ſufficiat eam facere ad interrogationem alterius,plura ſcripta ab auctoribus eleganter declarantur,& eleganter de materia,*l.iubemus.C.de teſtamentis*,quæſtio.1.num. 44.

Publicatio & electio teſtamenti, an præſumatur,q.1.nu.55.

Publicatio teſtamenti facti,coram non Notario,an ſit neceſſario facienda coram publico Tabellione, & quomodo, & quo ordine,& quæ incommoda veniant, ſi non fiat, & quo modo debeant deponere teſtes ad publicationem, & quæ exceptiones impediant, & intra quod tempus Executor tenearur id facere publicari, & in quam pœnam incurrat,ſi non faciat,quæſtio. 1. num. 57.

Priuigno ſeruienti , an teneatur ſoluere Salarium Vitricus,quæſtion.8.§.2. numer. 15.& 16.

Priuilegia Creditorum latiſſime referunt Dd. allegati,q.6.§.3.nu.1.

R

RAtiones præſumuntur imperfectæ datæ, ſine calculatoribus,quæſti. 15. num. 15.

Remiſſio debiti,an præſumatur,qu.23.nu.90. & 91.

Repræſentatio admittitur in Maioratu,in quo ſucceditur per viam nominationis, ſi vltimus ſucceſſor non nominauerit, qu.19.nu. 33.& 34.

Repræſentatio inducitur ex perpetuitate Maioratus,q.19.nu.32.

Repræſentare filij fratris perſonam, quando poſſint in Fideicommiſſis,q.19.a nu.25.vſq; ad 31.

Reſignatione a poſſeſſore facta, & pendente tempore conceſſo, ad expeditionem gratiæ,Ordinarius nō poteſt procedere ad priuationem beneficij , ob non reſidentiam poſſeſſoris, habentis aliud incompatibile, q.13.a nu.22.

Remiſſio Salarij tacita ceſſat, cauſſa remiſſionis ceſſante,q.8.§.1.nu.20.

Reſeruatio beneficij facta per Papam , an impediat permutationem,quæſtion. 13. num. 20.

Reſeruatio & alternatiua ceſſat,ſede Pontificali vacante,& Epiſcopus conferre poteſt, q.4.nu.51.

Rogatus

Rogatus teſtis,an debeat eſſe in teſtamento,q. 1.n.19.& an requiratur iure Regio, n. 20.& an præſumatur rogatus,& quis debeat probare,n.21.

Reſtitutio,an impediat executionem,q.5.a n. 49.

Reſtitutio,an detur adnerſus duas ſententias conformes,latas in iudicio poſſeſſorio, q.5. n.63.& ibi de ſententiis latis a Decurionibus,nu.65.

Reſtitutio habet effectum ſuſpenſiuum,vt appellatio,nec ea pendente, poteſt fieri nouitaſ,q.5.nu.51.vſque ad nu.54.

Reſtitutio petita poſt inceptam executionẽ, eam non ſuſpendit,q.5.n.55.cum ſeqq.

Reſtitutio petita aduerſus tres ſententias conformes,dummodo plenarie in continenti iuſtificetur,habet effectum ſuſpenſiuum,q. 5.nu.58. & quid ſi non iuſtificetur, ibidem. nu.59.

Reſtitutio petita contra principis ſententiam, an habeat effectum ſuſpenſiuum,q.5.n.60. & contra ſententiam *de reuiſta*,nu. 61. & de ſententia lata in gradu ſecundæ ſupplicationis,nu.62.

Reſtitutio incidenter petita , an habeat effectum ſuſpenſiuum,q.5.nu.71.

Reſtitutio ad appellandum, aut cõtra lapſum Fatalium,per viam exceptionis,an impediat executionem,q.5.nu.72.

Reſtitutio petita,aut appoſita cõtra ſententiã, an impediat, & quid iure Regio ſeruetur, ponuntur duæ communes opiniones,a nu. 73.vſque ad 75.

Reſtitutio coram quo Iudice petenda ſit, q. 5. nu.76.& 77.

S

Salarium tranſmittit Aduocatus,qu.8.§.1.a nu.33.

Salarium,an lucretur Aduocatus infirmus, q. 8.§.1.a nu.57.vſque ad 59.

Salarium Aduocati præſcribitur triennio,q.8. §.1.a nu.60.vſque ad 65.vbi de interruptione huius præſcriptionis agitur.

Salaria tranſmittunt Iudices Dominorum, q. 8.§.1.nu.69.

Salaria doctorum ſunt priuilegiata, eleganter declaratur,q.8.§.1.nu.70.

Salarium non conuentum,an debeaturNotariis,Procuratoribus,& Solicitatoribus,q.8. §.1.nu. 71. vſque ad 74.vbi alia de eius præſcriptione & decima.

Salarium non conuentum, quando Famulo debeatur,q.8.§.2.a nu.1. vſque ad 11. vbi de diuerſis Famulorum generibus tractat.

Salarium non debetur famulo,vulgo: [*Aprendiz*,]q.8.§.2.a nu.12.

Salariũ,an debeatur Famulo infirmo, q.8.§.2. nu.17.& an Famulo, qui ſine cauſa receſſit, num.18. & ad quid ipſe teneatur,num.19.

Salarij cõuentio,quomodo probetur, & quomodo procedatur in cauſa Salarij, q. 8. §.2. nu.23.

Salarium Famulorum triennio præſcribitur, q.8.§.2.latiſſime a nu.38.vſque ad nu. 48.

Salarium Filij & Priuigni,an præſcribatur triennio,q.8.§.2.nu.53.& 54.

Salarium non conuentum,quãdo debeat ſolui,q.8.§.2.nu.55.& 56.

Salarium non conuentum , an debeatur Adminiſtratori, Actori, Protutori, negotiorum Geſtori, Syndico,Socio,late,q.8.§.3.a nu.1.

Salarium;an debeatur Tutori,& Curatori, & quid de decima,q.8.§.3.a n.4.vſque ad 11.

Salarium vel Decima, an debeatur Executori teſtamenti,q.8.§.3.a nu.12.vſque ad 17.

Salarium non conuentum, an debeatur Depoſitario,teſtibus,peræquatoribus, & alijs, q.8.§.3.nu.20.

Salaria Decuriones;an poſſint aſſignare,q.8.§. 3.nu.21.

Salaria Adminiſtratorum, an præſcribantur triennio,& an de eis debeatur Decima, q. 8.§.3.nu.22.& 23.

Salarium tenentur ſoluere Domini, & prælati ſuis Iudicibus,niſi ſint in contraria conſuetudine,vt fructus Officij æquiualeant Salario,q.8.§.1.a nu.6.

Salarium exceſſiuum,ſi ſit promiſſum Aduocato, vel Medico, & de eo facta ſcriptura publica,non eſt valida, neq; exequi poteſt, niſi pro iuſto Salario a Iudice moderato, & taxato,q.2.§.1.nu.5.

Salaria, an debeant extorquere a pauperibus Medici,& Aduocati,q.8.§.1.nu.52.

Salarium Prouiſoris, an ſit debitũ neceſſario, & teneatur ſoluere ſucceſſor in Epiſcopatu, q.8.§.1.nu.4.

Salariũ Iudicis Succeſſor in Maioratu, ſoluere tenetur pro rata vltimi anni, pro qua fructus percipit,contra Molinam, & Peraltã, q.8.§.1.nu.4.ad finem,& nu.5.

Salarium Iudici conſtituto nõ debetur in pœnis,ſiue mulctis,q.8.§.1.n.9.& in quo,n.10.

Salaria Correctorum,quomodo debeant ſolui,& a quibus,q.8.§.1.a nu.14.

Salarium debetur Iudici non conuentum, ſi ſit conſuetudo dandi, alias ſecus, quæſt. 8. §.1.a nu.16.& de Prouiſore late, ibi, & nu. 17.

Salarium Iudicis pro anno incœpto tranſmittitur ad heredes,& quid in hoc Regno practicetur,q.8.nu.27.

Salariũ;an lucretur Iudex infirmus, aut ſe abſentans,q.8.§.1.a nu.28.

Salarium Iudicum, an præſcribatur triennio, q.8.§.1.nu.44.

Salario

Salario Iudicis Decima non ſoluitur, q. 8. §.1. nu.45.
Salarium etiam non conuentum debetur Aduocato,& de quantitate eius,q.8. §. 1. a nu. 46.
Scietia vacationis beneficij in Ordinario præſumitur,q.3.nu.8.
Scientia præſumitur cõtra eum, qui ex officio tenetur ſcire,q.3.num.9.poterit tamen ille, contra quem eſt præſumprio ſcientiæ, probare ignorantiam,nu. 10. Nec ſufficit iuramentum,num.12.probatur tamen indicijs, nu.13.Nec excuſatur,ob abſentiam, nu.14. & quod non probetur iuramento,nu.15.
Scientia præſumitur vacationis beneficij , in habentibus Iuriſdictionem in loco beneficij,q.3.nu.16.
Scientia vacationis beneficij pręſumitur,ſi vacatio eſt notoria omni loco,q.3.num.17. & de coniecturis,quibus cõtra Prælatos probatur ſcientia vel ignorantia in eorum fauorem,ibidem.
Scientia non præſumitur, etiamſi ſit nota vacatio,in loco beneficij,q.3.nu.18.
Scienria vacationis non præſumitur in Patrono,contra Lambertinum,q.3.nu.19.
Seruitus; an præſumatur,q.23.nu.46.
Solemnitas teſtamentorum a lege requiſita, eſt probatoria & ſubſtantialis,q.1.nu.67.
Solemnitas teſtamenti; quia ſubſtantialis eſt, non poteſt ſuppleri aliis probationibus, ex notatis per Bart.q.1.nu.68.
Solutum Creditori, quando alius Creditor poſſit auocare,vide verbo[*Creditor.*]
Socius exempri,an liberetur a Collectis, q.21. a nu.267.vſque ad finem.
Statutum nouum Regis confirmationem requirit,q.21.nu.127.
Statuta municipalia,cõtra ius Commune valere in ordine ſoluendi Creditoribus, contra Cayetanum,monſtratur,q.6. §.2. num. 22.
Sponſor,quomodo poſſit conueniri,q. 11.a n. 17.vſque ad 24.
Subrogatus ſapit naturam eius, in cuius locũ ſubrogatur,q.20.nu.1.7.& 10.late.
Subrogata res in locum patrimonialis, an ſit patrimonialis,q.20.a nu.5.vſque ad nu. 9.
Succeſſio Ducatus & Comitatus, an de rigore Iuris veniat ad maiorem vel non, & quid apud nos ſeruetur?q.17.n.15. 16. & 17.
Summarie procedirur contra Debitores Collectarum,q.21.nu.153.154.& 155.
Subexecutor Eccleſiaſticus,quis poſſit eſſe, q. 4.nu.4.vbi ꝙ poſſit eſſe ſimplex Clericus.
Subexecutor ad prohibẽdum, poteſt inhibere Ordinario,q.4.nu.72.
Subſtitutionis Ius,quando tranſmittatur, qu. 19.a nu.21.vſque ad 24.

T

TAbellio publicus,an ſit de eſſentia neceſſarius in teſtamentis,q.1.nu.28.
Tabellio in teſtamentis;an debeat eſſe de numero,q.1.nu.29.
Tabelliones numerarios, an poſſint Vniuerſitates nominare,q.1.nu.30.
Tabelliones Regij;an poſſint facere teſtamẽta,& ſcripturas in locis,vbi non adſunt Tabelliones numerarij, & idem de approbatis,q.1.nu.31.
Tabelliones Regis in terris Dominorum; an poſſint inſtrumenta & teſtamenta facere, etiam Dominis contradicentibus, qu.1.nu. 32.
Tempus;an inducat obligationem,q.23. a nu. 3.cum ſeqq.
Tempus datum Patronis, ad præſentandum, poteſt Ordinarius abbreuiare, & ex gratia poteſt re integra eos admittere elapſo quadrimeſtre,q.3.nu.60.
Tempus datum Patronis, ad præſentandum; an currat a tempore ſcientiæ, vel tempore vacationis,vide q.3.a num. 1. & vide verbo [*Patronus.*]
Tempus infra, quod aliquid fieri debet, non currit ignoranti,q.3.nu.3.Et quod non currat abſenti,vel impedito,ibidem nu.4.
Tempus ad prouidenda beneficia datum, an ſit appoſitum in fauorem Eccleſiarum, q.3. nu.19.
Tempus datum Electoribus currit a die vacationis,quæſt.3.a num. 40. vſque ad numer. 43.
Teſtatoris voluntas non approbatur ab herede,nec valet in vim pacti, etiamſi eam confiteatur,vel alias de ea conſtet, ſi tamen heres dicat eam minus ſolemnem, qu.1.num. 74.
Teſtator,quando reſpondet ad interrogationem alterius,debet eſſe in plenitudine intellectus,quoad validitatem teſtamenti, q. 1.nu.45.
Teſtator, ſi ad interrogationem Notarij reſpondeat,quod ſic;an ſufficiat, q.1.nu.46.
Teſtator,ſi ſit infirmitate oppreſſus, & reſpõdeat,quod ſic, ad petitionem perſonæ ſuſpectæ;an ſufficiat,q.1.nu.47.
Teſtator,ſi balbutiat,& non articulate loquatur,quid?q.1.nu.48.
Teſtator, ſi non loquatur alia verba niſi[*ſi*] aut[*Non*]quid erit? qu.1.nu.49.quid ſi non loquatur ordinate,ibi,num. 50. quid ſi ſint indicia,etiam leuia, quod non ſit in plenitudine intellectus,n.51.quid ſi maxima grauetur infirmitate,& vxor interroget, n. 52.
Teſtator; an habuerit, vel non habuerit voluntatem faciendi,vel non faciendi ea,quæ alij ſibi ſuggerunt,arbitrio Iudicis relinquitur,

tur, qui ex circumſtantiis, poteſt animum ſuum informare,q.1.nu. 53. & quod pro teſtamento in dubio præſumatur,& quomodo?nu.54.
Teſtator an nutu reſpondere poſſit,q.1.a n.56. vbi de onere Miſſarum adiecto teſtamento,vbi heres inſtituitur nutu,& de aliis grauaminibus, & remediis executiuis, & an competat ex tali teſtamento,& an ſaltē valeat dicta inſtitutio,iure Fideicommiſſi,cōtra Matienzum,quod dictus heres non ſuccedat ex teſtamento.
Teſtamēti approbationem infert approbatio Codicillorum,q.1.nu.69.
Teſtamēti ad approbationem ſcientia requiritur,& an præſumatur ignorantia, q.1. nu. 71.
Teſtamenti approbatio in vim pacti,an noceat heredi,q.1.nu.72.
Teſtamenti approbatio vnius,an noceat alteri,q.1.nu.73.
Teſtamentum nuncupatiuum,quot teſtes debeat habere,q.1.nu.1.
Teſtamentum coram Tabellione Apoſtolico an valeat,q.1.nu.13.
Teſtamentum; an valeat cum tribus teſtibus, abſque Tabellione, ob penuriam teſtium, & an penuria præſumatur, & quis teneatur probaře,q.1.nu.12.
Teſtamentum coram Clericis, aut Præſbyteris,Parrochialibus factum, an valeat, & an conſuetudo ſidem illi poſſit adhibere, q. 1. nu.15.
Teſtamentum factum coram Notario Apoſtolico, quomodo poſſit publicari, & an ipſe computetur in numero teſtium,q.1.nu. 18.
Teſtamētum imperfectum,ex defectu publicationis ad pias cauſas,an valeat,q.1.nu.39.
Teſtamentum ruri factum,quas ſolemnitates debeat habere,q.1.nu.59.
Teſtamenti ſolemnitas,an ſuppleatur aliis probationibus,q.1.nu.6.
Teſtamentum an valeat in vim pacti, ſi heres approbet tacite vel expreſſe,q.1.nu.6t.
Teſtamēti ſolemnitas vide verbo[*Solemnitas*]
Teſtamēti approbatio,an inferatur ex approbatione Codicillorum, & quid ſi ſoluat vnum legatum,vel approbet in vna parte, & an requiratur ſcientia heredis, arguit pro parte,& contra,q.1.nu.62.
Teſtium ſingularitas late remiſſiue tractatur, q.22.nu.37.
Teſtium ſingularitas eſt triplex,obſtatiua, diuerſificatiua,adminiculatiua,de quibus, q. 22.nu.38.
Teſtes ſingulares,an probent per octo concluſiones,latiſſime explicatur,q.22.a nu.38.vſque ad 48.
Teſtes eſſe Vicinos,quis teneatur probare, q. 1.nu.2.
Teſtes Vicini an requirantur de neceſſitate in Codicillis,q.1.nu.5.
Teſtes idonei,an ſint in teſtamento originarii, & pupilli,& alii,qui nō ſubeunt onera, nec habentur pro Vicinis,qu.1.nu.7.& an conuerſatus in loco aſſidue poſſit eſſe idoneus teſtis,nu.8.ibi,Famuli an ſint idonei teſtes, nu.9.Filii familias,an ſint idonei teſtes, nu. 10.
Teſtes quod ſint Vicini, ita eſt de forma ſubſtantiali,quod ea deficiente, corruat teſtamentum,q.1.nu.11.
Teſtes an poſſint eſſe fœminæ in teſtamentis & Codicillis,iure communi Regio nouiori & antiquiori,q.1.nu.22.
Teſtis impubes an ſit idoneus in teſtamentis, q.1.nu.23.
Teſtes idonei,an ſint in teſtamentis affines & conſanguinei heredes,q.1.nu.24.
Teſtis idoneus in teſtamentis,an ſit Legatarius,q.1.nu.25.
Teſtes an debeant eſſe omni exceptione maiores in teſtamentis,& ibi,quis teneatur probare,q.1.nu.26.
Titulus,& ſolemnitas, an præſumatur ex diuturnitate temporis,q. 23. latiſſime per totā, a nu.1.cum ſeqq.
Titulus an præſumatur ex longa ſolutione, q. 23.a nu.12.
Titulus Cenſus an præſumatur ex longa ſolutione,q.23.a nu.19.cum ſeqq.
Titulus Cenſus redimibilis,an præſumatur ex longa ſolutione,q.23.nu.25.
Titulus penſionis,an præſumatur, q.23.nu.33. cum ſeqq.
Titulus an præſumatur ex patientia decennali,in his,quæ ſunt parui præiudicii,q.23.nu. 40.
Titulus doctoratus, licentiatus, aut alterius gradus,an præſumatur,q.23.nu.78.cum ſequentibus.
Titulus in re graui non præſumitur ex decennali,q.23.nu.89.
Titulus Beneficii an præſumatur,q. 23. nu.92. & 93.
Titulus & ſolemnitas,an præſumatur in rebus minorum Eccleſiæ,& aliorum,q.23.nu.94. & 95.
Titulus an præſumatur ex longa præſtatione, in rebus arduis & ponderoſis,q.2.nu.37.
Titulum ad præſumendum de iure Canonico,non requiruntur 40.anni ſolutionis,neque id probat tex.in *c.peruenit de Cenſibus*, q. 2.nu.38.
Titulus Emphyteuſis præſumitur ex longa ſolutione decēnali, facta ob cauſam Emphyteoſis,q.2.nu.39.

Digitized by Google

Tranſmitti ius ſubſtitutionis, quando poſſit, q.19.nu.21.vſque ad 24.
Tutor, qui reddit rationes, an teneatur denuo reddere, q.15.a nu.2.

V

Vicarius generalis Epiſcopi, poteſt eſſe Executor, q.4.nu.6.cum ſequentibus, & dixi ſupra verbo [*Executor.*]
Vicarii a Capitulo nominati, ſede vacante, poſſunt eſſe Executores, q.4.nu.11.
Vicarii nominati ab Inferioribus, habentibus Iuriſdictionem Epiſcopalem, an poſſint eſſe Executores, q.4.a nu.12.vſque ad 16.
Vicarium, quis poſſit nominare, & quando poſſit amoueri, q.10.nu.26.& nu.34.& an requiratur cauſa.
Vicarium perpetuum, quando poſſit ponere Epiſcopus, in Beneficio vnito, vide ſupra verbo [*Epiſcopus*] & verbo [*Beneficium vnitū.*]
Vicarius inſtitutus, an amoueri debeat, lite pendente, q.10.nu.54.& 55.
Vicarius, adnutum amobilis, poſſidet nomine nominātis, & non debet manuteneri contra verum Dominum, q.10.nu.68.
Vicaria an poſſit vniri Monaſterio Monialiū, q.10.nu.5.
Vicinus quis dicatur, q.1.nu.5.
Vicinus an præſumatur, ſi Tabellio id afferat, q.1.nu.3.& an ſufficiat, quod pro tali reputetur.
Vicinus, an ſufficiat, quod quis ſit Loci principalis, cui ſubiectus eſt Vicus, vbi teſtamentum conficitur, & an Comitatenſis, vulgo [*de la Iuriſdicion*] habeatur pro Vicino dicti Loci principalis, q.1.nu.27.
Verbum [*ſine herede*] intelligitur ſine filio, vel liberis, q.19.nu.7.& 8.
Vitricus, an teneatur ſoluere Salarium priuigno ſeruienti, late, q.8.§.2.& a nu.15.& 16.
Vnio, an præſumatur, q.23.a nu.29.
Vniri, an poſſit Vicaria Monaſterio Monialiū, q.10.nu.5.
Vnitum Beneficium, quādo per Vicarium, ad nutum amobilem vel perpetuum, poſſit deſeruiri, vide ſupra verbo [*Beneficium,*] & verbo [*Epiſcopus.*]
Vnitum Beneficium, quomodo probabitur, ſolum quoad titulum, vel temporalia, q.10.nu.17.
Vnitum Beneficium ad menſam Prælati, quādo dicatur & probetur, q.10.nu.19.
Vnitum Beneficium, *pleno iure*, quando dicatur, q.10.a nu.20.& nu.21.
Vniuerſitates condemnatæ, quomodo ſoluāt Collectas, q.21.nu.167.
Vocari intelliguntur filij, poſiti in conditione, q.19.nu.5.
Vocati intelliguntur heredes aut liberi, in cōditione poſiti, q.19.nu.9.
Vocari filii, an intelligātur inuicem ſubſtituti, q.19.a nu.10.vſque ad nu.19.
Vxor non eſt affinis marito, q.7.nu.3.
Vxor præfertur in faciendo pacem, cum occiſoribus mariti filiis, q.7.nu.15.
Vxor, ſecundo nupta, nō præfertur filiis in accuſando de morte mariti, q.7.nu.16.

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google